واوضحه ببسط عبارته المشكلة وتفصيل الفاظه المجملة فيكون كالشرح الا انه غير ممتاز عن المتن اوله الحمد لله المقدّس عن الاضداد الخ والظاهر انّ المراد بتوضيح الحاوى التيسير المذكور والله اعلم وشرح السيد ركن الدين حسن بن محمد الاستراباذى الشافعى المتوفى سنة ٧١٧ وشرح القاضى شهاب الدين احمد بن [عبد الله بن] اسمعيل بن الحسبانى الشافعى المتوفى سنة ٨١٦ وشرح شهاب الدين احمد بن عبد الله الغزى العمرى الشافعى المتوفى سنة ٨٢٢ [وهو في اربعة اسفار] وشرح القاضى زين الدين زكريا بن محمد الانصارى المتوفى سنة ٩٢٦ وسمّاه بهجة الحاوى وتصحيح الحاوى لشهاب الدين احمد بن محمد بن الصاحب المتوفى سنة ٧٨٨ وعلى الحاوى اعتراضات لمقرى اجاب عنها ابو بكر بن محمد السيوطى المتوفى سنة ٨٥٥ وتصحيح الحاوى ايضا للشيخ شهاب الدين احمد بن حسين بن حسن بن ارسلان الرملى القدسى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٤ وعلى الحاوى نكت للقاضى جلال الدين عبد الرحمن بن عمر البلقينى الشافعى المتوفى سنة ٨٢٤ ومختصر الحاوى لشرف الدين اسمعيل بن

narrat, idque copiosa ejus dictionis difficilis expositione et clara verborum summam cogitationum exprimentium illustratione circumscripsit, unde commentario similis evasit, nisi quod textus et commentarius minime inter se separati sunt. Incipit ita: Laus Deo, qui nimis sanctus est, quam ut sui similes habeat etc., et apparet, sub *Taudhíh El-Háwi* intelligi *El-Teisír* modo laudatum, at Deus omnium scientissimus est — Seyyid *Rokn-ed-dín Hasan Ben Mohammed Asterábádi* Shafiita, anno 717 (inc. 16. Mart. 1317) mortuus — Cádhi *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben [Abdallah Ben] Ismail Ben-elhosbáni* Shafiita, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus — *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Ghazzi Amiri* Shafiita, anno 822 (inc. 28. Jan. 1419) mortuus, [cujus commentarius quatuor tomos explet] — Cadhi *Zein-ed-dín Zakaríya Ben Mohammed Ansári*, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuus, cujus commentarius *Behjet El-Háwi* inscriptus est — et denique recognitio diligens operis *Háwi* laudatur a *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben-elsáhib*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo, curata. *Mocri* vero plura contra *El-Háwi* edidit, quae *Abu Bekr Ben Mohammed Soyúti*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus, confutare studuit. Aliam recognitionem Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Hosein Ben Hasan Ben Arslan Ramli Codsi* Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus, curavit, et Cadhi *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Omar Bolekeini* Shafiita, anno 824 (inc. 6. Jan. 1421) mortuus, plura ingeniose in *Háwi* observavit. Epitomen ejus *Irshád* inscriptam et cum commentariis in litera *Elif* laudatam *Sheref-ed-dín Ismail Ben*

ابى بكر بن المقرى اليمنى المتوفى سنة ٨٣٦ وسمّاه الارشاد وقد سبق مع شروحه ومختصره ايضا لشهاب الدين احمد بن حمدان الاذرعى المتوفى سنة ٧٨٣ وللحاوى منظومات منها نظم الملك المؤيد اسمعيل بن على الايوبى المعروف بصاحب حماة المتوفى سنة ٧٣٢ وشرح هذا النظم للقاضى شرف الدين هبة الله بن عبد الرحيم بن البارزى الحموى المتوفى سنة ٧٣٨ ونظم زين الدين على بن حسين بن [قسم بن] الشيخ عوينة الموصلى الشافعى المتوفى سنة ٧٥٥ ونظم زين الدين عمر بن مظفر ابن الوردى الشافعى المتوفى سنة ٧٤٩ وسمّاه بهجة الوردية وهى خمسة الاف بيت اولها قال الفقير عمر بن الوردى الحمد لله اتمّ الحمد الخ ولها شروح منها شرح الشيخ شهاب الدين احمد بن الحسين [بن ارسلان] الرملى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٤ كتب قطعة منه ولم يكمله وشرح الفاضل ابى زرعة احمد بن عبد الرحيم العراقى المتوفى سنة ٨٢٦ اوله امّا بعد حمد الله على الآئه الخ وشرح القاضى زكريا بن محمد الانصارى المتوفى سنة ٩٢٦ وسمّاه الغرر البهيّة وله حاشية على شرح ابى زرعة

---

*Abi Bekr Ben-elmocri Yemeni*, anno 836 (inc. 28. Aug. 1432) mortuus, edidit, itemque *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Hamdán Adzrei*, anno 783 (inc. 28. Mart. 1381) mortuus. Plures *Háwi* metrice exararunt, ut *El-Melik El-Mowayyed Ismail Ben Ali Eyyúbi*, vulgo *Sáhib Hamát* (dynasta Hamatensis) dictus et anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuus, cujus carmen Cádhi *Sheref-ed-dín Hibatallah Ben Abd-el-rehím Ben-elbárizi Hamawi*, anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuus, commentatus est — deinde *Zein-ed-dín Ali Ben Hosein Ben* [*Cásim Ben-*] *elsheikh Oweina Mausili* Shafiita, anno 755 (inc. 26. Jan. 1354) mortuus — *Zein-ed-dín Omar Ben Mothaffer Ibn-elwerdi* Shafiita, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, qui poëma e quinque millibus versuum compositum et ita incipiens: Dicit pauper *Omar Ibn-elwerdi:* Laudetur Deus perfectissima laude etc., *El-Behjet El-Werdíyet* inscripsit. Plures id commentati sunt, ut Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben-elhosein* [*Ben Arslan*] *Ramli* Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus, qui fragmentum ejus conscripsit et rem imperfectam reliquit — bene meritus *Abu Zor'a Ahmed Ben Abd-el-rehím Irácki*, anno 826 (inc. 15. Dec. 1422) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus pro ejus beneficiis etc. — Cadhi *Zakaríya Ben Mohammed Ansári*, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuus, cujus commentarius *El-Ghorer El-Behíyet* inscriptus est. Idem scholia ad commentarium *Abu Zor'ae*

وحاشية عليه ايضا للقاضي يحيى بن المناوي وقد جرّدها سبطه زين العابدين عبد الرؤف المتوفى سنة احدى وثلثين بعد الالف ومن شروح البهجة شرح عماد الدين اسمعيل بن ابرهيم بن شرف القدسي الشافعي المتوفى سنة ۸۵۲ وهو في مجلّدين ثمّ ابتدأ في شرح آخر اطول منه وشرح ناصر الدين الطبلاوي الشافعي المصري المتوفى سنة ... ۴۳۸۰ حاوي القدسي في الفروع للقاضي جمال الدين احمد بن محمد بن نوح القابسي الغزنوي الحنفي المتوفى في حدود سنة ۶۰۰ ذكره ابن الشحنة في هوامش الجواهر المضيّة قال وانّما قيل فيه القدسي لانّه صنّفه في القدس نقلته من خطّ تلميذه حسن بن على النحوي الحنفي ثمّ رأيت في ظهر نسخة منه انّ مصنّفه الشيخ الامام محمد الغزنوي والله اعلم اوّله الحمد لله الذي هدانا لدين الاسلام الخ وجعله على ثلثة اقسام قسم في اصول الدين وقسم في اصول الفقه وقسم في الفروع واكثر فيها من ذكر الفروع المهمّة في كراريس يسيرة ۴۳۸۱ الحاوي الكبير في الفروع للقاضي ابي الحسن على بن محمد الماوردي البصري الشافعي المتوفى سنة ۴۵۰

edidit, quod et Cadhi *Yahya Ben-elmonáwi* fecit, cujus scholia *Zein-el-abidín Abd-elrawuf* ejus nepos, anno 1031 (inc. 6. Nov. 1621) mortuus, de marginibus extraxit. — Commentarios denique in opus *El-Behjet* scripserunt *Imád-ed-dín Ismaíl Ben Ibrahím Ben Sheref Codsi* Shafiita, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus, cujus commentarius duo volumina complectitur. Postea alium commentarium illo longiorem incepit — et *Násir-ed-dín Tebláwi Misri* Shafiita, anno ... mortuus. — 4380. Hawi El-Codsi, conquisitor Hierosolymitanus de articulis juris derivatis, auctore Cádhi *Jemál-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Nuh Cábisi Ghaznewi* Hanefita, circa annum 600 (inc. 10. Sept. 1203) mortuo. *Ibn-elshehne*, qui librum in Glossis ad *Jewáhir Modhiyet* laudat, eum Hierosolymitanum appellari dicit, quod Hierosolymis compositus sit, seque hoc tradere ex iis, quae discipulus ejus manu sua notaverit. Haec ille. Deinde salva meliore Dei scientia in parte libri aversa Sheikh et Imam *Mohammed Ghaznewi* ejus auctorem esse vidi. Incipit ita: Laus Deo, qui nos ad religionem Islamicam ducit etc., et in tres partes divisus est, quarum prima de principiis religionis agit, secunda de principiis juris, tertia de partibus juris derivatis. Copiose ibi in paucis foliorum decadibus profert et examinat quaestiones de partibus juris derivatis graviores. — 4381. El-Hawi El-Kebir, conquisitor magnus de partibus juris derivatis, auctore Cadhi *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Mawerdi Basri* Shafiita, anno 450 (inc.

وهو كتاب عظيم في عشر مجلّدات ويقال انّه ثلثون مجلّدا لم يؤلّف مثله في المذهب
٤٣٨٢ حاوى المختصرات في العمل بربع المقنطرات لمحمد بن محمد سبط المارديني المصرى
الموقّت بجامع الازهر ٤٣٨٣ حاوى مسائل الواقعات والمنية وما تركه في تدوينه من
المسائل الفقهيّة وزاد فيه من الفتاوى لتتميم الغنية للشيخ [ابي الرجا نجم الدين] الامام
مختار بن محمود الزاهدى [الغزميني] الحنفي المتوفى سنة ٦٥٨ وهو مجلّد اوله الحمد لله
الذى اوضح معالم العلوم الخ ذكر فيه منية الفقهاء وانّه استصفى منها لبابها وبدّل ما وقع
فيه من لسان الخوارزم الى العربيّة ورقم اسامى الكتب والمفتين باول حروفها وذكرها على
ترتيب الحروف اوّلا ٤٣٨٤ الحاوى في الفروع لنجم الدين ابي [شجاع وابي] الفضائل بكبرس
التركي الحنفي المتوفى سنة ٦٥٢ ٤٣٨٥ حاوى في علم التداوى لنجم الدين محمود بن الشيخ
صائن الدين الياس الشيرازى مجلّد اوله الحمد لله الواحد الماجد الخ رتّبه على خمس

28. Febr. 1058) mortuo. Magnus liber decem sive, ut alii statuunt, triginta voluminum, cui similis in disciplina Shafiitica non congestus est. — 4382. Hawi el-mukhtasarát, conquisitor compendiorum de operationibus cum quadrante circulorum ad horizontem parallelorum, auctore *Mohammed Ben Mohammed Misri Maridini* prognato, publicae precationis praecone ad aedem cathedralem *Azhar*. — 4383. Hawi mesäïl El-Wackiat we El-Munyet, conquisitor quaestionum operum juridicorum *Wáckiát et Munyet* et quaestionum juridicarum, quas in hoc componendo auctor omisit, easque responsis jurisconsultorum auxit ad opus *Ghunyet* complendum, auctore Sheikh et Imam [*Abu'lrejá Nejm-ed-din*] *Mokhtár Ben Mahmúd Záhidi* [*Ghizmini*] Hanefita, anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo qui signa doctrinarum illustravit etc. Laudat ibi *Munyet el-focahá* seque meliora selegisse dicit ibi obvia, et quae dialecto khowaresmica legantur, mutasse in arabicam. Nomina librorum et Muftiorum literis, a quibus incipiunt, notat, eaque primus ad ordinem alphabeticum recensuit. — 4384. El-Háwi fi el-forú', conquisitor de partibus juris derivatis, auctore *Nejm-ed-din Abu*[*Shojá'* et *Abu*]*'lfedháïl Bekburs* Turca Hanefita, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuo. — 4385. Háwi fi ilm el-tedawi, conquisitor de arte sibi ipsi medicinam faciendi, auctore *Nejm-ed-din Mahmúd Ben-elsheikh Sáïn-ed-din Ilyás Shirázi.* Volumen, quod ita incipit: Laus Deo unico gloria et honore conspicuo etc., et in quinque dissertationes divisum est,

مقالات ١ في العلل ٢ في الحميات ٣ في علل الاعضاء الظاهرة ٤ في الادوية المفردة ٥ في الادوية المركبة ٤٣٨٦ حاوى في الطب لمحمد بن زكريا الرازي المتوفى سنة [٣١١] قال صاحب كامل الصناعة ذكر فيه ما يحتاج اليه من حفظ الصحة ومداواة الامراض ولم يغفل في ذلك شيء الا انه لم يستقص شرح شيء مما يحتاج اليه الطبيب من تدبير الامراض والعلل ثم ان رشيد الدين ابا سعيد بن يعقوب المسيحي القدسي المتوفى سنة ٦٤٦ علق عليه تعليقة واختصره الدخوار ٤٣٨٧ حاوى في النحو لابي نزار حسن بن صافي المعروف بملك النحاة المتوفى سنة ٥٦٨ ٤٣٨٨ حاوى في الفروع لابي القسم بن عبد النور البرزلي المالكي ٤٣٨٩ الحاوى لجميع المعاني وهو اسم البسيط والوسيط والوجيز للواحدى ٤٣٩٠ الحاوى للفتاوى مجلد للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ اورد فيه اثنين وثمانين رسالة من مهمات الفتاوى التي افتى بها ورتب على الابواب اوله

quarum prima de infirmitatibus, secunda de febribus, tertia de infirmitatibus membrorum exteriorum, quarta de remediis simplicibus, quinta de remediis compositis agit. — 4386. Háwi fi el-tibb, conquisitor de medicina, auctore *Mohammed Ben Zakaríya Rází*, anno [311 (inc. 21. Apr. 923)] mortuo. Auctor libri *Kámil el-sináat*: Ibi, ait, ea commemorat, quae ad conservandam sanitatem et morbos curandos necessaria sunt, nec ulla in parte quidquam neglexit, nisi quod explicationem partis eorum, quae medico ad regendos morbos et infirmitates necessaria sunt, omnino non ad finem adduxit. Serius *Reshíd-ed-dín Abu Saíd Ben Yacub Mesíhi Codsi*, anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuus, adnotatione leviore illum explicuit, et *Dekhwár* in epitomen coegit. — 4387. Hawi fi el-nahw, conquisitor grammaticus, auctore *Abu Nizár Hasan Ben Sáfi*, vulgo Rex grammaticorum (*Melik el-nohát*) dicto et anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuo. — 4388. Hawi fi el-forú', conquisitor de partibus juris secundariis, auctore *Abu'lcásim Ben Abd-el-núr Burzuli* Malikita. — 4389. El-Hawi li jemí' el-meani, liber omnes sententias complectens. Titulus est operum *Besít*, *Wesít* et *Wejíz* a *Wáhidi* editorum. — 4390. El-Hawi lil-fetawi, compilator responsorum juridicorum. Volumen, in quo Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 1. Jun. 1505) mortuus, octoginta duos profert tractatus responsorum juridicorum graviorum, quae judicio suo interposito reddidit. Opus in capita dispositum est

الحمد لله جامع الاشتات الخ ٤٣٩١ حاوى فى الحساب لشهاب الدين احمد بن الهائم
[المصرى القدسى المتوفى سنة ٨٨٧] ونظمه احمد بن صدقة الصديقى المتوفى سنة ٥٠٥
٤٣٩٢ الحائز لعون الناجز مختصر فى التسخير والاستخدام للشيخ عبد الخالق بن ابى القاسم
المصرى اوله سبحان من بطن بذاته الخ رتّب على مقالات بعدّة الافلاك ٤٣٩٣ حبائك فى
اخبار الملائك رسالة للشيخ السيوطى المذكور اولها امّا بعد حمد الله جاعل الملائكة
الخ استوعب فيه ما وردت به الاحاديث والآثار ٤٣٩٤ الحبل المتين فى الاذكار والادعية
المأثورة عن سيّد المرسلين صلعم لابى الوقت عبد الملك بن على الصديقى المكى والد علان
القزوينى المحدّث المتوفى سنة رتّب على سبعة فصول ١ فى الدعاء ومقدّماته ٢ فى الاسم
الاعظم ٣ فى اوقات مخصوصة ٤ فى اوقات معيّنة ٥ فى الادعية ٦ فى فضائل القراة
٧ فى فضل الصلوة على النبى صلعم ثمّ لخصه فى جزء ٤٣٩٥ الحبل الوثيق

---

et ita incipit: Laus Deo dispersa colligenti etc. — 4391. Háwi fi el-hisáb, compilator arithmeticus, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben-elháïm* [*Misri Codsi.* anno 887 (inc. 20. Febr. 1482) mortuo]. Metrice illum exaravit *Ahmed Ben Sadaca Sadícki*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuus. — 4392. El-Háïz lil-aun el-nájiz, apparatus auxilii praesentis, auctore Sheikh *Abd-el-khálic Ben Abi'lcásim Misri.* Compendium de geniis ad servitudinem et ministerium adigendis, quod ita incipit: Laudatus sit, qui cum essentia sua latet etc., et in sectiones distributum est ad numerum orbium coelestium. — 4393. Habáïk fi akhbár el-meláïk, tractus stellarum de historia angelorum. Tractatus, qui Sheikh *Soyúti* supra laudatum auctorem habet et ita incipit: Praemissis praemittendis. Laus Deo angelorum creatori etc. Omnia prorsus, quae traditiones propheticae et sociorum dicta afferunt illuc spectantia, colligere hic studuit. — 4394. El-Habl El-Metín, funis densus de laudationibus Dei et precibus, quae a summo legatorum principe auctore, cui Deus propitius sit, repetuntur, auctore *Abu'lwact Abd-el-melik Ben Ali Sadícki Mekki* Traditionario *Allán*i *Cazwíni* patre, anno ... mortuo. Opus septem sectiones habet, quarum prima precationem eaque quae de illa praemonenda sunt, secunda nomen divinum maximum, tertia tempora ad eam specialiter accommodata, quarta tempora in universum constituta, quinta preces ipsas, sexta merita recitationis, septima merita precationis super prophetam faciendae tractat. Serius potiora ejus in fasciculo singulari excerpta edidit. — 4395. El-Habl El-Wethic, funis firmus

فى نصرة الصديق رسالة للجلال السيوطى علّقها على سورة الليل واوردها فى حاويه

٤٣٩٦ حبيب السير فى اخبار افراد البشر فارسى لغياث الدين بن همام الدين المدعو خواند امير وهو تاريخ كبير لخّصه من تاريخ والده المسمّى بروضة الصفآء وزاد عليه بالتماس خواجه حبيب الله من اعيان دولة [شاه] اسمعيل بن حيدر الصفوى سنة سبع وعشرين وتسعمائة ذكر فيه انّه شرع اوّلا بالتماس امير محمد الحسينى امير خراسان ولمّا قتل ونصب مكانه دورمش خان من قبل شاه اسمعيل استمرّ على تأليفه الى ان اتمّه واهداه اليه والى حبيب الله المذكور وذلك بعد ما كتب تأريخه المسمّى خلاصة الاخبار ورتّب هذا الكتاب المسمّى بحبيب السير على افتتاح وثلث مجلّدات واختتام الافتتاح فى اوّل الخلق والمجلّد الاول فى الانبيآء والحكمآء وملوك الاوآئل وسيرة نبيّنا صلعم والخلفآء الراشدين والمجلّد الثانى فى الائمّة الاثنى عشر وبنى اميّة وبنى العباس ومن ملك فى عصر هؤلآء والمجلّد الثالث فى خواقين الترك وجنكيز واولاده وطبقات الملوك فى عصرهم وتيمور واولاده وظهور الصفوية ونبذة بسيرة من

---

de victoria *Abu Bekri* veracis. Tractatus, quem *Jelál-ed-dín Soyúti* ad Suratam „Noctis“ festinantius compilavit et totum operi *Háwi* inseruit. — 4396. Habíb el-siyer, amicus vitarum de historia incomparabilium inter homines. Historia magna a *Ghiyáth-ed-dín Ben Hemmám-ed-dín*, *Khand-emír* cognominato, persice scripta, quam ex historia patris sui *Raudhat el-sefá* appellata anno 927 (inc. 12. Dec. 1520) petente Khoja *Habíb allah* viro in aula *Dewletsháhi Ismaíl Ben Heider Sefewi* principe excerpsit et additamentis auxit. Primum se ibi dicit opus aggressum esse auctore *Mohammed Hoseini* Emiro Khorasanae, et cum huic interfecto *Durmishkhán* jussu *Sháhi Ismaíl* substitutus esset, in libro componendo perseverasse, donec eum absolveret. Obtulit eum principi illi et *Habíballah* laudato, postquam historiam suam titulo *Khilásat el-akhbár* insignitam scripsit. Hoc nostrum opus *Habíb el-siyer* in introductionem, tria volumina et conclusionem disposuit. Introductio de initio agit creationis, volumen primum de prophetis, sapientibus, regibus eorum, qui olim vixerunt, prophetae nostrae vita et Khalifis quatuor legitimis, volumen secundum de duodecim Imamis, Omayyadis, Abbasidis et de principibus eorum tempore regnantibus, volumen tertium de Khacanis Turcarum, *Jinkiskháno* ejusque prole, de ordinibus regum eodem tempore viventium, de *Tímuro* ejusque filiis, de primis dynastiae Sofidarum initiis, et breviter de gente Othmanica, conclusio denique

ذكر آل عثمان والاختتام في عجائب الاقاليم ونوادر الوقائع وهو في ثلث مجلدات كبار من الكتب الممتعة المعتبرة الا انه طال في وصف ابن حيدر كما هو مقتضى حال عصره وهو معذور فيه تجاوز الله تعالى عنه ٤٣٩٧ الحث على طلب الولد لعلي بن نجيب [ابن عثمان] البغدادي المتوفى سنة ٦٧٤ ٤٣٩٨ الحاجبة والحجاب لمحمد بن محمد بن التعاويذي المتوفى سنة ... ٤٣٩٩ حجة الابرار لدفع الاغيار ٤٤٠٠ حجة العارفين ٤٤٠١ حجة الكلام لايضاح محجة الاسلام لغياث الدين منصور بن مير صدر الدين محمد ٤٤٠٢ حجة السماع للشيخ اسمعيل ابن محمد الانقروي المولوي المتوفى سنة ١٠٤٢ ذكر فيه انه لما بلغ عصره الى السنة المذكورة كثر خلف من اهل الظاهر واراد به الشيخ المعروف بقاضي زاده فتفق ان ينكر سماعنا فجاء بعض الاخوان برسالة منسوبة الى الشيخ احمد الغزالي فوجدته شاملة على دلائل لكنها محشوة بالزوائد فحذفته واصلحته فصارت مختصرا مفيدا ولمحجة السماع تأييدا فجعل

---

de rebus climatum mirabilibus et eventis singularibus agit. E tribus constat voluminibus magnis, et in libris fructuosis et pretiosis numeratur, nisi quod auctor in describenda *Ibn Heider*i vita, ut status temporis postulavit, nimis longus, at ea de caussa excusandus est. Deus crimen ei condonet! — 4397. El-Hathth ala taleb el-weled, excitatio ad filium quaerendum, auctore *Ali Ben Anjeb* [*Ben Othmán*] *Baghdádi*, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuo. — 4398. El-Hajebet we El-Hijáb, janitores et janitoris munus, auctore *Mohammed Ben Mohammed Ben-elteáwidzi*, anno ... mortuo. — 4399. Hojjet el-ebrar, argumentum piorum ad repellendos aemulos. — 4400. Hojjet el-arifín, argumentum sanctae vitae studiosorum. — 4401. Hojjet el-kelám, argumentum theologiae scholasticae ad viam Islami rectam illustrandam, auctore *Ghiyáth-ed-dín Mansur Ben Mir Sadr-ed-dín Mohammed* — 4402. Hojjet el-simá', argumentum musicae religiosae, auctore Sheikh *Ismaîl Ben Mohammed Anckirewi Mewlewi*, anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) mortuo. Cum, inquit, ad annum seculi nostri laudatum pervenissemus, inter viae exterioris asseclas pestis nata est. Sheikh enim *Cádhi-zadeh*, quem intelligit, musicam nostram religiosam reprobare coeperat. Quo facto fratrum quidam tractatum vulgo Sheikho *Ahmed Ghazáli* tributum attulit, quem argumentis plenum invenit, attamen additamentis superfluis refertum. Haec et removit et emendavit, ut compendium utile inde prodiret et musicae probationi adminiculum accederet. Suo opere illud

تكملة لها وكان الاصلاح في سنة سبع وعشرين بعد الالف ورتّب على ثلثة ابواب واول التكملة الحمد لله الذى اسمع العباد في الميثاق الاول الخ ٤٤٠٣ الحجّة الصغيرة لعيسى بن ابان عن محمد بن الحسن ذكر الخوارزمى في مسند ابى حنيفة عن الضميرى باسناده الى المأمون انّه جمع في عصره كتاب في الاحاديث ووضع بين يديه وقالوا انّ اصحاب ابى حنيفة هم الذين مقدّمون عندك لا يعملون بها في قصّة طويلة الى ان صنّف عيسى هذا الكتاب وبيّن فيه وجوه الاخبار وما يجب قبوله وما يجب تأويله وما يجب العمل بالمتضادّين وبيّن فيه حجج ابى حنيفة فلمّا قرأه المأمون ترحّم على ابى حنيفة ٤٤٠٤ الحجّة النيّرة في بيان الطريقة المنيرة للشيخ عمر الخلوتى الحنفى النقشبندى خليفة الشيخ عبد المؤمن البسنوى الّفه سنة ست وعشرين بعد الالف وهو مختصر في التصوّف اوله الحمد لله حمدًا ذاته الخ ٤٤٠٥ الحجّة الواضحة في انّ البسملة ليست من الفاتحة للقاضى ابى العبّاس [احمد] بن ابرهيم السروجى الحنفى المتوفى سنة ٧١٠ ٤٤٠٦ الحجّة والبرهان على فتيان هذا الزمان لادريس بن

perfectum reddi voluit, recognitionemque *Tekmílet* appellatam, quam anno 1027 (inc. 19. Dec. 1617) aggressus est, in tria capita distribuit. Incipit ita: Laus Deo, qui cultores in primo foedere auditores esse voluit etc. — 4403. El-Hojjet El-Saghiret, probatio parva, auctore *Isa Ben Abán*, ut *Mohammed Ben-elhasan* tradit. *Khowarezmi* vero in *Mosnad Abu Hanífae*, teste *Dhamíri*, qui ad *Mamún* provocat, hujus tempore librum narrat collectum esse de traditionibus coramque eo depositum. Quapropter fuerunt, qui dicerent: Asseclae *Abu Hanífae* apud te in honore sunt, nec tamen illis traditionibus convenienter agunt, et quae sunt hujus historiae longae cetera, donec *Isa* hunc librum componeret, in quo varia traditionum genera, et quod recipiendum, quod allegorice interpretaadum et cui convenienter agendum esset, ita tamen ut de hac actione contraria statuerent, argumentaque *Abu Hanífae* exposuit. Quo lecto *Mamún*: Deus, exclamavit, erga *Abu Hanífa* clemens et misericors sit! — 4404. El-Hojjet El-Neyyiret, probatio clara de explicatione viae lucentis. Compendium hoc de Sufismo, quod ita incipit: Laus Deo talis, qualem essentia ejus etc., Sheikh *Omar Khalweti* Hanefita ordini *Nackishbendi*orum adscriptus, Sheikhi *Abd-el-mumin Bosnewi* successor, anno 1026 (inc. 30. Dec. 1617) composuit. 4405. El-Hojjet El-Wadhihat, argumentatio clara, primam Suratam verbis „Nomine Dei" carere, auctore Cadhi *Abu'labbás* [*Ahmed*] *Ben Ibrahim Sorúji* Hanefita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. 4406. El-Hojjet we El-Borhan, probatio et argumentum contra seculi juvenes, auctore *Idrís Ben*

عبد الله التركماني الحنفي قدر كراس حرّم فيه السماع وشدّد ٤٤٠٧ الحجّة في سرقات ابن حجّة لشمس الدين [محمد بن حسن] النواجي [المتوفى سنة ٨٥٩] هجره بعد اختصاصه وزاد في التحامل عليه ٤٤٠٨ الحجّة في بيان المحجّة للشيخ الامام ابي القاسم اسمعيل بن [محمد بن الفضل بن] الاصفهاني المتوفى سنة ٥٣٥ وهو مجلّد كثير الفصول والابواب جمع فيه دلآئل التوحيد وعقآئد اهل السنّة وفي شرح الاربعين لمولانا اللاري كتاب الحجّة لتارك المحجّة يتضمّن ذكر اصول الدين على قواعد اهل الحديث والسنة قال وهو للشيخ ابي الفتح نصر بن ابرهيم الشافعي الفقيه الزاهد نزيل دمشق وافصح بعض الشارحين انّه للحافظ ابي القاسم اسمعيل بن محمد بن الفضل الاصفهاني وهو خطأ انتهى ٤٤٠٩ الحجّة في شرح كتاب القرآء السبعة لابن مجاهد يأتي في الكاف ٤٤١٠ الحجّة للامام الشافعي وهو مجلّد ضخم الّفه بالعراق واذا اطلق القديم في مذهبه يراد به هذا التصنيف قاله الاسنوي في المهمّات ويطلق على ما

---

*Abdallah Turkemáni* Hanefita. Tractatus decem foliorum, in quo musicam illicitam esse statuit et hanc sententiam fortiter et strenue defendit. — 4407. El-Hojjet fi saracát Ibn Hojjet, probatio de furtis *Ibn Hojjeti*, auctore *Shems-ed-dín* [*Mohammed Ben Hasan*] *Newáji*, [anno 859 (inc. 22. Dec. 1454) mortuo]. Reliquit illum, postquam peculiarem sibi habuit amicum, et nimio partium studio in eum latus est. — 4408. El-Hojjet fi beyán el-mehajjet, probatio de demonstranda via fidei recta, auctore Sheikh et Imám *Abu'lcásim Ismaïl Ben* [*Mohammed Ben-elfadhl Ben*]*-elisfaháni*, anno 535 [inc. 17. Aug. 1140] mortuo. Volumen e multis sectionibus et capitibus compositum, in quo argumenta fidei in unum Deum et articulos sectae Mohammedicae symbolicos collegit. Commentarius quadraginta traditionum, quem Molla noster *Lári* edidit, librum probationis continet ei scriptum, qui rectam fidei viam deserit, et principia religionis complectitur secundum decreta traditionariorum primaria. Eum Sheikho *Abu'lfat'h Nasr Ben Ibrahím* Shafiitae jurisconsulto pio et abstemio, Damasci inquilino, attribuit, commentatorum vero alius quidam diserte, sed perperam, dicit, Háfitz *Abu'lcásim Ismaïl Ben Mohammed Ben-elfadhl Isfaháni* ejus auctorem esse. — Haec ille. — 4409. El-Hojjet, probatio. Commentarius libri lectorum Coranicorum septem ab *Ibn Mojáhid* editi, de quo litera *Káf* videatur. — 4410. El-Hojjet, probatio. Volumen magnae molis, quod Imám *Sháfii* in Iraca composuit, et quando inter ejus asseclas in universum de libro vetere sermo est, hoc significatur opus, ut *Esnewi* in *Mohimmát* testatur: itemque *Hojjet* in universum

افتى به هناك ايضا وذكر ابن حجر فى مذهب الشافعى انّه قال اجتمع علىّ اصحاب الحديث فسألونى ان اضع على كتاب ابى حنيفة فقلت لا اعرف قولهم حتى انظر فى كتبهم فامرت فكتب لى كتب محمد بن الحسن فنظرت فيها سنة حتى حفظتها ثمّ وضعت الكتاب البغدادى يعنى الحجّة ٤٤١١ الحجج الاكبر قصيدة عظيمة للشيخ محيى الدين ابن عربى ٤٤١٢ الحجج المبيّنة فى التفضيل بين مكة والمدينة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى ن المتوفى سنة ٩١١ ٤٤١٣ الحجج لبشر بن غياث المريسى الحنفى [المتوفى سنة ٢١٩] وهو احسن من كتاب المزنى وحجج عيسى بن ابان ادقّ علمًا واحسن ترتيبًا من كتاب المزنى ٤٤١٤ الحجج لعلاء بن صدقة ٤٤١٥ حدائق الاحداق فى علم الاوفاق ٤٤١٦ حدائق احداق الازهار ومصابيح انوار الانوار لمحمد بن ابرهيم بن الحنبلى الحلبى [المتوفى سنة ٩٧١] ٤٤١٧ حدائق الآداب فى اللغة لعبيد الله بن محمد المعروف بابن شاهمردان ٤٤١٨ حدائق

de iis responsis juridicis dicitur, quae hic reddidit. In panegyrico, quem *Ibn Hajr Sháfiio* scripsit, hunc narrasse dicit: Convenerunt apud me doctrinae traditionariae discipuli, cumque a me petiissent, ut de corpore traditionum ab *Abu Hanífa* emisso scriberem: Hanefitarum, respondi, orationem ignoro, donec eorum libros inspexero. Itaque ut libri illi subministrarentur imperavi: eos *Mohammed Ben-elhasan* mihi descripsit. Quos cum per annum inspexissem, donec memoriae mandassem, librum Baghdadicum i. e. *Hajjet* nostrum composui. — 4411. El-Hojej El-Ekber, probationes maximae. *Casída* magna, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Ibn Arabi.* — 4412. El-Hojej El-Mobayyinet, probationes clarae, utrum Mekka praeferenda sit an Medina, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 4413. El-Hojej, probationes, auctore *Bishr Ben Ghiyáth Mirrisi* Hanefita, [anno 219 (inc. 16. Jan. 834) mortuo]. Opus hoc libro *Mozenii* praeferendum est, et probationes (*Hojej*) *Isae Ben Aban* eruditione subtiliore et dispositione elegantiori librum *Mozenii* superant. — 4414. El-Hojej, probationes, auctore *Ala Ben Sadaca.* — 4415. Hadaïc el-ahdác, horti pupillarum de doctrina quadratorum talismanicorum. — 4416. Hadaïc ahdác el-azhar, horti pupillarum florum et lucernae luminum ignium, auctore *Mohammed Ben Ibrahim Ben-elhanbali Halebi*, [anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo]. — 4417. Hadaïc el-adab, horti studiorum humanitatis. Symbola ad lexicographiam, auctore *Obeidallah Ben Mohammed*, vulgo *Ibn Shahmerdán* dicto. — 4418. Hadaïc,

الاذهان في اخبار بيت النبى صلعم للامام على بن حسين المسعودى المتوفى سنة ٣٤٦ ٤٤١٩ حدآئف الازهار في شرح مشارق الانوار يأتى في الميم ٤٤٢٠ حدآئف الاسمآء وحقآئق المسمّى ٤٤٢١ حدآئف الانس في التاريخ ٤٤٢٢ الحدآئف الانسيّة في كشف حقآئق الاندلسيّة في العروض [للشيخ الامام محمد بن ابرهيم المعروف بابن الحنبلى المتوفى سنة ٩٧١ وهو شرح على الاندلسيّة] ٤٤٢٣ حدآئف الانوار في حقآئق الاسرار للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ اورد فيه موضوعات ستين علمًا الّفه للسلطان علآء الدين تكش الخوارزمى ٤٤٢٤ حدآئف الانوار لابى بكر محمد بن عمر المعروف بابن السراج الرازى المتوفى سنة ٤٤٢٥ حدآئف الايمان لاهل اليقين والعرفان فارسى للشيخ علآء الدين على ابن محمد الشهير بمصنفك الّفه سنة ٨٤١ بهراة ورتّب على خمسة ابواب ١ في الايمان والمؤمن وما يتعلّق به ٢ في بيان حديث بُنِىَ الاسلام على خمس وما فيه من الحكمة ٣ في فرآئض

---

el-adzhán, horti ingeniorum. Historia familiae prophetae, auctore Imám *Ali Ben Hosein Mes'údi*, anno 346 (inc. 4. Apr. 957) mortuo. — 4419. Hadáïc el-azhar. horti florum. Commentarius operis *Meshâric el-anwár*. de quo litera *Mím* videatur. — 4420. Hadáïc el-asmá, horti nominum et vera natura nominati. — 4421. Hadáïc el-ins, horti generis humani. Opus historicum. — 4422. El-Hadáïc El-Insiyet. horti societatis humanae de revelandis artis metricae ab *Andalusi* editae subtilitatibus. [auctore Sheikh et Imám *Mohammed Ben Ibrahím*, vulgo *Ibn-elhanbali* dicto et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. Commentarius est illius artis metricae]. — 4423. Hadáïc el-anwár fi hacáïc el-asrár, horti luminum de subtilitatibus arcanorum. Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Rázi*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuus, describit in hac encyclopaedia, quam *Alá-ed-díno Tekesh Khawarezmi*ae Sultano composuit, objecta doctrinarum sexaginta. — 4424. Hadáïc el-anwár, horti luminum, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Omar Rázi*, vulgo *Ibn-elserráj* dicto et anno . . . mortuo. — 4425. Hadáïc el-ímán, horti fidei asseclis cognitionis spiritalis et scientiae mysticae scripti. Opus persicum, quod Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dictus, anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) Heratae composuit et in quinque capita disposuit, quorum primum fidem tractat et fidelem et quae huc pertinent, secundum explicationem traditionis „Fides islamica quinque nititur fundamentis,“ et quae ei insint sapientiae vestigia — tertium statuta loturae

الغسل ٤ في فرائض الوضوء ٥ في فرائض الصلوة وواجباتها ٤٤٢٦ حدائق البيان في شرح التبيان سبق في التاء ٤٤٢٧ حدائق الحقائق في التفسير فارسي لمعين الدين المعروف بالمسكين الهروي ٤٤٢٨ حدائق الحقائق في الحديث لبرهان الدين عمر بن علي بن الملقن الشافعي المتوفى سنة ٨٠٤ ثمّ اختصره وسمّاه الرائق ٤٤٢٩ حدائق الحقائق في الموعظة لتاج الدين محمد بن ابي بكر بن عبد القادر الرازي الملقّب بالصدر وهو مختصر جمعه من الاحاديث والآثار والمواعظ وجعله ستين بابا اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ٤٤٣٠ حدائق الحقائق لمحمد بن المرتحل الهمداني اوله الحمد لله المنزّه عن الانواع والاجناس الخ وهو مشتمل على ثلثين صنفا من العلوم اثنى عشر منها حكميّة والباقي شرعيّة ٤٤٣١ حدائق الحقائق من المنطق والطبيعي والالهي للشيخ زين الدين عبد الرحمن بن محمد الكشي وهو مجلّد مرتّب على مقدّمتين وثلثة كتب فيما ذكر من الفنون الثلثة اوله الحمد لله الذي انشأ الخلائق بقدرته الخ ٤٤٣٢ حدائق ذات بهجة في التفسير لابي يوسف عبد السلام بن

simplicis — quartum lotionis sacrae statuta — quintum statuta precationis et quae in precando necessario observanda sunt. — 4426. Hadáïc el-beyán, horti explicationis. Commentarius libri *Tibyán*, de quo in litera *Tá* dictum est. — 4427. Hadaïc el hacáïc, horti veritatum. Commentarius in Coranum a *Moin-ed-dín Herewi*, vulgo *Miskín* dicto, persice editus. — 4428. Hadaïc el-hacaïc, horti veritatum de re traditionaria, auctore *Borhán-ed-dín Omar Ben Ali Ben-elmolacckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuo. Serius opus in epitomen coegit *Ráïc* inscriptam. — 4429. Hadáïc el-hacáïc, horti veritatum. Compendium paraeneticum, quod *Táj-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ben Abd-el-cádir Rázi*, vulgo *Sadr-ed-dín* dictus, e traditionibus prophetae, ejus sociorum factis dictisque et paraenesibus congessit et in sexaginta capita distribuit. Incipit ita: Laus Deo mundorum domino etc. — 4430. Hadaïc el-hacáïc, horti veritatum, auctore *Mohammed Ben-elmortahil Hemdáni*. Hic liber, qui ita incipit: Laus Deo, qui omnibus speciebus et generibus exemtus est etc., triginta genera doctrinarum complectitur, quarum duodecim ad philosophiam, cetera ad legem spectant. — 4431. Hadaïc-el-hacaïc, horti veritatum logicam, physicam et metaphysicam spectantium. Volumen a Sheikh *Zein-ed-dín Abd-el rahman Ben Mohammed Keshshi* scriptum, et in duas praefationes et tres libros de iis, quae de illis tribus doctrinis docentur, divisum, quod ita incipit: Laus Deo, qui potentia sua res creatas produxit etc. — 4432. Hadaïc dzat behjet, horti amoenitate ornati, auctore *Abu Yusuf Abd-elselám Ben*

محمد القزويني [المتوفى سنة ٤٨٣] وهو كبير في ثلثمائة مجلد على ما ذكر في بعض الكتب [قلت قال الداودي في طبقات المفسرين قال ابن النجار جمع كتابا بلغ خمسمائة مجلد حشا فيه العجائب حتى رأيت منه مجلدا في آية واحدة وهي قوله تعالى وَاتَّبَعُوا مَا تَتْلُو الشَّيَاطِينُ انتهى] ٤٤٣٣ حدائق السحر في دقائق الشعر فارسي لرشيد الدين محمد ابن محمد بن عبد الجليل المعروف بالوطواط الكاتب المتوفى سنة ٥٧٣ ذكر فيه انه رأى ترجمان البلاغة واشتغل مع ما فيه من التكلفات في نظمه والخلل في معانيه فألف اوله الحمد لله على ما افاض علينا من نعمه الخ واهداه لابي المظفر اتسز خوارزم شاه ثم شرحه حسن ابن محمد الملقب بشرف الرامي لاويس شاه ورتبه على قسمين قسم في اصطلاحات الشعراء المتقدمين مشتملا على خمسين بابا وقسم في تصرفات كلام المتأخرين مشتملا على تسعة ابواب واتمه في رمضان سنة ٨٧٨ وسماه شقائق الحقائق ٤٤٣٤ حدائق الشقائق في ترجمة الشقائق النعمانية يأتي في الشين ٤٤٣٥ حدائق الوسائل الى طرق الرسائل مجلد

---

*Mohammed Cazwini*, [anno 483 (inc. 6. Mart. 1090) mortuo]. Commentarius in Coranum magnae molis, qui, ut in libro quodam legitur, trecenta explet volumina. [Adjicio haec. *Dawudi* in Classibus interpretum coranicorum *Ibn-el-nejjár* dixisse narrat se librum scribere, qui quingenta volumina expleat, rebus mirabilibus differta, ut volumen viderem illum unum versum Corani tractans „Et secuti sunt id, quod meditati sunt Satanae]." — 4433. Hadáïc el-sihr, horti magiae de subtilitatibus poeseos. Opus persicum, auctore *Reshíd-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ben Abd-el-jelíl* Scriba, vulgo *Wetwát* dicto et anno 573 (inc. 30 Jun. 1177) mortuo. Se librum *Turjemán el-belághet* legisse dicit et tractasse, quamvis laboret affectata et molesta versuum cura et sententiarum tenuitate et inopia. Composuit igitur opus ita incipiens: Laus Deo pro beneficiis gratiosis, quae in nos largiter contulit etc., illudque *Abu'lmotzafferо Etsiz Khowarezmsháho* obtulit. Deinde *Hasan Ben Mohammed* honorifice *Sheref-ed-dín Rámi* cognominatus in honorem *Oweissháh*i commentarium ejus edidit in duas partes divisum, quarum prima quinquaginta capitibus comprehensa de terminis technicis poetarum antecedentium agit, altera novem capita continens de usu orationis apud recentiores arbitrario. Commentarium hunc, *Shecáïc el-hucáïc* inscriptum, mense Ramadhan anni 878 (inc. 29. Mai. 1473) ad finem adduxit. — 4434. Hadáïc el-shecáïc, horti fissurarum. Translatio operis *El-Shecáïc El-Nomániyet*, de quo in litera *Shín* dicetur. — 4435. Hadáïc-el-wesáïl, horti adjumentorum, quibus ad vias epistolarum pervenitur. Volumen,

لابى الحسن على بن زيد البيهقى المتوفى سنة    ٤٤٣٦ حدآئق لاهل الحقآئق فى الموعظة
للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى البغدادى المتوفى سنة ٥٩٧ وهو مجلّد مشتمل
على مائة مجلس اورد فيه احاديث للوعّاظ ليوشح بها الآيات فى وعظهم مسندة تليق بها
٤٤٣٧ حدآئق فى الموعظة لحسن بن على الواعظ النيسابورى المتوفى سنة    ٤٤٣٨ حدّ العريض
فى الفرق بين الكناية والتعريض لتقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦
٤٤٣٩ حدّ النحو لابى العباس احمد بن يحيى المعروف بالثعلب النحوى المتوفى سنة [٢٩١]
٤٤٤٠ حدّ الواعظين    ٤٤٤١ حدق المقلتين فى شرح بيتى الرقمتين لاحمد بن محمد
ابن على البخارى المتوفى سنة    ٤٤٤٢ حدود الاحكام مختصر للشيخ علآء الدين على بن
محمد الشهير بمصنفك المتوفى سنة ٨٧٥ اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الحدود الخ
٤٤٤٣ حدود الاعراب ليحيى بن زياد الفرّآء النحوى المتوفى سنة ٢٠٧ ذكر فيه ستّا واربعين

---

auctore *Abu'lhasan Ali Ben Zeid Beihacki*, anno . . . mortuo. — 4436. Hadáïc li ahl el-hacaïc, horti veritatum studiosis a Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi Baghdádi*, anno 597 (inc. 3. Nov. 1198) mortuo, scripti. Opus paraeneticum unius voluminis centum consessus complectens, in quo auctor concionatoribus traditiones offert, quibus versus coranici in paraenesibus ornentur, easque tales, quae auctoritate certa nituntur et versibus illis accommodatae sunt. — 4437. Hadaïc fi el-mauitzet, horti. Opus paraeneticum, auctore *Hasan Ben Ali Nisaburi* Concionatore, anno . . . mortuo. — 4438. El-Hadd El-Arídh, definitio lata de discrimine inter metonymiam et allegoriam, auctore *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 4439. Hadd el-nahw, definitio grammaticae, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya* Grammatico, vulgo *Thaleb* dicto et anno [291 (inc. 24. Nov. 903)] mortuo. — 4440. Hadd el-waïtzín, terminus concionatorum. — 4441. Hadac el-moclatein, pupillae duorum oculi circulorum. Commentarius duorum versuum *Rocmatein* dictorum, auctore *Ahmed Ben Mohammed Ben Ali Bokhári*, anno . . . mortuo. — 4442. Hodúd el-ahkam, definitiones statutorum, auctore Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* dicto et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui servo suo definitiones revelavit etc. — 4443. Hodúd el-irab, definitiones doctrinae flexionum finalium, auctore *Yahya Ben Ziyád Ferrá* Grammatico, anno 207 (inc. 27. Mai. 822) mortuo. Commemorat hic quadra-

حدًا فى الاعراب     ٤٤٤٤ حدود الاكبر والاصغر لابى الحسن على بن عيسى الرمانى النحوى المتوفى سنة ٣٨٤     ٤٤٤٥ حدود القياس لهشام بن معوية الكوفى النحوى المتوفى سنة [٢٠٩]

## ٤٤٤٦ علم الحديث

وهو علم يعرف به اقوال النبى صلعم وافعاله واحواله فيندرج فيه معرفة موضوعه واما غايته فهو الفوز بسعادة الدارين كذا فى الفوآئد الخاقانية وهو ينقسم الى العلم برواية الحديث وهو علم يبحث فيه عن كيفية اتصال الاحاديث بالرسول صلعم من حيث احوال رواته ضبطًا وعدالةً ومن حيث كيفية السند اتصالًا وانقطاعًا وغير ذلك وقد اشتهر باصول الحديث كما سبق والى العلم بدراية الحديث وهو علم باحث عن المعنى المفهوم من الفاظ الحديث وعن المراد منها مبنيًا على قواعد العربية وضوابط الشريعة ومطابقًا لاحوال النبى صلعم وموضوعه احاديث الرسول صلعم من حيث دلالتها على المعنى المفهوم او المراد وغايته التحلى بالآداب

---

ginta definitiones illam scientiam spectantes. — 4444. **Hodud El-Ekber we El-Asghar**, definitiones magnae et parvae, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Isa Rommáni* Grammatico, anno 384 (inc. 15. Febr. 994) mortuo. — 4445. **Hodúd el-ekiyás**, definitiones analogiae, auctore *Hishám Ben Moáwiya Kufi* Grammatico, anno [209 (inc. 4. Mai. 824)] mortuo.

### 4446. Ilm el-hadíth. Doctrina rei traditionariae.

„Haec est, ut in *El-Fewáïd El-Khacániyet* legitur, ea doctrina, qua dicta, facta et quae alia ad prophetam spectant, cognoscuntur, ita ut huic definitioni cognitio ejus objecti inserta sit. Finis ejus acquisitionem spectat felicitatis hujus et alterius vitae.“ Dividitur autem in partem (historicam), quae in tradendis factis dictisque propheticis versatur et de ratione quaerit, qua traditiones ad prophetam usque referendae sint, spectatis partim relationis earum conditionibus, quatenus scilicet certa et praesenti traditorum memoria eorumque justitia et probitate nituntur, partim ratione habita modi auctoritate utendi, quatenus ea testium seriem aut continuam aut interruptam sequatur et quae sunt alia — et in partem (dogmaticam), quae in intelligendis traditionibus versatur et de sensu quaerit ex verbis traditionum eliciendo deque earum significatione, nixa linguae arabicae fundamentis legisque statutis, et cum iis quae prophetae vitam et conditionem spectant congrua. Objectum ejus sunt traditiones prophetae, quatenus sensum ejus

النبويّة والتخلّي عمّا يكرهه ونهيه ومنفعته اعظم المنافع كما لا يخفى على المتأمّل ومباديه العلوم العربيّة كلّها ومعرفة القصص والاخبار المتعلّقة بالنبى صلعم ومعرفة الاصلين والفقه وغير ذلك كذا في مفتاح السعادة والصواب ما ذكر في الفوآئد ان الحديث اعمّ من القول والفعل والتقرير كما حقّق في محلّه قال ابن الاثير في جامع الاصول علوم الشريعة تنقسم الى فرض ونفل والفرض ينقسم الى فرض عين وفرض كفاية ومن اصول فروض الكفايات علم احاديث رسول الله صلعم وآثار الصحابة التي هي ثاني ادلّة الاحكام وله اصول واحكام وقواعد واصطلاحات ذكرها العلمآء وشرحها المحدّثون والفقهآء يحتاج طالبه الى معرفتها والوقوف عليها بعد تقديم معرفة اللغة والاعراب الذين هما اصل لمعرفة الحديث وغيره لورود الشريعة المطهّرة بلسان العرب وتلك الاشيآء كالعلم بالرجال واساميهم وانسابهم واعمارهم ووقت وفاتهم والعلم بصفات الرواة وشرآئطهم التي يجوز معها قبول روايتهم والعلم بمستند الرواة وكيفيّة اخذهم الحديث وتقسيم

intellectum aut propositum exprimunt. Finis ejus in dulci voluptate spectatur, quae ex moribus prophetae humanis et gratis capitur, inque omnium eorum remotione, quae repudiat et interdicit, et fructus ejus, ut nullum virum cordatum et intelligentem fugit, omnino maximus est. Initia denique sunt doctrinae linguae arabicae omnes, cognitio historiarum et narrationum, quae prophetam spectant, cognitio principiorum fidei et juris et jurisprudentiae ipsius, et quae sunt alia, ut in libro *Miftáh el-seádet* legitur. Ad veritatem autem propius accedit, quod in *El-Fewáïd* docetur, cum traditio, quemadmodum suo loco accuratius dicetur, latius pateat, quam ut dictum, factum et confessionem tantum comprehendat. — *Ibn-elathír* in *Jámi' el-osúl:* Doctrinae legis, inquit, dividuntur in officium a Deo imperatum et sponte susceptum. Illud duplex est, aut personale omnibus fidelibus observandum, aut sufficientiae, quod aliis pro aliis praestare licet. In primariis sufficientiae officiis scientia numeratur, quae in traditionibus prophetae et dictis factisque ejus sociorum versatur, quae secundum genus argumentorum, quibus statuta probentur, constituunt. Continet autem principia, statuta, regulas primarias et terminos technicos, quae a viris doctis commemorantur, a traditionariis jurisconsultisque explicantur, et quorum cognitione et intelligentia ejus studioso opus est, praemissa et linguae arabicae et flexionum finalium cognitione, quae fundamenta sunt cognitionis traditionum aliarumque doctrinarum, cum lex augusta lingua arabica ad homines pervenerit, quae res non minus necessariae sunt quam cognitio primorum traditionum auctorum, eorum nominum, genealogiarum, vitarum, temporis mortium, qualitatum relatorum, conditionum, quibus

شرفه والعلم بلفظ الرواة وايرادهم ما سمعوه واتّصاله الى من يأخذه عنهم وذكر مراتبه والعلم بجواز نقل الحديث بالمعنى ورواية بعضه والزيادة فيه والاضافة اليه ما ليس منه وانفراد الثقة بزيادة فيه والعلم بالمسند وشرآئطه والعالى منه والنازل والعلم بالمرسل وانقسامه الى المنقطع والموقوف والمعضل وغير ذلك واختلاف الناس فى قبوله وردّه والعلم بالجرح والتعديل وجوازهما ووقوعهما وبيان طبقات المجروحين والعلم بانقسام الصحيح من الحديث والكذب وانقسام الخبر اليهما والى الغريب والحسن وغيرهما والعلم باخبار التواتر والاحاد والناسخ والمنسوخ وغير ذلك ممّا تواضع عليه ائمّة الحديث وهو بينهم متعارف فمن اتقنها اتى دار هذا العلم من بابها واحاط بها من جميع جهاتها وبقدر ما يفوته منها

---

eorum relationem admittere licet, cognitio auctoritatum, quibus traditores nituntur, rationis, qua traditiones accipiebant, divisionis viarum, quibus eae ad posteros pervenerunt, cognitio generum dicendi, quibus traditores in referendo utuntur, rationis, qua propagarunt, quae audiverant, et quomodo haec continua serie ad eum perducenda sint, qui eas ab illis acceperat, descriptio classium, ad quas hi pertinent, scientia, utrum permissum sit traditionem ad sensum referre, an ex parte tantum, an eas amplificare iisque adjicere, quae minime ad eas pertineant, an traditor fide dignus solus sit et unicus, qui illam amplificationem habeat, cognitio corporum traditionum auctoritate stabilitarum et a singulis collectarum, et conditionum, a quibus dependeant, porro quae ibi a viris summae auctoritatis omissis ceteris traditae sint, et quae continua serie nullo ejus membro neglecto ad seriores pervenerint, doctrina traditionum, quae socio prophetae tanquam ultimo teste carent, et harum divisionis in eas, quibus duo aut plures in serie traditorum neque ii continui desunt, et in eas, quae, antequam ad Mohammedem adscendant, jam desistunt, et denique in eas, ubi duo aut plures traditores continui exciderunt, et quae sunt alia genera: porro cognitio diversarum hominum sententiarum de traditionibus aut admittendis aut rejiciendis, scientia, quae in traditoribus aut reprobandis aut juste aestimandis versatur et quaerit, an haec reprobatio et aestimatio licita et omnino admittenda sit, descriptio classium reprobatorum, cognitio generum traditionum, quae verae et sincerae et quae fucatae sint, ejusdemque divisionis in traditiones ab aliis quam a propheta relatas cadentis et in eas, quae unicum tantum prophetae socium auctorem habent, et in probabiles et quae sunt aliae species, cognitio traditionum, quae a pluribus viris fide dignis et quae ab uno tantum propagatae sunt, traditionum abrogantium et abrogatarum, et quae sunt alia, de quibus summi rei traditionariae

تنزّل درجته وتنحطّ رتبته الّا انّ معرفة التواتر والاحاد والناسخ والمنسوخ وان تعلّقت بعلم الحديث فانّ المحدّث لا يفتقر اليه لانّ ذلك من وظيفة الفقيه لانّه يستنبط الاحكام من الاحاديث فيحتاج الى معرفة التواتر والاحاد والناسخ والمنسوخ فامّا المحدّث فوظيفته ان ينقل ويروى ما سمعه من الاحاديث كما سمعه فان تصدّى لما ورآءه فزيادة فى الفضل

واما مبدأ جمع الحديث وتأليفه وانتشاره فانّه لمّا كان من اصول الفروض وجب الاعتنآء به والاهتمام بضبطه وحفظه ولذلك يسّر الله تعالى للعلمآء الثقات الذين حفظوا قوانينه واحتاطوا فيه فتناقلوه كابرًا عن كابرٍ واوصلوه كما سمعوه اول الى اخر وحبّبه الله اليهم لحكمة حفظ دينه وحراسة شريعته فما زال هذا العلم من عهد الرسول صلعم اشرف العلوم واجلّها لدى الصحابة والتابعين وتابعى التابعين خلفًا بعد سلف لا يشرف بينهم احد بعد حفظ

doctores convenerunt, et quae inter eos comprobata sunt. Quae qui accurate cognoscit, hanc doctrinam justissima et aptissima via sibi comparat, eamque ab omnibus partibus amplectitur, et quo plures harum rerum eum fugiunt, eo magis ejus dignitas inclinatur et auctoritas imminuitur, nisi quod cognitione traditionum, quae a pluribus viris fide dignis et quae ab uno solum relatae sint, et abrogantium et abrogatarum, quanquam ad doctrinam rei traditionariae pertineant, traditionarius carere potest: hae enim partes sunt jurisconsulti, qui statuta legis elicit e traditionibus, ita ut ei opus sit cognitione traditionum a pluribus et ab uno solum relatarum, et abrogantium et abrogatarum: traditionarii vero est tradere et referre eas traditiones quas audiverit eo modo, quo audivit: quos terminos si excedit, merita ejus augentur.

Initium autem traditiones colligendi, componendi et propagandi, cum hoc negotium ad primaria officia a Deo praescripta pertineat, sumtum est a necessitate imposita curae illud sibi habendi et summa sollicitudine traditiones ad praesentem usum memoria retinendi eique mandandi. Quapropter Deus viris doctis et fide dignis, qui rei traditionariae statuta memoria et scientia exquisita comprehendebant, succurrebat, ut eas uno tenore sibi invicem traderent et alter ad alterum, quemadmodum eas audiverat, propagaret, Deusque caras eas reddidit studiosis, cum pro sapientia sua religionem custodire legemque servare studeret. Itaque haec scientia a tempore prophetae nobilissima et illustrissima esse doctrinarum non desiit prophetae asseclis horumque sectatoribus iisque, qui hos sequebantur continua successione, nec

كتب الله تعلى آلّا بقدر ما يحفظه منه ولا يعظم فى النفوس آلّا بحسب ما يسمع من الحديث عنه فتوفّرت الرغبات فيه فمّ زال الهمّ من لدن الرسول صلعم الى ان انعطفت الهمم على تعلّمه حتى لقد كان احدهم يرحل المراحل ويقطع الفيافى والمفاوز ويجوب البلاد شرقًا وغربًا فى طلب حديث واحد ليسمعه من راويه فمنهم من يكون الباعث له على الرحلة طلب ذلك الحديث لذاته ومنهم من يقرن بتلك الرغبة سماعه من ذلك الراوى بعينه امّا لثقته فى نفسه وامّا لعلوّ اسناده فانبعثت العزآئم الى تحصيله وكان اعتمادهم اوّلا على الحفظ والضبط فى القلوب غير ملتفتين الى ما يكتبونه محافظة على هذا العلم كحفظهم كتاب الله تعالى فلمّا انتشر الاسلام واتّسعت البلاد وتفرّقت الصحابة فى الاقطار ومات معظمهم وقلّ الضبط احتاج العلمآء الى تدوين الحديث وتقييده بالكتابة ولعمرى انّها الاصل فانّ الخاطر يغفل والقلم يحفظ فانتهى الامر الى زمن جماعة من الائمّة

---

eorum quisquam, libro divino memoriae mandato, aestimabatur nisi pro quantitate traditionum, quas memoriae tradebat, nec magnus habebatur inter homines nisi pro ratione traditionum quas audiverat, ut cupide et copiose appeterentur, nec a propheta inde curae esse desinerent, donec animi ad hoc studium inclinarent, ut alius longa spatia peragraret, deserta aqua carentia et loca inculta emetiretur, regiones orientem et occidentem versus obiret ad unam traditionem exquirendam, ut eam a teste ipso acciperet. Alios ad iter faciendum impulit hujus traditionis exploratio propter eam ipsam, alii cum hoc desiderio cupiditatem conjunxerunt eam potissimum ex illo ipso traditore audiendi vel propter ipsam fidem solam, quam habebat, vel propter gradum altum, quo auctoritates, quibus utebatur, distinctae sunt, ut inde firma animi voluntas eam comparandi oriretur.

Ab initio traditores iis nitebantur, quae memoria tenebant et animo pronto complectebantur, nihil ea respicientes, quae ad hanc scientiam eodem modo custodiendam scribebant, quo librum divinum conservare studebant. Cum deinde religio Islamica propagaretur, terrarum Mohammedanorum fines proferrentur, socii prophetae quoquoversus dispergerentur, magna eorum pars moreretur et memoriae usus diminueretur, viri docti ad traditiones componendas et scriptura complectendas necessario excitabantur, et per religionem meam! hoc caput rei est, mens enim negligentiae obnoxia est, calamus vero custodit. Ita res ad tempus plurium Imamorum

مثل عبد الملك بن جُريج ومالك بن انس وغيرهما فدوّنوا الحديث حتّى قيل انّ اوّل كتاب صنّف فى الاسلام كتاب ابن جريج وقيل موطّأ مالك وقيل انّ اوّل من صنّف وبوّب الربيع بن صبيح بالبصرة ثمّ انتشر جمع الحديث وتدوينه وتسطيره فى الاجزآء والكتب وكثر ذلك وعظم نفعه الى زمن الامامين ابى عبد الله محمد بن اسمعيل البخارى وابى الحسين مسلم بن الحجّاج النيسابورى فدوّنا كتابيهما واثبتا فيهما من الاحاديث ما قطعا بصحّته وثبت عندهما نقله وسمّيا الصحيح من الحديث ولقد صدقا فيما قالا والله مجازيهما عليه ولذلك رزقهما الله من حسن القبول شرقًا وغربًا ثمّ ازداد انتشار هذا النوع من التصنيف وكثر فى الايدى وتفرّقت اغراض الناس وتنوّعت مقاصدهم الى ان انقرض ذلك العصر الذى قد جمعوا وألّفوا فيه مثل ابى عيسى محمد بن عيسى الترمذى ومثل ابى داود سليمن بن الاشعث السجستانى وابى عبد الرحمن احمد بن شعيب النسأئى وغيرهم فكان ذلك العصر خلاصة العصور فى تحصيل هذا العلم واليه المنتهى ثمّ نقص ذلك الطلب وقلّ الحرص وفترت

processit, quales sunt *Abd-el-melik Ben Joreij*, *Málik Ben Anes* aliique, qui traditiones in unum corpus collegerunt, ut primus liber, qui tempore Islami compositus esset, opus *Ibn Joreij*i fuisse diceretur; alii eundem tribuunt honorem operi *Mowatta* a *Málik* edito, alii primum, qui composuerit et in capita distribuerit, *Rebí' Ben Sobeih* Basrensem fuisse tradunt. Ab eo inde tempore usus traditiones conquirendi, in unum colligendi et in fasciculis et libris scribendi divulgabatur et multus erat, magnaque inde utilitas orta est usque ad tempora Imamorum duorum *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismail Bokhári* et *Abu'lhosein Moslim Ben-elhejjáj Nisaburi*, qui opera sua collegerunt ita, ut ibi traditiones diligenter et accurate describerent, quas probas esse sibi persuaserant, neque juste propagatas esse dubitabant, et veras potissimum esse traditiones firmiter credebant. Et sane in iis, quae dicunt, veritatis sunt studiosi Deusque iis omnia bona tribuat. Quo factum est, ut Deo juvante uterque honorifice exciperetur et in Oriente et in Occidente, et hoc genus compositionis deinde magis obtinebat multumque manus vexabat, et consilia hominum separata erant, et quae volebant, in varia genera sejungebantur, donec haec aetas ad finem pervenerat, qua viri docti colligebant et componebant, ut *Abu Isa Mohammed Ben Isa Tirmidzi*, *Abu Dawud Soleiman Ben-elashath Sejestáni*, *Abu Abd-el-rahman Ahmed Ben Shoeib Nesáï* et alii. Hoc seculum certe omnium praestantissimum fuit in hac

الهمم فكذلك كلّ نوع من انواع العلوم والصنائع والدول وغيرها فانّه يبتدى قليلا قليلا ولا يزال ينمى ويزيد الى ان يصل الى غاية هى منتهاه ثمّ يعود وكان غاية هذا العلم انتهت الى البخارى ومسلم ومن كان فى عصرهما ثمّ نزل وتقاصر الى ما شآء الله ثمّ انّ هذا العلم على شرفه وعلوّ منزلته كان علمًا عزيزًا مشكل اللفظ والمعنى ولذلك كان الناس فى تصانيفهم مختلفى الاغراض فمنهم من قصر همّته على تدوين الحديث مطلقًا ليحفظ لفظه ويستنبط منه الحكم كما فعله عبد الله بن موسى العبسى وابو داود الطيالسى وغيرهما اوّلا وثانيًا كاحمد بن حنبل ومن بعده فانّهم اثبتوا الاحاديث فى مسانيد رواتها فيذكرون مسند ابى بكر الصديق رضى الله عنه مثلًا ويثبتون فيه كلّ ما رووه عنه ثمّ يذكرون بعده الصحابة واحدًا بعد واحد على هذا النسق ومنهم من يثبت الاحاديث فى الاماكن التى هى دليل عليها فيضعون لكلّ حديث بابًا يختصّ به فان كان فى معنى الصلوة ذكروه فى باب الصلوة وان كان فى معنى الزكوة ذكروه فيها كما فعله مالك فى الموطأ الّا انّه لقلّة ما

---

disciplina colenda, et finis summus ultra quem non progrediebantur. Serius hoc studium minuebatur, ardor elanguescebat et animi laxabantur, quae conditio est omnis generis doctrinarum, artium, dynastiarum aliarumque rerum. Initium sumunt gradatim procedens nec crescere desinunt et augmenta capiunt, donec ad summum terminum perveniunt, quem non excedunt: tum in dies imminuuntur. Summum hujus scientiae gradum attigerunt *Bokhári*, *Moslim* eorumque aequales: tum ea decrescebat et tantum imminuebatur, quantum Deus volebat.

Attamen haec doctrina pro nobilitate sua et ordinis sublimitate difficilis erat et verbis et sensu haud aperta ad intelligendum. Ea de caussa homines in his libris scribendis varia sequebantur consilia: aliorum cura in traditionibus in unum colligendis in universum acquiescebat, ut ad verbum conservarentur ex iisque statuta elicerentur, quorum illud v. c. *Abdallah Ben Musa Absi*, *Abu Dawud Teyálisi* et alii spectarunt, hoc *Ahmed Ben Hanbal* et qui eum secuti sunt; hi enim traditiones sub traditorum auctoritatibus, ut v. c. auctoritatem *Abu Bekr*i veracis commemorant, subque ea omnia ab eo profecta referunt, tum post eum socios laudant singulos unum post alterum eadem ratione. Alii traditiones describunt iis locis, quae quasi earum indices sunt; tribuunt enim singulis traditionibus caput iis proprium, ut si Dei invocationem exprimunt, eas in capite invocationis Dei laudent, si ad argumentum eleemosynae pertinent, sub hoc titulo illis locum tribuant, ut *Málik* in *Mowatta* fecit, nisi quod

فيه من الاحاديث قلّت ابوابه ثمّ اقتدى به من بعده فلمّا انتهى الامر الى زمن البخارى ومسلم وكثرت الاحاديث المودعة فى كتابيهما كثرت ابوابهما واقتدى بهما من جاء بعدهما وهذا النوع اسهل متناولًا من الاول لانّ الانسان قد يعرف المعنى وان لم يعرف راويه بل ربّما لا يحتاج الى معرفة راويه فاذا اراد حديثًا يتعلّق بالصلوة طلبه من كتاب الصلوة ولانّ الحديث اذا أُورِدَ فى كتاب الصلوة علم الناظر انّ ذلك الحديث هو دليل ذلك الحكم فلا يحتاج ان يفكر بخلاف الاول ومنهم من استخرج احاديث تتضمّن الفاظًا لغويّة ومعانى مشكلة فوضع لها كتابًا قصره على ذكر متن الحديث وشرح غريبه واعرابه ومعناه ولم يتعرّض لذكر الاحكام كما فعله ابو عبيد القاسم بن سلام وابو محمد عبد الله بن مسلم بن قتيبة وغيرهما ومنهم من اضاف الى هذا الاختيار ذكر الاحكام وآراء الفقهاء مثل ابى سليمان حمد بن محمد الخطابى فى معالم السنن واعلام السنن وغيره من العلماء ومنهم من قصد ذكر الغريب دون متن الحديث واستخرج الكلمات الغريبة ودوّنها ورتّبها وشرحها كما فعله ابو عبيد الله احمد بن

---

ibi ob paucitatem traditionum relatarum capita earum pauca sunt. Hujus vestigia presserunt, qui secuti sunt. Deinde cum aetas *Bokhári* et *Moslimi* appropinquaret, et numerus traditionum in utrinsque opere consignatarum multus esset, capita quoque augebantur, eosque, qui postea vivebant, imitati sunt. Haec ratio pro facilitate quaerendi priori praestantior est: homo enim interdum argumentum cognoscit, licet eum, qui traditionem refert, non cognoscat: quid? quod saepius hujus cognitione caret, et quando traditionem vult, quae invocationem Dei spectat, eam in libro de invocatione Dei quaerit: deinde traditio, cum in capite invocationis Dei descripta est, lectorem docet, hanc traditionem hoc argumentum continere nec longe meditari necesse est, id quod prior illa ratio opposita postulat. Alii, ut *Abu Obeid Cásim Ben Sellám*, *Abu Mohammed Abdallah Ben Moslim Ben Coteiba* et qui hos secuti sunt, traditiones in lucem protulerunt, quae et voces complectebantur ad idioma minus cognitum pertinentes et sensus obscuros, ut libros in eorum explicationem scriberent, ubi in textu traditionum referendo acquiescebant, significationes verborum inusitatas, eorum flexiones finales et sensus explicabant, minime vero in statutis commemorandis operam collocabant. Alii, v. c. *Abu Soleiman Hamd Ben Mohammed Khattábi* in *Meálim el-sonen* et *Ilám el-sonen*, et alii viri docti his traditionibus selectis statuta et decreta jurisconsultorum addunt: alii textu traditionum omisso nonnisi verba rarioris usus commemorare student, eligunt igitur voces inusitatas, colligunt in syllogen, disponunt et commentantur, ut *Abu Obeidallah Ahmed Ben*

محمد الهروى وغيره من العلمآء ومنهم من قصد الى استخراج احاديث تتضمّن ترغيبًا وترهيبًا واحاديث تتضمّن احكاما شرعيّة غير جامعة فدوّنها واخرج متونها وحدها كما فعله ابو محمد الحسين بن مسعود البغوى فى المصابيح وغير هؤلآء ولمّا كان اولائك الاعلام هم السابقين فيه لم يأت صيغهم على اكمل الاوضاع فانّ غرضهم كان اوّلا حفظ الحديث مطلقًا واثباته ودفع الكذب عنه والنظر فى طرقه وحفظ رجاله وتزكيتهم واعتبار احوالهم والتفتيش عن فضآئل امورهم حتى قدحوا وجرحوا وعدّلوا وأخذوا وتركوا هذا بعد الاحتياط والضبط والتدبّر فكان هذا مقصدهم الاكبر وغرضهم الاوفى ولم يتّسع الزمان لهم والعمر لاكثر من هذا الغرض الاعمّ والمهمّ الاعظم ولا راوا فى ايمانهم ان يشتغلوا بغيره من لوازم هذا الفنّ التى هى كالتوابع بل ولا يجوز لهم ذلك فانّ الواجب اوّلا اثبات الذات ثمّ ترتيب الصفات والاصل انما هو عين الحديث ثمّ ترتيبه وتحسين وضعه ففعلوا ما هو الغرض المتعيّن واخترمتهم المنايا قبل

---

*Mohammed Herewi* aliique fecerunt; alii, ut *Abu Mohammed Hosein Ben Mes'ûd Beghewi* in *Mesábîh* et qui sunt ceteri, eas traditiones elicere sibi proposuerunt, quarum argumentum in excitando ad virtutem, in deterrendo a rebus terrenis et in statutis legalibus non universalibus versatur. Itaque eas in corpus collegerunt et solos textus protulerunt.

Hi viri eruditione praecellentes cum ceteris in ea doctrina praeirent, formae, quas secuti sunt, haud perfectissime designatae esse poterant: primo enim loco in universum traditiones conservare studebant et diligenter describere, mendacia ab eis arcere, auctoritates, quas sequebantur, examinare, testes earum memoriae mandare et ab omni suspicione purgare, eorum conditiones accurate perpendere et religiose res, quibus excellebant, investigare, ut vituperarent, reprobarent, fide dignos ab indignis bene distinguerent, admitterent et abjicerent, et nonnisi cautione adhibita, re accurate cognita et attente considerata. Hoc eorum, quae volebant et sibi proponebant, summum erat et perfectissimum, nec tempus nec vita iis permittebant, ultra hunc finem latissime patentem et munus gravissimum progredi, nec per religionem iis placuit, aliis rebus, quae necessario cum hac doctrina conjunctae et quasi ejus comites subsequentes sunt, curam impendere, imo, id ipsum iis minime licebat: ante omnia enim necesse erat, ut res ipsa juste describeretur et tum demum qualitates definirentur. Res primaria sunt traditiones ipsae, tum sequitur earum dispositio et cura eas bene et eleganter describendi. Satisfecerunt igitur iis, quae ipsis definite proposita erant, et mors eos abstulit, antequam ad finem pervenirent iisque

الفراغ والتحلّى بما فعله التابعون لهم والمقتدون بهم فتعقّبوا الراحة من بعدهم ثمّ جآء خلف الصالح فحبّوا ان ينشروا تلك الفضيلة ويشيعوا تلك العلوم التى افنوا اعمارهم فى جمعها امّا بابداع ترتيب او بزيادة تهذيب او اختصار وتقريب او استنباط حكم وشرح غريب فمن هؤلآء المتأخّرين من جمع بين كتب الاوّلين بنوع من التصرّف والاختصار كمن جمع بين كتابى البخارى ومسلم مثل ابى بكر احمد بن محمد الرمانى وابى مسعود ابراهيم بن محمد بن عبيد الدمشقى وابى عبد الله محمد الحميدى فانّهم رتّبوا على المسانيد دون الابواب كما سبق ذكره وتلاهم ابو الحسن رزين بن معاوية العبدرى فجمع بين كتب البخارى ومسلم والموطّأ لمالك وجامع الترمذى وسنن ابى داود والنسائى ورتّب على الابواب الّا انّ هؤلآء اودعوا متون الحديث عارية من الشرح وكان كتاب رزين اكبرها واعمّها حيث حوى هذه الكتب الستّة التى هى امّ كتب الحديث واشهرها وباحاديثها اخذ العلمآء واستدلّ الفقهآء واثبتوا الاحكام ومصنّفوها اشهر علمآء الحديث واكثرهم حفظا واليهم المنتهى

delectarentur, quae eorum sectatores et imitatores fecerunt. Qui hos sequebantur, otio se tradiderunt, dum probi veniebant successores, qui rei traditionariae praestantiam ante oculos ponere amabant et has disciplinas in quibus colligendis vitam consumebant propagabant, traditionibus modo in novum ordinem redigendis, modo diligentius recognoscendis, modo in epitomen cogendis et sibi invicem propius admovendis, modo statutis eliciendis et vocibus inusitatis explicandis. Inter hos recentiores fuerunt, qui libros majorum non sine arbitrio et brevitatis studio conjungebant, ut illi qui libros *Bokhár*i et *Moslim*i in unum confundebant, v. c. *Abu Bekr Ahmed Ben Mohammed Rommáni*, *Abu Mes'úd Ibrahim Ben Mohammed Ben Obeid Dimeshki*, *Abu Abdallah Mohammed Homeidi*, qui traditiones secundum auctoritates sine capitibus disponebant, ut supra docuimus. Hos secutus est *Abu'lhasan Rezin Ben Moawiya Abderi*, qui libros *Bokhár*i et *Moslim*i, *Mowatta Máliki*, *Jámi' Tirmidzii*, *Sonen Abu Dawúd*i et *Nesáyi*i conjungebat traditionesque per capita distribuebat, nisi quod hi viri solos textus omni explicatione destitutos asservandos curabant. Hic *Rezin*i liber amplissimus est et copiosissimus, cum illos sex libros contineat, qui omnium praestantissimi et praeclarissimi sunt: eorum traditiones a viris doctis probabantur, jurisconsulti iis testimoniorum loco utebantur et statuta stabiliebant, auctoresque eorum inter viros rei traditionariae guaros longe illustrissimi et memoriae capacitate florentissimi sunt, quibus praestantiores cogitari non possint.

وتلاه الامام ابو السعادات مبارك بن محمد بن اثير الجزرى فجمع بين كتاب رزين وبين الاصول الستة بتهذيبه وترتيب ابوابه وتسهيل مطلبه وشرح غريبه فى جامع الاصول فكان اجمع ما جمع فيه ثمّ جآء الحافظ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى فجمع بين الكتب الستة والمسانيد العشرة وغيرها فى جمع الجوامع فكان اعظم بكثير من جامع الاصول من جهة المتون الّا انّه لم يبال بما صنع فيه من جمع الاحاديث الضعيفة بل الموضوعة وكان اول ما بدأ به هؤلآء المتأخّرون انّهم حذفوا الاسانيد اكتفآءً بذكر من روى الحديث من الصحابى ان كان خبرًا وبذكر من يرويه عن الصحابى ان كان اثرًا والرمز الى المخرج لانّ الغرض من ذكر الاسانيد كان اوّلًا لاثبات الحديث وتصحيحه وهذه كانت وظيفة الاولين وقد كفوا تلك المؤنة فلا حاجة بهم الى ذكر ما قد فرغوا عنه ووضعوا لاصحاب الكتب الستة علامة ورمزًا بالحروف فجعلوا للبخارى خ لانّ نسبه الى بلده اشهر من اسمه وكنيته وليس فى حروف باقى الاسمآء خآء ولمسلم م لانّ اسمه اشهر من نسبه وكنيته

---

Illum secutus est Imám *Abu'lseádát Mobárek Ben Mohammed Ben Athír Jezeri*, qui librum *Rezín*i cum sex illis operibus primariis in *Jámi' el-osúl* ita conjungebat, ut eum recognosceret, capita disponeret, quaerentibus aditum redderet faciliorem et voces rariores explicaret, unde ibi collecta omnium erant amplissima. Huic successit Hafitz *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, qui in opere *Jam'o el-jewámi'* ad sex illos libros decem opera *Mesánid* et alia adjunxit, ut multo majus evaderet opere *Jámi' el-osúl* pro ratione textuum, nisi quod in colligendo nullam curam adhibuit de traditionibus sublestae fidei, imo ne de spuriis quidem.

Primum, a quo recentiores illi initium fecerunt, fuit, ut auctoritates removerent, illum inter socios nominare contenti, qui traditionem protulerit, si erat traditio a propheta profecta, et si tantum ad socium pertinebat, eum laudare, qui illam retulerit ex ore socii acceptam, denique indicare, qui eam primus elicuerit, cum in laudandis auctoritatibus id potissimum spectarent, ut primum traditiones accurate describerent et ab omni vitiositate salvas praestarent. Hoc munus majoribus datum erat eique officio plane satisfaciebant, ut nos officio necessario liberarent ea laudandi, quae vere ad finem perduxerant. Auctores vero sex librorum illorum literis notarunt et designarunt, ut *Bokhári* litera *Kh* significarent, quod nomen ejus a patria sumtum magis inclaruit, quam ejus nomen et cognomen nec in ceterorum nominum literis litera illa *Khá* reperitur — *Moslim* litera *Mím*, cum ejus nomen magis notum esset

ولمالك ط لانّ اشتهار كتابه بالموطأ اكثر ولانّ الميم اوّل حروف اسمه وقد اعطوه مسلما وباقى حروفه مشتبهة بغيرها وللترمذى ت لانّ اشتهاره بنسبه اكثر ولابى داود د لانّ كنيته اشهر من اسمه ونسبه والدال اشهر حروفها وابعدها من الاشتباه وللنسائى س لانّ نسبه اشهر من اسمه وكنيته والسين اشهر حروف نسبه وكذلك وضعوا لاصحاب المسانيد بالافراد والتركيب كما هو مسطور فى الجامع ثمّ انّ احوال نقلة الحديث فى عصر الصحابة والتابعين معروفة عند كلّ اهل بلدة فمنهم بالحجاز ومنهم بالبصرة والكوفة من العراق ومنهم بالشام ومصر وكانت طريقة اهل الحجاز فى الاسانيد اعلى ممّن سواهم وامتن فى الصحّة لاشتدادهم فى شروط النقل من العدالة والضبط وسيد الطريقة الحجازية بعد السلف الامام مالك عالم المدينة ثمّ اصحابه مثل الشافعى والقعنبى وابن وهب ومن بعدهم كالامام احمد بن حنبل وكتب مالك رحمه الله عليه فى الموطأ اودعه اصول الاحكام من الصحيح ثمّ عنى الحفاظ بمعرفة طرق الاحاديث

quam nomen gentile et cognomen — *Málik* litera *Tá*, cum libri *Mowatta* nomen notissimum et litera *Mím*, prima ejus nominis nota, jam *Moslimo* tributa esset ceteraeque literae facile cum aliis confundi possent — *Tirmidzi* litera *Te*, quod majorem celebritatem ex nomine gentili consecutus erat — *Abu Dawud* litera *Dál*, cum ejus cognomen magis notum esset quam nomen et gentilitas, *Dál* vero inter ceteras nominis literas emineret et ab omni similitudine remotissima esset — *Nesáyi* litera *Sín*, quod ejus gentilitas prae nomine et cognomine inclaruit et litera *Sín* in ejus nomine gentili prae ceteris effulsit. Eodem modo auctores operum *Mesanid* vel simplicibus vel compositis literis notarunt, uti in *Jámi'* scriptum est.

Quae deinde conditionem eorum spectabant, qui traditiones referebant, tempore asseclarum prophetae et eorum sectatorum omnibus urbis, quam habitabant, inquilinis nota erant. Eorum alii in *Hejáz*, alii Basrae et Kufae in Iraca, alii in Syria et Aegypto erant, et auctoritas, quam Hejazenses sequebantur, ceteris praeminet et veritate probatissima est, cum severiores traditionis leges sequerentur in probitate et memoriae capacitate aestimanda. Dux autem et auctor viae Hejazensis post primos traditores Imam *Málik* est, vir eruditus Medinensis. Hunc secuti sunt discipuli, ut *Sháfii*, *Ca'nabi*, *Ibn Wahb*, et qui post hos vixerunt, ut Imam *Ahmed Ben Hanbal*. *Málik* vero, cujus Deus misereatur, *Mowatta* conscripsit opusque fontem esse voluit primarium statutorum e traditionibus sanis collectorum. Tum traditionum gnari cognitionem

واسانيدها المختلفة وربما يقع اسناد الحديث من طرق متعدّدة عن رواة مختلفين وقد يقع الحديث ايضا فى ابواب متعدّدة باختلاف المعانى التى اشتمل عليها وجآء البخارى فخرج الاحاديث على ابوابها بجميع الطرق التى للحجازيّين والعراقيّين والشاميّين واعتمد منها على ما اجمعوا عليه وكرّر الاحاديث وفرق الطرق والاسانيد فى الابواب ثمّ جآء مسلم فصنّف مسنده وحذا فيه حذو البخارى وجمع الطرق والاسانيد وبوّبه ومع ذلك فلم يستوعبا الصحيح كلّه وقد استدرك الناس عليهما فى ذلك ثمّ كتب ابو داود والترمذى والنسائى فى السنن فتوسّعوا من الصحيح للحسن وغيره   قال ابن خلدون امّا البخارى وهو اعلاها رتبة فاستصعب الناس شرحه واستغلقوا منحاه من اجل ما يحتاج اليه من معرفة الطرق المتعدّدة ورجالها من اهل الحجاز والشأم والعراق ومعرفة احوالهم واختلاف الناس فيهم ولذلك يحتاج الى امعان النظر فى التفقّه فى تراجمه ولقد سمعت كثيرًا من شيوخنا يقولون شرح كتاب البخارى دين على

viarum traditionum earumque auctoritatum variarum sibi curae habuerunt: saepe enim ejusdem traditionis auctoritas pluribus viis a diversis traditoribus repetitur, et interdum etiam eadem traditio propter varia argumenta, quae complectitur, pluribus capitibus inserenda est. Hac de caussa *Bokhári* traditiones secundum capita cum omnibus viis, quas Hejázenses, Iracani et Syri sequebantur, elicuit earumque fundamentum illud fecit, in quo consentiebant: traditiones ergo repetiit, et vias et auctoritates per capita distinxit. Huic successit ***Moslim*** operis ***Mosnad*** auctor, in quo exemplum *Bokhári*i secutus est: collegit vias et auctoritates librumque in capita divisit, et nihilominus uterque traditiones sanas minime omnes effuderunt, hominesque id quod in hoc studio amiserant, supplere studebant. Tum composuerunt *Abu Dawud*, *Tirmidzi* et *Nesáyi* opera *Sonen*, ut probabiles aliasque traditionum species a sanis et probis separarent.

Teste *Ibn Khaldún*, *Bokhári* summum tenet gradum; at vero homines difficilem esse statuerunt ejus explicationem rationemque obscuram, eam potissimum ob caussam, quod ad eum intelligendum cognitione variarum viarum earumque auctorum inter Hejázenses, Syros, Iracanos, eorum omnium, quae illos spectabant, et variarum de iis inter homines opinionum carere non possunt. Hanc ob caussam accuratissimo studio opus est ad capita ab eo descripta bene intelligenda, et multos inter doctores nostros dicere audivi, commentarium *Bokhári*i officium esse fidelibus impositum;

الائمة يعنون ان احدًا من علمآء الائمة لم يعرف ما يجب له من الشرح اقول ولعلّ ذلك الدين قضى بشرح المحقق ابن حجر والقسطلانى والعينى بعد ذلك قال المولى ابو الخير واعلم انّ قصارى نظر ابنآء هذا الزمان فى علم الحديث النظر فى مشارق الانوار فان ترقّعت الى مصابيح البغوى ظنّت انّها تصل الى درجة المحدّثين وما ذلك الّا لجهلهم بالحديث بل لو حفظهما عن ظهر قلب وضمّ اليهما من المتون مثليهما لم يكن محدّثًا حتى يلج الجمل فى سمّ الخياط وانّما الذى يعدّه اهل هذا الزمان بالغًا الى النهاية وينادونه محدّث المحدّثين وبخارى العصر من اشتغل بجامع الاصول لابن الاثير مع حفظ علوم الحديث لابن الصلاح والتقريب للنووى الّا انّه ليس فى شىء من رتبة المحدّثين وانّما المحدّث من عرف الاسانيد والعلل واسمآء الرجال والعالى والنازل وحفظ مع ذلك جملة مستكثرة من المتون وسمع الكتب الستّة ومسند الامام احمد بن حنبل وسنن البيهقى ومعجم الطبرانى وضمّ الى هذا القدر الف

quibus verbis significare voluerunt, unum virum doctum inter Muhammedanos haud scire, quae ad hunc librum explicandum necessaria sint. Ex mea quidem sententia fortasse huic officio satisfactum est commentariis *Ibn Hajr*i, et *Castelání*i *Ainí*ique, qui illum secuti sunt. Molla *Abu'lkheir*: Scias, ait, summum quod hujus seculi filii in re traditionaria studiis attingunt, studium esse ad opus *Mesháric el-anwár* collatum, et si ad *Mesábih Beghewí*i progrediantur, se ad gradum traditionariorum pervenisse opinari nonnisi eam ob caussam, quod rei traditionariae plane ignari sint, imo, si utrumque librum memoriter recitent iisque textus utrique similes addant, tantum abest, ut rei traditionariae doctores sint, ut rudens per foramen acus transmitti possit. Quem vero aequales usque ad librum *Nihâyet* pervenisse credunt, praestantissimum praedicant omnium traditionariorum, et *Bokhari*um seculi nominant, qui in studio operis *Jámi' el-osúl* ab *Ibn-elathir* editi versetur, et opus *Olúm el-hadíth Ibn el-salah*i et *Tecríb Newewí*i memoriae mandet: nec tamen ulla in re ad gradum traditionariorum ascendit. Traditionarius enim ille tantum est, qui auctoritates, textus cum auctoritatum viis et variis traditoribus, nomina testium, traditiones a viris summae auctoritatis, ceteris omissis, et continua serie nullo membro neglecto relatas cognoscit, et praeterea magnam textuum copiam memoria tenet, sex traditionum corpora primaria, *Mosnad* Imami *Ahmed Ben Hanbal*, *Sonen Beiháck*i, *Moajjem Taberání*i audivit et huic summae mille fasciculos traditionum singularum addidit,

جزء من الاجزآء الحديثيّة هذا اقلّ فاذا سمع ما ذكرناه وكتب الطبّاق ودار على الشيوخ وتكلّم فى العلل والوفيات والاسانيد كان فى اوّل درجات المحدّثين ثمّ يزيد الله من يشآء ما يشآء هذا ما ذكره تاج الدين السبكى وذكر صدر الشريعة فى تعديل العلوم انّ مشايخ الحديث مشهورون بطول الاعمار وذكر السبكى فى طبقات الشافعية انّ ابا سهل قال سمعت ابن الصلاح يقول سمعت شيوخنا يقولون دليل طول عمر الرجل اشتغاله باحاديث الرسول صلعم ويصدّقه التجربة فانّ اهل الحديث اذا تتبّعت اعمارهم تجدها فى غاية الطول والكتب المصنّفة فى علم الحديث اكثر من ان يحصى الّا انّ السلف والخلف قد اتفقوا على انّ اصحّ الكتب بعد كتاب الله صحيح البخارى ثمّ صحيح مسلم ثمّ الموطّأ ثمّ بقية الكتب الستة وهى سنن ابى داود والترمذى والنسائى وابن ماجه والدارقطنى والمسندات المشهورة ولنذكر ههنا ما فى هذا الكتاب على ترتيبه الالف ابانة للوابلى ابراز الحكم اتحاف الخيرة بزوائد المسانيد العشرة اتحاف السامع اتحاف السنية اتحاف المهرة باطراف العشرة آثار النيرين

---

quod et ipsum minimum est, et quando, quae commemoravimus, audivit, classium traditionariorum auctores scripsit, doctores visitavit, et de textibus eorumque viis, virorum mortibus et auctoritatibus disseruit, ultimum tantum tenet traditionariorum gradum, et tum demum Deus plus dat cui vult et quantum vult. Hoc quidem *Táj-ed-dín Sobki* dicit. *Sadr el-sheríat* in *Ta'díl el-olúm* traditionum doctores prae ceteris longitudine vitae inclaruisse dicit, et *Sobki* in *Tabacát El-Shafiiyet Abu Sahl*um dixisse narrat: Audivi *Ibn-elsaláh* dicere, se doctores suos audivisse dicentes, indicium longae viri vitae studium ejus esse in traditionibus prophetae collocatum, quod et experientia probatur. Quando enim vitas traditionariorum attente consideras, eas sentis esse omnium longissimas.

Copia operum de re traditionaria scriptorum major est, quam ut numerari possint; priores tamen et recentiores post librum Dei omnium operum verissimum et certissimum *Sahíh Bokhári*i esse consenserunt; hoc excipere *Sahíh Moslim*i, *El-Mowatta* et ceteros librorum sex, qui sunt *Sonen Abu Dawud*i, *Tirmidzi*i, *Nesáyi*i, *Ibn Májeh*i, *Dáracotni*i et illa opera notissima *Mosnadát* inscripta. — Recensebimus autem hic opera in hoc libro laudata ad ordinem alphabeticum. Litera *Elif* complectitur *Ibánat Wábili*i — *Ibráz el-hukm* — *It'háf el-khiyarat*, additamenta ad decem *Mesáníd* continens — *It'háf el-sámi'* — *It'háfát Saniyet* — *It'háf el-maharat bi atráf el-asharat* — *Athár el-nirein* — *Ajzá el-ahádíth*, traditionum

اجزاء الاحاديث كثيرة وشتى  الاحاديث الثمانية العالية  الاحاديث الحسان  الاحاديث الضعيفة  الاحاديث القدسية  الاحاديث المنيفة  احسن الحديث  الاحكام الصغرى  الاحكام الكبرى  احياء الميت  اختلاف الحديث  ادب المفردة  اذكار النووى  اربعينيات الحديث كثيرة  ازهار الاحاديث  ازهار فى شرح المصابيح  اسباب الحديث  استذكار شرح الموطأ  اشراف على معرفة الاطراف  اطراف الصحيحين  اطراف الكتب الستة  اطراف المسند المعتلى  اعتصام بالحديث  اعراب الحديث  اعلام السنن  افصاح عن شرح معانى الصحاح  اضحية الرسول صلعم  افضاء الى الفضل  اكليل للحاكم  الزامات على الصحيحين  الف حديث  الامام فى احاديث الاحكام  امالى ابن عساكر  وابن شمعون  وابى طاهر  وابى عبد الله الذهبى  وسلمان الحلوانى  وابى عثمان الاصفهانى  ومحمد بن ناصر  وابى القاسم بن بشران  والبزار  والجوهرى  والزعفرانى  والقضاعى  امالى المرضية  انباه للقضاعى  انتحاء السنن  انوار البوارق فى شرح المشارق  انوار المشكوة  اوسط فى السنن  ب  البدر المنير فى تخريج

sub titulo *Joz* conjunctarum syllogae multae, quae statim commemorabuntur — *El-Ahádith El-Themaniyet El-Aliyet* — *El-Ahádith El-Hisán* — *El-Ahádith El-Dhaifet* — *El-Ahádith El-Codsiyet* — *El-Ahádith El-Monifet* — *Ahsan el-hadith* — *El-Ahkám El-Soghra* — *El-Ahkám El-Kobra* — *Ihyá el-meit* — *Ikhtiláf el-hadith* — *Edeb el-mofridet* — *Adzkár Newewii* — *Arbainiyát*, syllogae traditionum sub hoc titulo conjunctarum, quarum numerus multus est — *Azhár el-ahádith* — *Azhár*, commentarius in opus *Mesábih* — *Asbáb el-hadith* — *Istidzkar*, commentarius in opus *Mowatta* — *Ishráf ala ma'rifet el-atráf* — *Atráf El-Sahihein* — *Atraf el-cotob el-sittet* — *Itráf el-mosnad el-moteli* — *Itisám bi'lhadith* — *Iráb el-hadith* — *Ilám el-sonen* — *Ifsáh*, commentarius sententiarum traditionum sanarum — *Aedhiyet el-rasúl* — *Ifdá*, auctore *Abu'lfadhl* — *Iclil Hakimi* — *Ilzámát ala el-sahihein* — *Alf hadith* — *Ilmám fi ahádith el-ahkám* — *Amáli*, auctoribus *Ibn Asákir* — *Ibn Shem'un* — *Abu Táhir* — *Abu Abdallah Dhehbi* — *Selman Holwani* — *Abu Othmán Isfaháni* — *Mohammed Ben Násir* — *Abu'lcásim Ben Beshrán* — *Bezzár* — *Jauheri* — *Zaferáni* — *Codhaï* — *El-Amáli El-Mardhiyet* — *Inbah*, auctore *Codhaï* — *Intihá el-sonen* — *Anwár el-bewáric*, commentarius operis *Mesháric* — *Anwar el-mishkát* — *Ausat fi el-sonen*. — Litera *Ba* continet libros hos: *El-Bedr El-Monir fi takhrij el-sharh el-kebir* — *Bolugh*

الشرح الكبير  بلوغ المرام  تجريد الصحاح  تجريد الاصول  تجريد الصريح  تحفة السامع  تحفة المهرة  تحفة النبيه  تحقيق في احاديث الخلاف  تخريج احاديث الكتب المتعددة  ترغيب وترهيب  حديث ابن مسعود رضي الله عنه جمعه ابو محمد بن سعيد  حديث الاربعين في امور الدين عني بتخريجها الشيخ الامام نجم الدين ابو النعمان بشر ابن حامد بن سليمان الجعفري التبريزي المتوفى سنة ٦٤٦

٤٤٤٦ الاحاديث المستطرفة في احكام دخول الحشفة قصيدة لابن العفيف وشرحها الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي الشافعي المتوفى سنة ٩١١  ٤٤٤٧ الحديث النفيس في تفليس ابليس للشيخ عز الدين ابن الشيخ الغانم القدسي مختصر اوله الحمد لله الذي خلق ادم ابا البشر  ٤٤٤٨ حديقة الاحداق وروضة الاذواق للشيخ عبد الرحمن البسطامي  ٤٤٤٩ حديقة الاديب وطريقة الاريب للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ جمع فيه اشعاره ثم لخص منه ابياتا وسماه نور الحديقة.  ٤٤٥٠ حديقة البلاغة

el-merám — *Tejríd el-siháh* — *Tejríd el-osúl* — *El-Tejríd El-Seríh* — *Tohfet el-sámi'* — *Tohfet el-maharat* — *Tohfet el-nábih* — *Tahckík fi ahádíth el-khiláf* — *Takhríj ahádíth el-kotob el-moteaddidet*, traditiones ex variis libris extractae — *Targhíb we Tarhíb* — *Hadíth*, traditiones *Ibn Mes'údi*, quas *Abu Mohammed Ben Sáíd* collegit — *Hadíth El-Arbaín*, traditiones quadraginta de rebus ad religionem pertinentibus, de quibus proferendis Sheikh et Imam *Nejm-ed-dín Abu'lnomán Bishr Ben Hámid Ben Soleimán Ja'feri Tebrízi*, anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuus, curam adhibuit.

4446. El-hadíth el-mostatrifet, traditiones novissimae de statutis introitus penis. *Casída* ab *Ibn-elafíf* composita, cujus commentarium Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti* Shafiita, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, edidit. — 4447. El-Hadíth El-Nefís, traditio pretiosa de denunciatione, diabolum laborare inopia, auctore Sheikh *Izz-ed-dín Ibn-elsheikh Ghánim Codsi.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui Adamum patrem creavit etc. — 4448. Hadícat el-ahdác we raudhat el-adzwác, hortus pupillarum et viridarium gustuum, auctore Sheikh *Abd-el-rahman Bistámi.* — 4449. Hadícat el-edíb we Taríeat el-aríb, hortus humanitatis studiosi et via intelligentis, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Collegit hic carmina sua: tum potiorem versuum partem inde selegit, hancque epitomen *Nur el-hadícat* inscripsit. — 4450. Hadícat el-belághet we Dauhat el-beráat,

ودوحة البراعة رسالة في ذكر المآثر العربيّة ونشر المفاخر الاسلاميّة لفقيه ابي الطيّب عبد المنعم بن منّ الله ردّ فيه على ما صنّفه ابو عامر بن خرشنة في تفضيل العجم على العرب

٤٤٥١ حديقة الانيقة ٤٤٥٢ حديقة الحقيقة وشريعة الطريقة المعروف بفخرى نامه فرسى منظوم لابي محمد بن آدم الشهير بالحكيم السنائي نظم في بحر الخفيف لبهرام شاه [ الغزنوي السبكتكيني المتوفى سنة ٥٢٥ ] رتّبه على عشرين بابًا في التوحيد وكلام الله ونعت الرسول صلعم وفضل الصحابة والخلفآء وفضل السيّدين الشهيدين والامامين ابي حنيفة والشافعي والعقل والعلم والعشق والقلب والتصوّف وصفة البشر والشيخوخة وغور الغفلة والحكمة والشهوة وصفة الافلاك والربيع ومدح بهرام شاه ومدح ولده دولتشاه والحكم والامثال فرغ من نظمه سنة ٥٢٤ ثمّ كتب محمد بن علي المعروف بالرفّآء ديباجة منثورة ٤٤٥٣ حديقة الدين ٤٤٥٤ حديقة الروايات ٤٤٥٥ حديقة الزهر في عدّ آي السور داليّة للشيخ برهان

hortus eloquentiae et arboretum facundiae. Tractatus de describendis rebus ab Arabibus praeclare gestis et de divulgandis factis in Islamo gloriosis, auctore *Abu'ltayyib Abd-el-mon'im Ben Manna-allah* Jurisconsulto, qui hic refutat, quae *Abu Amir Ben Kharshana* de barbaris gentibus Arabibus praeferendis disputaverat. — 4451. El-Hadicat El-Anícat, hortus pulcher. — 4452. Hadicat el-hackicat we Sherîat el-taricat, hortus veritatis et lex viae. Poëma persicum vulgo *Fakhri-námeh* dictum, quod *Abu Mohammed Ben Adam Senáyi*, nomine *El-Hekím* insignis [et anno 525 (inc. 4. Dec. 1130) mortuus], *Behrámsháho* [*Gaznewíd*ae e prole *Sebuktekin*i] metro *Khafíf* composuit et in viginti capita distribuit: De doctrina unius Dei et de verbo Corani a Deo revelati — de laude legati divini — de praestantia sociorum et Khalifarum — de meritis dominorum *Hasan* et *Hosein* martyrum — de Imamis *Abu Hanifa* et *Shafii* — de intelligentia universali — de scientia — de amore spiritali — de corde — de Sufismo — de descriptione hominis — de senectute — de socordia mystica valde abdita — de sapientia — de cupidine — de descriptione orbium coelestium et veris — de laude *Behramsháh*i — de laude ejus filii *Dewletsháh* — de apophthegmatis — de parabolis. — Quod carmen cum anno 524 (inc. 15. Dec. 1129) ad finem perduxisset, *Mohammed Ben Ali*, vulgo *Reffâ* dictus, ei praefationem scripsit soluta oratione ornatiori. — 4453. Hadicat el-din, hortus religionis. — 4454. Hadicat el-rewayat, hortus narrationum. — 4455. Hadicat el-zahr, hortus florum de numero versuum Suratarum, auctore

الدين ابرهيم بن عمر الجعبرى المتوفى سنة ٧٣٢ اولها

بدأت بحمد الله تعالى اول مقصدى

وهى ثمان وخمسون بيتًا ٤٤٥٦ حديقة السعدآء تركى لمحمد بن سليمان الشاعر المعروف
بالفضولى البغدادى المتوفى سنة ٩٦٣ جمع فيه وقعة كربلا من كتاب روضة الشهدآء وغيره ورتّب
على عشرة ابواب وخاتمة ٤٤٥٧ الحديقة السندسيّة والروضة القدسيّة فى علم الطلسمات
٤٤٥٨ حديقة المفتى مجلّدين ٤٤٥٩ حديقة المناظرة وسلاح المحاورة مختصر على مقدّمة
وثلاثة ابواب المقدّمة فى بيان الماهيّة والابواب فى اسباب المناظرة وامور متعلّقة بها وتمثيلاتها
اوله الحمد لمن سمك السمآء ووسمها الخ وله شرح لطيف اوله انّ ايمن ما يحلّى بذكره
صدور الصحائف الخ ٤٤٦٠ حديقة فى البديع للمجارى بأنرآء الميملة صاحب المسهب
٤٤٦١ حديقة فى شعرآء الاندلس لابى الصلت اميّة بن عبد العزيز الاندلسى المتوفى سنة ٥٢٩

---

Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Omar Ja'beri*, anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuo. Carmen quinquaginta versuum in *Dál* desinentium, quod ita incipit:

Ordior a laude Dei prima meae mentis cogitatione.

4456. Hadícat el-soadá, hortus beatorum. Opus turcicum, in quo *Mohammed Ben Soleimán Baghdádi* Poëta, vulgo *Fodhúli* dictus et anno 963 (inc. 16. Nov. 1555) mortuus, pugnam ad Kerbelam duce libro *Raudhat el-shohadá* aliisque conscripsit et in decem capita et conclusionem disposuit. — 4457. El-Hadícat El-Sondosiyet we El-Raudhat El-Codsiyet, hortus Attalicus et viridarium sanctum de arte talismanica. — 4458. Hadícat el-mofti, hortus *Mufti* responsa reddentis. Duo volumina. — 4459. Hadicat el-monátzeret we Siláh el-moháweret, hortus disputationis et arma colloquii. Compendium in praefationem, quae essentiam describit, et tria capita dispositum, quae de caussis disputationis, rebus huc spectantibus et ejus analogiis agunt. Incipit ita: Laus Deo, qui extulit coelum idque signis descripsit etc., ejusque commentarius elegans ita: Felicissimum, cujus descriptione obversa paginarum latera dulcia redduntur etc. — 4460. Hadícat fi el-bedí', hortus de arte ornate dicendi, auctore *Mojári*, qui *Mos'hib* edidit. — 4461. Hadicat fi shoará Andalus, hortus de poëtis Andalusiae, auctore *Abu'lsalt Omayya Ben Abd-el-azíz Andalusi*, anno 529 (inc. 22. Oct. 1134) mortuo. Imitatus hic est opus *Yetímet* a

نسج فيه على منوال اليتيمة للثعالبى ١٤٦٢ [حديقة الوزرآء للمولى الفاضل الاديب الشاعر احمد التائب المعروف بعثمان زاده المتوفى بمصر سنة ١١٣٦ ذكر وزرآء الدولة العثمانيّة من ابتدآء دولتهم الى الوزير رامى محمد پشا ثمّ ذيّله الاديب الفاضل عمر افندى المعروف بدلاور اغا زاده من خواجكان الدولة العليّة العثمانيّة فسح الله عمره حتى انى الى آخر الدولة الاحمديّة وختم بداماد ابرهيم پشا] ١٤٦٣ الحرّ النفيس فى مناقب ابى حنيفة رحمه الله لحريفيش [عبد الله بن سعد بن عبد الكافى المصرى ثمّ المكى المتوفى سنة ٨٠١] ١٤٦٤ حرز الاديب للاريب مختصر على اثنين وثلاثين بابًا مشتمل على الابيات السآئرة بالعربيّة والفارسيّة اوّله الحمد لله الذى شرف لسان من تادّب بعلم الادب الخ ١٤٦٥ حرز الاسنى فى شرح اسمآء الله الحسنى لعلآء الدين على بن محمد بن على الاربلى الشافعى القادرى اوله الحمد لله الذى لا اله الا هو الخ ١٤٦٦ حرز الاقسام منظومة رآئيّة اوله

*Theálibi* editum. 1462. [Hadícat el-wozará, hortus Wezirorum, auctore Molla bene merito humanitatis studioso et poëta *Ahmed El-Táïb*, vulgo *Othmánzádeh* dicto et in Aegypto anno 1136 (inc. 20. Sept. 1723) mortuo. Laudat Weziros dynastiae othmanicae ab initio imperii ad Wezirum *Rámi Mohammedpasha*. Postea continuavit philologus bene meritus *Omar Efendi*, vulgo *Diláweraghazádeh* dictus et camerae collegio in aula sublimi othmanica adscriptus, cujus vitam Deus longam reddat, donec ad finem dynastiae *Ahmed*is pervenit, et in *Dámád Ibrahimpasha* substitit]. — 1463. El-Horr El-Nefîs, opus pulchrum et pretiosum. Panegyricus *Abu Hanifae*, auctore *Horeifish* [*Abdallah Ben Sa'd Ben Abd-el-káfi*, primum Misrae deinde Mekkae inquilino et anno 801 (inc. 13. Sept. 1398) mortuo]. — 1464. Hirz el-adîb lil-arîb, praesidium ab humanitatis studioso intelligenti datum. Compendium triginta duorum capitum, quae versus communes et arabicos et persicos comprehendunt. Incipit ita: Laus Deo, qui linguam ejus nobilitat, qui doctrina philologica bonos mores didicit etc. — 1465. El-Hirz El-Asna, praesidium pretiosissimum. Commentarius nominum Dei pulchrorum, auctore *Ala-ed-din Ali Ben Mohammed Ben Ali Irbili Cádiri* Shafiita. Incipit ita: Laus Deo, praeter quem nullus Deus etc. — 1466. Hirz el-aesam, praesidium jurium jurandorum. Poëma in *Rá* desinens, quod ita incipit:

بدأت ببسم الله فى اول السطر
فاسماؤه حصن منيع من الضرّ

٤٤٦٧ حرز الامان من فتن آخر الزمان للشيخ حسين بن على الكاشفى فارسى مختصر مفيد

٤٤٦٨ حرز الامانى ووجه التهانى فى قرآءات السبع المثانى وهى القصيدة المشهورة بالشاطبيّة للشيخ ابى محمد القاسم بن فيره الشاطبى الضرير المتوفى بالقاهرة سنة ٥٩٠ نظم فيه التيسير كما ذكره الجزرى فى التنجير وابياته الف ومائة وثلثة وسبعون بيتاً ابدع فيه كلّ الابداع فصار عمدة الفنّ وله شروح كثيرة احسنها وادقّها شرح الشيخ برهان الدين ابرهيم بن عمر الجعبرى المتوفى سنة ٧٣٢ وهو شرح مفيد مشهور اوله الحمد لله مبدئ الامم ومنشئ الرمم الخ فرغ من تأليفه فى شعبان سنة ٦٩١ وعليه تعليقة لشمس الدين احمد بن اسمعيل الكورانى مات سنة ٨٩٣ وسمّاه العبقرى وحاشية للمولى شمس الدين محمد بن حمزة الفنرى المتوفى سنة ٨٣٤ ومنها شرح علم الدين ابى الحسن على بن محمد السخاوى المصرى المتوفى سنة ٦٤٣ وهو اول

Ordior a verbis „Nomine Dei“ in lineae initio,
Cujus nomina castellum sunt inaccessum et contra damnum munitum.

4467. Hirz el-amán, amuletum securitatis contra aerumnas temporis extremi, auctore Sheikh *Hosein Ben Ali Kashifi*. Compendium persicum admodum utile. — 4468. Hirz el-amáni we wajh el-tehání, praesidium rerum optatarum et modus gratulationum de Corani recensionibus. *Casída* nomine *Shatibíya* cognita, auctore Sheikh *Abu Mohammed Cásim Ben Firroh* (ferrum) *Shátibi* coeco, Cahirae anno 590 (inc. 27. Dec. 1193) mortuo. Metrica exaratio est operis *Teisír*, ut *Jezeri* in *El-Tenjír* testatur, et mille et centum et septuaginta tres versus continet. Auctor novam et plane singularem hic iniit rationem, ut liber columen evaderet hujus disciplinae. Multi ejus commentarii exstant, quorum pulcherrimos et subtilissimos scripserunt Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Omar Ja'beri*, anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuus, cujus commentarius utilis et satis vulgatus incipit ita: Laus Deo gentium auctori et vitam rebus putredine solutis tribuenti etc. Cum eum mense Sha'ban anni 691 (inc. 24. Dec. 1291) absolvisset, scholia in eum *Abcari* inscripta *Shems-ed-dín Ahmed Ben Ismaíl Kuráni*, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, glossasque *Shems-ed-dín Mohammed Ben Hamza Fenári*, anno 834 (inc. 19. Sept. 1430) mortuus, ediderunt — deinde *Ilm-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Sekhawi Misri*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus, cujus commentarius omnium

من شرحه وسمّاه الفتح الوسيط فى شرح القصيد وشرح الشيخ ابى شامة عبد الرحمن بن اسمعيل الدمشقى المتوفى سنة ٦٦٥ سمّاه ابراز المعانى من حرز الامانى وهو تأليف متوسّط لا بأْس به ثمّ اختصره وشرح الشيخ ابى عبد الله محمد بن احمد المعروف بشُعلَة المصرى الحنبلى المتوفى سنة ٦٥٦ وسمّاه كنز المعانى اوله الحمد لله الذى انزل القرآن على سبعة احرف الخ بنى كلامه على ثلاث قواعد مباد ولواحق ومقاصد فالاول فى اللغة والثانى فى الاعراب والثالث فى المقصود من الكلام وجرى على ذلك فى شرح كلّ بيت وشرح الشيخ الامام علآء الدين على بن عثمان بن محمد المعروف بابن القاصح العذرى البغدادى المتوفى سنة [ ٨٠١ سمّاه سراج القارى وشرح الشيخ المحقّق ابى عبد الله محمد بن الحسن بن محمد الفسى المقرى المتوفى سنة [٦٥٦] اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ وهو شرح وسط سمّاه اللآلئ الفريدة وفرغ عنه فى صفر سنة ٦٧٢ وشرح الشيخ عماد الدين ابى الحسن على [ابن يعقوب بن شجاع بن ابى زهران الموصلى المتوفى سنة ٦٨٢ فى اربع مجلّدات ولم يكمله

primus est, et titulum hunc habet: *El-Fat'h El-Wesít fi sharh El-Casíd* — Sheikh *Abu Sháme Abd-el-rahman Ben Ismaíl Dimeshehi*, anno 665 (inc. 2. Oct. 1266) mortuus, cujus commentarius, mediae molis volumine comprehensus, utilis est et ita inscriptus: *Ibráz el-meáni min Hirz el-amáni.* Serius ejus epitomen edidit — Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Misri* Hanbalita, vulgo *Sho'la* dictus et anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuus, cujus commentarius *Konz el-meáni* inscriptus est, et ita incipit: Laus Deo qui Coranum revelavit ita, ut septem in eo dispersae essent dialecti etc. Auctor disputationi tria dedit fundamenta — principia, quae partem lexicographicam tractant — res attingentes, quae de analysi grammaticali — et consilia, quae de iis agunt, quae auctor significare voluit, eandemque rationem in explicandis singulis versibus secutus est — Sheikh et Imam *Alá-ed-dín Ali Ben Othmán Ben Mohammed Odzri Baghdádi*, vulgo *Ibn-elcásih* dictus et anno [801 (inc. 13. Sept. 1398)] mortuus, cujus commentarius *Siráj el-cári* inscriptus est — Sheikh subtilissimus *Abu Abdallah Mohammed Ben-elhasan Ben Mohammed Fási* Corani Lector, anno [656 (inc. 8. Jan. 1258)] mortuus, cujus commentarius mediocris formae inscriptus est *El-Leáli El-Feridet*, et incipit ita: Laus Deo, qui servo suo librum revelavit etc. Auctor eum anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) ad finem perduxit — Sheikh *Imád-ed-dín Abu'lhasan Ali* [*Ben Yacúb Ben Shojá' Ben Abi Zohrán Mausili*, anno 682 (inc. 1. Apr. 1283) mortuus, qui commentarium quatuor voluminibus

وشرح الشيخ جمال الدين حسين بن على] الحصنى وهو شرح كبير فى مجلّدين سمّاه الغاية الّفه سنة ٩٦٠ وشرح الشيخ ابى العباس احمد بن محمد القسطلانى المصرى المتوفى سنة ٩٢٣ زاد فيه زيادات الجزرى مع فوائد كثيرة لا توجد فى غيره وشرح ابى العباس احمد بن على الاندلسى المتوفى تقريبًا سنة ٦٤٠ وشرح تقى الدين عبد الرحمن بن احمد الواسطى المتوفى سنة ٧٨١ [قلت قال ابن الجزرى فى طبقات القرّآء شرحه شرحين انتهى] وشرح الشيخ تقى الدين يعقوب بن بدران الدمشقى [المعروف بالجرايدى المتوفى سنة ٦٨٨] اقتصر فيه على حلّ مشكلاته وسمّاه كشف الرموز [قلت قال ابن الجزرى فى طبقاته نظم حلّ رموز الشاطبيّة انتهى ولم يذكر هو شرح الشاطبيّة ولا الذهبى] وشرح العلّامة شهاب الدين احمد بن يوسف المعروف بالسمين الحلبى المتوفى سنة ٧٥٦ اوله الحمد لله الذى تفضّل على العباد فى المبدأ والمعاد الخ ذكر فيه انّ الحرز المذكور احسن ما وضع فى الفنّ واحسن شروحه شرحا الشيخين الفاسى وابى شامة غير ان كلّا منهما اهمل ما عنى به الآخر مع

---

constantem non absolvit — Sheikh *Jemál-ed-dín Hosein Ben Ali*] *Hisni*, qui commentarium satis magnum anno 960 (inc. 18. Dec. 1552) composuit. Complectitur duo volumina et *Gháyet* inscriptus est — Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Casteláni Misri*, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuus, qui additamentis *Jezeri*i simul multas observationes utiles adjecit, quae alias frustra quaeruntur — *Abu'labbás Ahmed Ben Ali Andalusi*, qui circa annum 640 (inc. 1. Jul. 1242) mortuus est — *Tacki-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Wásiti*, anno 781 (inc. 19. Apr. 1379) mortuus — [*Jezeri* in *Tabacát el-corrá* illum duplicem commentarium scripsisse dicit] — Sheikh *Tacki-ed-dín Yacúb Ben Bedrán Dimeshcki*, [vulgo *Jeráïdi* dictus et anno 688 (inc. 25. Jan. 1289) mortuus], qui in explicandis locis difficilioribus acquievit et commentarium *Kashf el-romúz* appellavit. — [In *Tabacát Ibn-eljezeri*i illum explicationem locorum subtiliorum *Shatibiya*e metrice exarasse legi, nec hic nec Dzehebi commentarium *Shatibiya*e commemorat] — doctissimus *Shehác-ed-dín Ahmed Ben Yusuf Halebi*, vulgo *Semín* dictus et anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo, beneficia in cultores in hac et in altera vita conferenti etc. *El-Hirz* optimum opus esse hic dicit, quod de hac doctrina compositum sit, optimosque commentarios illos duos nominat, quos Sheikhi *Fási* et *Abu Sháme* ediderint, nisi quod uterque ea praetermiserit, quae alterutei

اهملهم اشياء مهمة فشرحه على حق المقصود واجتهد في بيان تلك الرموز واعراب

وجعل الشين علامة لابي شامة والعين لابي عبد الله الفاسي وسمّاه العقد النضيد في شرح القصيد وذلك بعد ما صنّف اعراب القران وشرح شهاب الدين احمد بن محمد بن جبارة المقدسي المتوفى سنة ٧٢٨ وهو شرح كبير حشاه بالاحتمالات البعيدة وشرح شمس الدين محمد بن احمد الاندلسي المتوفى سنة وشرح علاء الدين على بن احمد المتوفى سنة ٧٠٦ وشرح محبّ الدين ابي عبد الله محمد بن محمود ابن النجار البغدادي المتوفى سنة ٦٤٣ وهو شرح كبير وشرح ابي القسم هبة الله بن عبد الرحيم البارزي المتوفى سنة ٧٣٨ وشرح يوسف بن ابي بكر المعروف بابن خطيب بيت الابار المتوفى سنة ٧٢٥ وهو في مجلدين ضخمين

وشرح علم الدين قسم بن احمد اللورقي الاندلسي المتوفى سنة ٦٦١ سمّاه المفيد في شرح القصيد وشرح منتخب الدين حسين بن ابي العزّ بن رشيد الهمداني المتوفى سنة ٦٤٣ وهو شرح كبير سماه الدرّة الفريدة في شرح القصيدة اوله الحمد لله بارى الانام الخ وشرح الشيخ

curae sibi habuerit, quanquam hic et ille plures res gravissimas non tetigerint. Hac de caussa opere *Iráb El-Corán* de analysi verborum coranicorum grammaticali absoluto, commentatus est *El-Hirz* ita, ut quae sibi proposita essent, iis satisfaceret, et summam operam posuit in his subtilibus locis et flexionibus versuum finalibus explicandis literaque *Shín* virum doctissimum *Abu Sháme* et litera *Aïn Abu Abdallah Fási* insignivit, et totum opus inscripsit: *El-Acd El-Nedhed fi sharh El-Casid* — *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ben Jobára Mocaddesi*, anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortuus, cujus commentarius magnus est et conjecturis a veritate alienis differtus — *Shems-ed-din Mohammed Ben Ahmed Andalusi*, anno . . . mortuus — *Alá-ed-din Ali Ben Ahmed*, anno 706 (inc. 13. Jul. 1306) mortuus — *Mohibb-ed-din Abu Abdallah Mohammed Ben Mahmúd Ibn-el-nejjár Baghdádi*, anno 643 (inc. 29. Mai 1245) mortuus, cujus commentarius magnus est — *Abu'lcásim Hibatallah Ben Abd-el-rehím Bárizi*, anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortuus — *Yusuf Ben Abi Bekr*, vulgo *Ibn Khatib Beit el-ebbár* dictus et anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuus, cujus commentarius duobus voluminibus crassioribus comprehenditur — *Ilm-ed-din Cásim Ben Ahmed Lurcki Andalusi*, anno 661 (inc. 15. Nov. 1262) mortuus, qui commentarium *El-Mofíd fi sharh El-Casid* appellavit — *Muntekhab-ed-din Hosein Ben Abi'lizz Ben Reshid Hemdáni*, anno 643 (inc. 29. Mai 1245) mortuus, cujus commentarius satis magnus *El-Dorret El-Feridet fi sharh El-Casidet* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo hominum creatori etc. — Sheikh *Jelál-ed-din*

جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو شرح ممزوج وشرح الامام بدر الدين حسن بن القسم المعروف بابن امّ قاسم المرادى المصرى [المتوفى سنة ٧٤٩] وشرح الشيخ ابى عبد الله المغربى النحوى المتوفى سنة سمّاه الفريدة البارزيّة فى حلّ القصيدة الشاطبيّة اوله الحمد لله ذى الصفات العليّة الخ وشرح السيّد عبد الله بن محمد الحسينى المتوفى سنة ٧٧٦ ومن شروح حرز الامانى الوجيز والمحصى وجامع الفوآئد وتبصرة المستفيد فيه نقول عن الجعبرى وشرح منسوب الى مصنّف مصطلح الاشارات وعلى الشاطبيّة نكت للشيخ برهان الدين ابرهيم بن موسى الكركى المقرى الشافعى المتوفى سنة ٨٥٣ وللشاطبيّة مختصرات منها مختصر جمال الدين محمد بن عبد الله ابن مالك النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ سمّاه حوز المعانى وهو فى بحره وقافيته ومختصر عبد الصمد ابن التبريزى المتوفى سنة ٧٦٥ وهو فى خمسمأئة وعشرين بيتًا ومختصر مولانا بلالى الرومى وهى قصيدة لاميّة يقال لها البلاليّة ومختصر امين الدين عبد الوهب بن احمد بن وهبان الدمشقى [الحنفى]

---

*Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, cujus commentarius textum admixtum habet — Imám *Bedr-ed-dín Hasan Ben-elcásim Morádi Misri*, vulgo *Ibn Omm Cásim* dictus [et anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus] — Sheikh *Abu Abdallah Maghrebi* Grammaticus, anno . . . mortuus, cujus commentarius *El-Ferídet El-Bariziyet fi hall El-Casídet El-Shatibíyet* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo sublimibus attributis ornato etc. — El-Seyyid *Abdallah Ben Mohammed Hoseini*, anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuus. — Denique in commentariis *Hirz el-amáni* laudantur *El-Wejíz*, *El-Mohsi*, *Jámi' el-fewáïd*. *Tebsiret el-mustefíd*, in quo nonnulla a *Ja'beri* profecta traduntur, et commentarius auctori libri *Mostalah el-ishárát* attributus. — Porro in *Shatibíyam* exstant observationes ingeniosae a Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahim Ben Musa Kereki* Shafiita Corani Lectore, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuo, editae, et plures eam in epitomen coegerunt, ut *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Abdallah Ibn Málik* Grammaticus, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuus, cujus epitome *Hauz el-méani* inscripta eodem metro quo *Casída* ipsa iisdemque homoeoteleutis composita est — *Abd-el-samed Ibn-eltebrízi*, anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus, cujus epitome quingentos et viginti versus complectitur — Molla noster *Beláli Rumi*, cujus epitome formam Casídae habet in *Lám* desinentis et vulgo *Beláliyet* dicta est — *Emin-ed-dín Abd-el-wehháb Ben Ahmed Ben Wahbán Dimeshki* [Hanefita], anno 768 (inc.

المتوفى سنة ٧٦٨ سمّاه نظم درر الجلاء فى قرآة السبعة الملاء وهى دون الخمسمائة والشاطبية تتمات منها التكملة المفيدة لحافظ القصيدة نظم الامام المقرى ابى الحسن على بن ابرهيم الكنانى القيجاطى المتوفى سنة ٧٢٠ وهى قصيدة محكمة النظم فى وزنها ورويها فى مائة بيت نظم فيها ما زاد عليها من التبصرة والكفاية والوجيز اولها

نحمدك يا رحمن ابدًا اوّلا

ومنها تكملة فى القرآت الثلاث للشيخ المقرى شهاب الدين احمد بن محمد بن سعيد اليمنى الشرعبى وكان حيًّا فى حدود سنة ٨٣٠ زادها بين ابيات الشاطبيّة فى مواضعها بحيث امتزجت بها فصارا كانّهما لشخص واحد وتكملة محمد بن يعقوب بن اسمعيل الاسدى المقدسى الشافعى المتوفى سنة سمّاه الدرّ النضيد فى زوائد القصيد اولها الحمد لله الذى احاط علمه بمخلوقاته الخ ذكر فيه انه تتبّع ما زاد عليه من كتب القرآت السبع فوجد اشيآء زائدة على

7. Sept. 1366) mortuus, cujus epitome *Natzm dorer el-jelá fi ckirut el-sebu el-melá* inscripta nondum quingentos versus continet. Alii supplementa *Shatibiyae* ediderunt, ut Imám *Abu'lhasan Ali Ben Ibrahim Kinani Ckeijáti* Corani Lector, anno 720 (inc. 12. Febr. 1320) mortuus, cujus supplementum *El-Tekmilet El-Mofidet li háfitz El-Casidet* inscriptum Casida est centum versuum, quae pro metro et praecipua rhythmi litera certas compositionis poeticae regulas sequitur, ibique ea metrice exarantur, quibus eam auctor e *Tebsiret*, *Kifáyet* et *Wejiz* auxit. Incipit autem ita:

Laudamus Te, o misericors, tanquam omnium rerum primum et in omne tempus futurum existentem.

— porro Sheikh *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Ben Said Yemeni Sher'abi* Corani Lector, circa annum 830 (inc. 3. Nov. 1436) superstes, qui in Complemento de tribus recensionibus additamenta versibus *Shatibiyae* suis locis inseruit, ut invicem mixta essent et unum quasi corpus formarent — et *Mohammed Ben Yacub Ben Ismaïl Asedi Mocaddesi* Shafiita, anno . . . mortuus, cujus epitome *El-Dorr El-Nedhíd fi zewáïd El-Casíd* inscripta ita incipit: Laus Deo, qui res suas creatas optime novit etc. Se ea, quae ex libris de septem recensionibus hic addiderit, diligenter narrat examinasse. Itaque plura invenit, quae argumenta *Casídae Hirz el-amáni* augerent

ما في حرز الامانى فاوردها ومنها نظيرة احمد بن على بن [احمد المعروف بابن] الفصيح الهمدانى المتوفى سنة ٧٥٥ وهى على وزنه بلا رموز فجآء اقصر منها ومنها ترجمة الشاطبيّة لعبد الله ابن محمد بن يعقوب بن عبد الحىّ ٤٤٦٩ حرز الايمان لمحمد بن سنان ٤٤٧٠ الحرز الثمين للحصن الحصين يأتى قريبًا ٤٤٧١ الحرز المنسوب الى على بن ابى طالب رضى الله عنه اوله أَعْلِيم يا من دلع لسان الصحيح الخ والشرح عليه لاحمد بن محمد المعروف بنشانجى زاده المتوفى سنة ٩٨٦ ٤٤٧٢ حرف الكلمات وحرف الصلوات للشيخ محيى الدين محمد ابن على ابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ وهو مختصر اوله الحمد لله حمدًا على المحامد الخ ٤٤٧٣ حرمة المساجد لابى نعيم الاصفهانى ٤٤٧٤ حرمة السماع لشمس الدين محمد بن ابى بكر المعروف بابن قيم الجوزية الحنبلى المتوفى سنة ٧٥١

---

et complerent, eaque hic protulit. Porro nominandum est opus *Netzíret* ab *Ahmed Ben Ali Ben* [*Ahmed*] *Hemdáni*, [vulgo *Ibn*]-*elfesíh* dicto et anno 755 (inc. 26. Jan. 1354) mortuo, editum eodemque metro compositum sine omni subtili annotatione, ut brevior esset archetypo. Denique huc pertinet translatio *Shatibiyae* ab *Abdallah Ben Mohammed Ben Yacúb Ben Abd-el-hayy* edita. — 4469. Hirz el-imán, praesidium fidei, auctore *Mohammed Ben Sinán*. — 4470. El-Hirz El-Themín, praesidium pretiosum. Commentarius operis *El-Hisn El-Hasín*, de quo paulo post dicetur. — 4471. El-Hirz El-Mensúb ila Ali, amuletum vulgo *Alio Ben Abi Tálib* attributum, quod ita incipit: Condona illis, o Tu, qui linguam veri exeruisti etc. Commentarium ejus scripsit *Ahmed Ben Mohammed*, vulgo *Nishánjizádeh* dictus et anno 986 (inc. 10. Mart. 1578) mortuus. — 4472. Hiraf el-kelimát we Harf el-salawát, artificia verborum et modus invocationum Dei, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo talis, qualem pro factis laudabilibus meretur etc. — 4473. Hormet el-mesájid, veneranda dignitas templorum Muhammedanorum, auctore *Abu Noeim Isfaháni*. — 4474. Hirmet el-simá', interdictum musicae, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr* Hanbalita, vulgo *Ibn Cayyim-eljauziyet* dicto et anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo.

١١٧٥ علم الحروف والأسماء

قال الشيخ داود الانطاكي هو علم باحث عن خواصّ الحروف افراداً وتركيباً وموضوعه الحروف الهجائيّة ومادّته الاوفاق والتراكيب وصورتها تقسيمها كمّاً وكيفاً وتأليف الاقسام والعزائم وما ينتج منها وفاعله المتصرّف وغايته التصرّف على وجه يحصل به المطلوب ايقاعاً وانتزاعاً ومرتبته بعد الروحانيّات والفلك والنجامة انتهى وقال ابن خلدون في المقدّمة علم اسرار الحروف وهو المسمّى في هذا العهد بالسيميا نقل وضعه من الطلسمات اليه في اصطلاح اهل التصرّف من المتصوّفة فاستعمل استعمال العامّ في الخاصّ وحدث هذا العلم بعد الصدر الاول عند ظهور الغلاة منهم وجنوحهم الى ظهور الخوارق على ايديهم والتصرّفات في عالم العناصر وزعموا انّ الكمال الاسمائي مظاهره ارواح الافلاك والكواكب وانّ طبائع الحروف واسرارها سارية في الاسماء فهي سارية في الاكوان وهو من تفاريع علوم السيميا لا يوقف على موضوعه

1175. Ilm el-horúf we el-asma. Doctrina literarum et nominum.

Sheikh *Dawúd Antáki:* Haec doctrina, inquit, perquirit qualitates literis vel simplicibus vel compositis proprias, objectumque ejus sunt literae alphabeticae, ejus articulus summus quadrata talismanica et compositiones magicae, exterior autem forma dispositio literarum quantitativa et qualitativa, compositio juriumjurandorum et incantamentorum, et quae inde efficiuntur: et qui eam exercet, est ille, qui literas sibi ad miros usus subjicit, et finis in hoc usu arbitrario cernitur, ita ut id, quod volumus, assequamur literis scilicet vel conciliandis vel dimovendis, et ordo ejus est post naturas spiritales, orbem coelestem et astrologi artem. *Ibn Khaldun* in Prolegomenis haec habet: Doctrina arcanorum literarum hac aetate voce *Símiya* appellatur, cujus usus principalis a rebus talismanicis ad illam scientiam in lingua terminologica eorum inter Sufos translatus est, qui literis ad suum arbitrium utuntur, ita ut vox illa generalis in re speciali usurpetur. Scientia haec post seculum primum, cum secta *Gholát* prodiret, inter ejus asseclas originem cepit, cum ad miracula proprio ministerio et liberi imperii opera in mundo substantiarum perpetranda inclinarent: perfectionem enim nominalem repraesentationem esse spirituum orbium coelestium et stellarum opinabantur, et qualitates naturales literarum earumque arcana transire in nomina haecque in substantias materiales. Hoc autem pertinet ad derivata artis *Símiya* genera, nec ejus objectum cognitioni obnoxium est, nec numerus

ولا يحاط بالعدّ ومسائله تعدّد فيه تآليف البونى وابن العربى وغيرهما وحاصله عندهم وثمرته تصرّف النفوس الربّانيّة فى عالم الطبيعة بالاسمآء الحسنى والكلمات الآلهيّة الناشئة عن الحروف المحيطة بالاسرار السارية فى الاكوان ثمّ اختلفوا فى سرّ التصرّف الذى هو فى الحروف بم هو فمنهم من جعله للمزاج الذى فيه وقسم الحروف بقسمة الطبايع الى اربعة اصناف كما للعناصر فتنوّعت بقانون صناعىّ يسمّونه التكسير ومنهم من جعل هذا السرّ للنسبة العدديّة فانّ حروف ابجد دالّة على اعدادها المتعارفة وضعًا وطبعًا وللاسمآء اوفاق كما للاعداد يختصّ كلّ صنف من الحروف بصنف من الاوفاق الذى يناسبه من حيث عدد الشكل او عدد الحروف وامتزاج التصرّف من السرّ الحرفى والسرّ العددى لاجل التناسب الذى بينهما فامّا سرّ هذا التناسب الذى بينهما يعنى بين الحروف وامزجة الطبايع او بين الحروف والاعداد فامر عسير على الفهم اذ ليس من قبيل العلوم والقياسات وانّما مستنده عندهم الذوق والكشف قال البونى

quaestionum hic obviarum, in quarum enumeratione opera *Buni*i, *Ibn-elarabi* aliorumque versantur, scientia ulla comprehendi potest. Proventum et fructum, qui inde capiatur, in usu esse arbitrario statuunt animarum gubernantium in mundo naturae, ita ut nomina Dei pulchra et voces divinae e literis arcana continentibus, quae in substantias transeant materiales, formata intercedant. Deinde in varias discesserunt sententias de arcano illius usus arbitrarii, qui in literis talis est, qualis est. Alii vim arcanam in temperamento quaesiverunt, quod ei inesset, literasque ad modum naturarum in quatuor genera, quae et elementis data, diviserunt: regula igitur artificiali, quam fractionem appellarunt, in plures species distinctae sunt. Alii hoc arcanum relationi numerali dederunt: literae enim alphabeti ejus numeros exprimunt, quibus vulgo utuntur et positione usu recepta et vi naturali; e nominibus enim eodem modo quadrata talismanica formantur, quo ex numeris. Singula literarum genera proprium sibi habent genus illorum quadratorum, quod illis generibus ratione habita numeri figurae aut numeri literarum analogum est. Itaque usus arbitrarius arcani literalis et nominalis promiscuus est ob analogiam mutuam, quae inter utrumque intercedit. Mysterium autem hujus analogiae mutuae, quae inter utrumque i. e. inter literas et naturarum temperamenta, sive inter literas et numeros intercedit, res est ad intelligendum difficilis, cum in genera doctrinarum et analogiarum non cadat: nec viri ullam aliam auctoritatem sequuntur nisi sensum recti et revelationem. *Buni:*

ولا تظنّ انّ سرّ الحروف ممّا يتوصّل اليه بالقياس العقلى وانّما هو بطريق المشاهدة والتوفيق الالهى وامّا التصرّف فى عالم الطبيعة بهذه الحروف والاسمآء وتأثّر الاكوان عن ذلك فهو لا ينكر لثبوته عن كثير منهم تواترًا وقد يظنّ انّ تصرّف هؤلآء وتصرّف اصحاب اسمآء الطلسمات واحد وليس كذلك ثمّ ذكر الفرق بينهما واطال وقد ذكرت طرفًا من التفصيل فى كتابى المسمّى بروح الحروف والكتب المصنّفة فى هذا العلم كثيرة جدًا لكن المعتمد ما ذكرت ازهار الآفاق اساس العلوم والمعانى اسرار الحروف الاسرار الشافية الروحانيّة الاشارة المعنويّة اظهار الرموز اكسير الاسمآء الواح الذهب انمآء الى علم الاسمآء الباقيات الصالحات بحر الفوائد الحرفيّة بحر الوقوف بدر رياض المعارف بركة الانوار البركة الربّانيّة البركة النورانيّة بروق الانوار بغية الطالب البهآء الامجد بهجة الاسرار بهجة الآفاق بيان المغنم المطابقة الكبرى تمييز الصرف تنزيل الارواح التوسّلات الكتابيّة تيسير العرف تيسير المطالب جامع اللطائف جنّة الاسمآء الجواهر الخمس حائز للعون

Noli putare, inquit, mysterium literarum ex illis esse rebus, ad quas ratiocinatione mentis pervenias. Hoc enim tantum fieri potest via contemplationis praesentis et auxilio divino. Usus autem arbitrarius harum literarum et nominum in physica et vis, quae inde exercetur in substantias naturales, res est non neganda, quippe quae a multis magistris deinceps probata est. Interdum usum arbitrarium, quem hi admittunt, unum eundemque esse opinati sunt cum eo, quem artis talismanicae doctores admittunt. At perperam. — Deinde discrimen inter utrumque uberrime describit, cujus rei partem accuratius commemoravimus in libro nostro *Ruh el-horuf* inscripto. Multi de hac doctrina scripti sunt libri: maximae autem auctoritatis sunt hi: *Azhar el-afâc* — *Asâs el-ulûm we el-meâni* — *Asrâr el-horuf* — *El-Asrar El-Shafiet El-Ruhâniyet* — *El-Ishâret El-Ma'newiyet* — *Itzhâr el-romûz* — *Iksir el-asmâ* — *Alwâh el-dzeheb* — *El-Imâ ila ilm el-asma* — *El-Bâckiât El-Sâlihât* — *Bahr el-fewâïd el-harfiyet* — *Bahr el-woeuf* — *Bedr riyadh el-meârif* — *Barcat el-anwar* — *El-Barcat El-Rebbâniyet* — *El-Barcat El-Nurâniyet* — *Boruc el-anwâr* — *Bughyet el-talib* — *El-Behâ El-Amjed* — *Behjet el-asrâr* — *Behjet el-afâc* — *Beyân el-maghnam* — *El-Ta'licat El-Kobra* — *Temyiz el-surf* — *Tenzil el-arwâh* — *El-Tewassolat El-Kitâbiyet* — *Teisir el-irf* — *Teisir el-metâlib* — *Jâmi' el-letâïf* — *Jennet el-asma* — *El-Jewâhir El-Khams* — *Haïz lil-aun*

الناجز حدائق الاسمآء حديقة الاحداق الحديقة السندسية حرز الاسنى حرز
الاقسام حرز الامان الحروف الوضعية حقائق الحروف الحقائق السبوحية حلّ رموز
الاسمآء حلّ الرموز حلّة الكمال خافية افلاطون وجعفر الصادق وهرمس خواصّ الاسرار
خواصّ الاسمآء خواصّ القرآن الخواطر السوانح درّ المنتظم درّ المنظوم درّ النظيم
درّة الاسرار درّة الآفاق درّة تاج السعادة درّة فنون الكتاب درّة المعارف الدرّة الناصعة
الدرّة اللاهوتيّة رسالة الخفآء رمز الاعظم رمز الحقائق رموز دلكشا روض الاسرار
روض المعارف روضة الاسرار روضة الانوار زبدة المصنّفات سر الصرف سجلّ الارواح
سجنجل الارواح سجنجل الجمال السرّ الابجدي سرّ الاسرار سرّ الاسنى سرّ الافخر سرّ
الانس سرّ الجامع سرّ الجمال سرّ الخفى سرّ الربّاني سرّ السعادة سرّ الصون سرّ الغامض
سرّ الفاخر سرّ المصون سرّ المكتوم السعد الاكبر سفر ابرهيم عليه السلام سفر ادريس
عليه السلام سفر ادم عليه السلام سفر ارميا سفر الخفايا سفر ذى القرنين

*el-nájiz* — *Hadáïc el-asmá* — *Hadícat el-ahdac* — *El-Hadícat El-Sondosíyet* — *El-Hirz El-Asna* — *Hirz el-acsám* — *Hirz el-amán* — *El-Horuf El-Wadhʿíyet* — *Hacaïc el-horúf* — *El-Hacáïc El-Sobbúhíyet* — *Hall romúz el-asmá* — *Hall el-romúz* — *Hollet el-kemál* — *Kháfiyet Aflatún* et *Jafar El-Sádic* et *Hermes* — *Khawáss el-asrár* — *Khawáss el-asmá* — *Khawáss El-Coran* — *El-Khawátir El-Sewánih* — *El-Dorr El-Monatztzem* — *El-Dorr El-Mantzum* — *El-Dorr El-Netzím* — *Dorret el-asrár* — *Dorret el-afác* — *Dorret táj el-seádet* — *Dorret fonún el-kottáb* — *Dorret el-meárif* — *El-Dorret El-Násiat* — *El-Dorret El-Lahútíyet* — *Risálet el-khafá* — *El-Ramz El-Atzam* — *Ramz el-hacáïc* — *Romúz Dilkushá* — *Raudh el-asrár* — *Raudh el-meárif* — *Raudhat el-asrár* — *Raudhat el-anwár* — *Zubdet el-mosannefát* — *Sirr el-sarf* — *Sijill el-arwáh* — *Sejenjel el-arwáh* — *Sejenjel el-jemál* — *El-Sirr El-Abjedi* — *Sirr el-asrár* — *El-Sirr El-Asna* — *El-Sirr El-Afkhar* — *Sirr el-ons* — *Sirr el-jámiʿ* — *Sirr el-jemál* — *El-Sirr El-Khafi* — *El-Sirr El-Rebbáni* — *Sirr el-seádet* — *Sirr el-saun* — *El-Sirr El-Ghámidh* — *El-Sirr El-Fákhir* — *El-Sirr El-Mesún* — *El-Sirr El-Mektúm* — *El-Saʿd El-Ekber* — *Sifr Ibrahím*, cui Deus propitius sit — *Sifr Idrís* — *Sifr Adam* — *Sifr Ermiyá* — *Sifr el-khafáya* — *Sifr Dzi'lcarnein* — *Sifr Sheith* —

سفر شيث عليه السلام  سفر المستقيم  سفر نوح عليه السلام  سواطع الانوار  سين الاسرار
شرف التشكيلات  شفاء الصدور  شمس الارواح  شمس الاسرار  شمس الآفاق  شمس الجمال
شمس الرقوم  شمس لطائف الاسماء  شمس مطالع القلوب  شمس المعارف  الشمس المنير
شمس الواصلين  شمس الوصال  الصراط المستقيم  طلسم الارواح  طبيعيات نامه  طلسم
الاسرار  طلسم الاشباح  الطلسم المصون  عجائب الاتفاق  عجائب الاسماء  العقد المنظوم
العلم الاكبر  علم الهدى  علم الاسنى  عيون الحقائق  غاية الآمال  غاية الحكيم  غاية
القصوى  غاية المغنم  فتح الكنوز الحرفية  فخر الاسماء  فرح نامه  فصول سبعة  فصول عشرة
فك الرموز  فلك السعادة  فواتح الاسرار  فواتح الجمال  فهم سلوك المعنى  قاف الانوار
قبس الاقتداء  قبس الانوار  قلم الاسرار  كتاب اسرار رسم  كتاب الاسقوطاليس  كتاب
التصريف  كتاب تنكلوشا  كتاب ثابت  كتاب بليناس  كتاب طمطم  كتاب الغين  كتاب
فه بلسان  كتاب كنكه  كتاب كيبس  كتاب اللوح  كتاب الملاطيس  كتاب الملكوت
كتاب الهاريطوس  كشف اسرار الحروف  كشف اسرار المعاني  كشف الاسرار  كشف الاشارات

*El-Sifr El-Mustekim — Sifr Nuh — Sewáti' el-anwár — Sin el-asrár — Sheref el-teshkilát — Shefá el-sodur — Shems el-arwáh — Shems el-asrár — Shems el-afác — Shems el-jemál — Shems el-rocum — Shems letáïf el-asmá — Shems metáli' el-colub — Shems el-meárif — El-Shems El-Monir — Shems el-wásilin — Shems el-wisál — El-Sirát El-Mustekim — Tilsem el-arwáh — Tabiat-námeh — Tilsem el-asrár — Tilsem el-ashbáh — El-Tilsem El-Mesun — Ajáïb el-ittifac — Ajaïb el-asma — El-Ied El-Mantzum — El-Ilm El-Ekber — Ilm el-hoda — El-Ilm El-Asna — Oyun el-hacáïc — Gháyet el-amál — Gháyet el-hakim — El-Gháyet El-Coswá — Gháyet el-maghnam — Fat'h el-konuz el-harfiyet — Fakhr el-asmá — Farah-námeh — Fosul Seb'at — Fosul Asheret — Fakk el-romuz — Felek el-seádet — Fewátih el-asrár — Fewatih el-jemál — Fahm soluk el-ma'na — Cáf el-anwár — Cabs el-ictidá — Cabs el-anwár — Calem el-asrár — Kitáb ascár resm — Kitáb el-asfutalis — Kitab el-tesrif — Kitáb Tenklusha — Kitáb Thabit — Kitáb Belinás — Kitab Timtim — Kitab el-ghain — Kitáb fah bi lisán — Kitáb Kenkeh — Kitáb Keibas — Kitáb el-luh — Kitáb el-melátis — Kitáb el-malkut — Kitab el-haritus — Kashf asrár el-horuf — Kashf asrár el-meáni — Kashf el-asrar — Kashf el-ishárát — Kashf el-sirr el-mesun —*

كشف السرّ المكنون كشف الغطاء كشف المعاد الكشف الكلّى
كعبة الاسرار كعبة الجمال كنز الاسرار كنز الالواح كنز الانوار كنز البحر كنز الدرر
كنز السعادة كنز القاصدين كنز المطالب كنز المطلسم كيفيّة الاسرار كيمياء السعادة
لطائف الاسماء لطائف الاشارات لطائف الآيات لطائف الخفية لطائف العلويّة لطائف
الفريدة لمعة الانوار لوامع الانوار لوامع البروق لوامع التعريف لوائح الانوار المبادى
والغايات مدخل الى علم الحروف مشرق الانوار مصابيح فى الحروف مطلب الاسنى مفتاح
ابواب السعادة مفتاح الرق المنشور مفتاح الكنوز مقام الاسنى منبع الاسماء مناهج الاعلام
منبع الاصول منبع العلوم الربّانية منهج الوهبيّة منية الطالب مواقف الغايات مواقيت
البصائر مواهب الربّانية نرجس الاسماء نزهة النفوس نسيمات الفاتحة نفحة القدسية
نور انوار المعارف نور اللامع وشى الاسماء وشى المصون هداية القاصدين يا التعريف

١٤٧٦ الحروف السبعة فى الكلام لابى عبد الله حسين بن جعفر المراغى ضمّنه الرّد على

*Kashf el-sirr el-meknún — Kashf el-ghatá — Kashf el-meád — El-Kashf El-Kolli — Ka'bet el-asrár — Ka'bet el-jemál — Kanz el-asrár — Kanz el-alwáh — Kanz el-anwár — El-Kanz El-Bahir — Kanz el-dorer — Kanz el-seádet — Kanz el-cásidín — Kanz el-metálib — Kanz el-motalsim — Keifíyet el-asrár — Kimiyá el-seádet — Letáïf el-asmá — Letáïf el-ishárát — Letáïf el-ayát — El-Letáïf El-Khafiyet — El-Letáïf El-Alewiyet — El-Letáïf El-Feridet — Lam'ut el-anwár — Lewámi' el-anwár — Lewámi' el-borúc — Lewámi' el-ta'rif — Lewáïh el-anwár — El-Mebádi we El-Gháyát — Madkhal ila ilm el-horúf — Mashruc el-anwár — Mesábíh fi el-horúf — El-Matlab El-Asná — Miftáh abwáb el-seádet — Miftah el-racc el-menthúr — Miftáh el-konúz — El-Mecám El-Asna — Menba' el-asmá — Menáhij el-alám — Menba' el-osúl — Menba' el-olúm el-rebbáníyet — Minhej el-wehbíyet — Munyet el-tálib — Mewáckif el-gháyát — Mewáckít el-besáïr — El-Mewáhib El-Rebbaniyet — Nerjis el-asmá — Nuzhet el-nofús — El-Nesímát El-Fátihat — El-Nafkhat El-Codsiyet — Núr anwár el-meárif — El-Núr El-Lámi' — Weshyo'lasmá — El-Weshyo El-Mesún — Hidáyet el-cásidín — Yá el-tesríf —*

4476. El-Horúf El-Seb'at, literae septem. Tractatus dogmatico-scholasticus, in quo *Abu Abdallah Hosein Ben Ja'far Merághi* Motazelitas aliasque sectas rerum

المعتزلة وغيرهم من اهل البدع ٤٤١٧ الحروف المدغمة لابى محمد مكى بن ابى طالب القيسى ٤٤١٨ حروف الوضعية فى الصور الفلكية للشيخ قطب الدين عبد الحق [بن ابرهيم] ابن سبعين المتوفى سنة ٦٦٩ ٤٤١٩ الحزب الاعظم والورد الافخم لعلامة الفاضل على بن سلطان محمد الهروى القارى نزيل مكة المتوفى سنة ١٠١٠ جمع فيه ما ورد فى الاحاديث من الادعية [وعليه شرح للشيخ الاسكندرانى المكى الصوفى المالكى نزيل مكة المتوفى سنة ١١٤٤ تقريبا وهو شرح حافل فى مجلدين وشرح ابرهيم السقزى سماه فيض الارحم وفتح الاكرم اوله الحمد لله الذى منح اهل العلم رفعة وشرفا الخ وشرح فى حاشية رؤياه للنبى صلعم على حالة الضيافة للانبياء عليهم السلام وطولها وحكى فيها ما رآه فرغ منه فى رجب سنة اربع وثلثين ومائة والف وشرح الشيخ عثمان العريانى الكليسى الراحل الى مكة فى سنة ثمن وستين ومائة بعد الالف للمجاورة بها اوله الحمد لله الذى اجاب دعوة المضطرين الخ وهو شرح مبسوط فرغ منه فى شهر رمضان سنة خمس وخمسين ومائة والف] ٤٤٢٠ حزب البحر للشيخ نور

novarum studiosas refutare voluit. — 4177. El-Horúf El-Modghamet, literae insertae, auctore *Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib Caisi.* — 4178. El-Horuf El-Wedh'iyet fi el-sower el-felekíyet, literae usu receptae in figuris orbis coelestis, auctore Sheikh *Cotb-ed-dín Abd-el-hacc* [*Ben Ibrahim*] *Ibn Seb'ín*, anno 669 (inc. 20. Aug. 1270) mortuo. — 4179. El-Hizb El-Atzam we El-Werd El-Afkham, pensum precationis pretiosissimum et summarium officii divini augustissimum. Doctissimus et bene meritus *Ali Ben Sultán Mohammed Herewi*, Mekkae inquilinus et Corani Lector, anno 1010 (inc. 22. Jun. 1601) hic preces collegit, quae in traditionibus revelatae sunt. [Commentarios libri ediderunt Sheikh *Iskenderáni Mekki* Malikita coecus Mekkae inquilinus, circa annum 1141 (inc. 25. Jun. 1731) mortuus, cujus commentarius copiosus duobus voluminibus comprehenditur — *Ibrahim Sákizi*, cujus commentarius *Feidh el-erham we Fat'h el-ekram* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo, qui viris eruditis dignitatis celsitudinem et gloriae altitudinem tribuit etc. — Exponit in nota marginali uberrime et longissime, se Mohammedem vidisse hospitem prophetarum, ibique quae viderit narrat. Absolvit eum mense Rejeb anni 1131 (inc. 11. Oct. 1721) — porro Sheikh *Othmán Oryáni Kelísi*, qui anno 1168 (inc. 7. Oct. 1754) Mekkam iter fecit ibi in templo religionis caussa commoraturus, et commentarium satis amplum, qui ita incipit: Laus Deo, qui preces afflictorum audit etc., mense Ramadhan anni 1155 (inc. 25. Febr. 1742) absolvit]. — 4180. Hizb el-bahr, liber precum maritimus,

الدين ابى الحسن على بن عبد الله [بن عبد الحميد المغربى] الشاذلى اليمنى المتوفى سنة ٦٥٦ وهو دعآء مشهور سمّى به لانّه وضع فى البحر للسلامة فيه حين سافر فى بحر القلزم فتوقّف عليهم الريح ايّامًا فرأى النبى صلعم فى مبشره فلقّنه ايّاه فقرأه فجآء الريح ويسمّى ايضا بالحزب الصغير اوله يا الله يا على يا عظيم يا حليم الخ قال العلمآء بالله انّ فيه اسم الله الاعظم وجآء عن الشيخ ابى الحسن الشاذلى انّه قال لو ذكر حزبى فى بغداد لما اخذت وهو العدّة الكافية التى فيها تفريج الكروب وما قرئ فى مكان الّا سلم من الآفات وفى ذكره لاهل البدايات اسرار شافية ولاهل النهايات انوار صافية ومن ذكره كلّ يوم عند طلوع الشمس اجاب الله دعوته وفرّج كربته ورفع بين الناس قدره وشرح بالتوحيد صدره وسهل امره وكفاه شرّ الانس والجنّ ولا يقع عليه بصر احد الا احبّه واذا قرأه عند جبّار أَمِن شرّه ومن قرأه عقب كلّ صلوة اغناه الله عن خلقه وآمنه من حوادث دهره ويسّر عليه اسباب السعادة فى جميع حركاته وسكناته ومن ذكره فى الساعة الاولى من يوم الجمعة القى محبّته فى القلوب وقال بعضهم

---

auctore Sheikh *Núr-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Abdallah* [*Ben Abd-el-hamíd Maghribi*] *Shádzili Yemeni*, anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuo. Notissima haec precatio nominata est maritima, quod eam in mari rubro navigans salutis reperiendae caussa composuit. Plures enim dies cum ventus navigantes tardavisset, prophetam per somnum vidit, qui eum precationem illam docuit, qua recitata ventus coortus est. Nominatur etiam precatio parva, et incipit ita: O Deus, o excelse, o magne, o mansuete etc. Theosophi ei nomen Dei maximum inesse contendunt, et Sheikhum *Abu'lhasan Shádzili* dixisse tradunt: Precatio mea si Baghdadi recitata fuisset, certe urbs non capta esset. Apparatus enim est ad moerorem omnis generis discutiendum sufficiens, nec in ullo loco legitur, nisi a calamitatibus liberatur, et ejus recitatione iis, qui in scientia divina tirones sunt, arcana aperiuntur salubria, provectioribus autem lumina clara. Qui eam quotidie oriente sole recitat, ejus precationem Deus audit moeroremque discutit, inter homines ejus auctoritatem auget, animum fide in unum Deum exhilarat, negotia expedit, sufficiens ei praesidium est contra damnum hominum daemonumque, nec unus oculus in eum incidit nisi amore incensus. Quando coram tyranno superbo recitatur, tutus lector est ab ejus injuria. Qui eam post quamque consuetam Dei invocationem recitat, eum Deus liberat ab aliorum hominum imperio et salvum praestat a temporis vicissitudinibus eique felicitatis adjumenta

من كتبه على شىء كان محفوظا بحول الله ومن استدام على قرائته لا يموت غريقا ولا حريقا ومن كتبه على سور مدينة او حائط دار دائرا عليه حرسه الله من شرّ طوارق الحوادث والآفات وله منفعة جليلة فى الحروب ومن وضعه فى رقّ طاهر والمرّيخ فى شرفه او فى الساعة الاولى من يوم السبت والقمر زائد النور بجمع همّة وحسن حال شاهد من بديع سرّ الله ما يقصر به الالسنة وهو دعاء النصر والغلبة على الخصوم وخواصّه كثيرة وله شروح منها شرح الشيخ ابى سليمان داود بن عمر الشاذلى نزيل الاسكندريّة المتوفى بها سنة ٧٣٢ سمّاه الرسالة المرضية فى شرح دعاء الشاذليّة وشرح الشيخ شهاب الدين احمد بن [احمد بن] محمد بن عيسى البُرنُسى الشهير بزرّوق المتوفى سنة ٨٩٦ وشرح على بن سلطان محمد الهروى القارى

١١٨٠. حزب الحفظ والصون وسرّ تسخير عالم الكون للشيخ ابى الحسن الشاذلى ايضا اوله بسم الله افتتحت الخ ١١٨١. حزب الحمد للشاذلى المذكور وهو ورده بعد العصر

in quovis statu, sive quietus sit sive inquietus, facilius affert. Qui eam prima hora diei Veneris recitat, amorem sui animis injicit. Alius quidam: Qui eam, inquit, rei qualicunque inscribit, haec Dei potentia servatur, et qui in ejus recitatione perseverat, neque undis neque flammis perit, et qui eam muris urbis aut parieti domus circumcirca inscribit, hanc Deus a vatibus calamitatum et damnorum malignis custodit. Praeterea utilitatem magnam affert in bellis, et qui eam animo intento et justa animi affectione in charta pura membrana exarat, Marte planeta in altitudine sua versante, aut prima diei Saturni hora luna clarissime lucente, arcana divina inaudita conspiciet sibi repraesentata, ut linguae iis describendis impares sint. Praeterea precatio est victoriae et potestatis majoris, qua adversarii superantur, et virtutes ejus peculiares multae sunt. Plures commentarios libri ediderunt, ut Sheikh *Abu Soleimán Dawud Ben Omar Shádzili* Alexandriae inquilinus, ibi anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuus, qui commentarium *El-Risálet El-Merdhiyet fi sharh doá El-Shádziliyet* inscripsit — Sheikh *Shehab-ed-din Ahmed Ben [Ahmed Ben] Mohammed Ben Isa Burnusi*, vulgo *Zarruc* dictus et anno 896 (inc. 14. Nov. 1490) mortuus — et *Ali Ben Sultán Mohammed Herewi* Corani Lector. — 1180. Hizb el-hiftz we el-saun, apparatus conservationis et custodiae, et ars arcana totam naturam sibi subjiciendi, auctore eodem Sheikh *Abu'lhasan Shádzili*. Incipit ita: Ordior a nomine Dei etc. — 1181. Hizb el-hamd, pensum laudationis Dei, auctore *Shádzili* modo laudato. Precatio ejus est post precationem vespertinam

اوله الفاتحة وآية الكرسى ٤٤٨٢ حزب الرجآء والانتهاء للشيخ عبد القادر بن ابى الصالح
الكيلانى المتوفى سنة ٥٦١ اوله سبحان الله تسبيحًا يليق بجلال من الخ ٤٤٨٣ حزب الفتح
من مانح النجح للشيخ ابى العباس احمد بن يوسف الحريثى المدنى الزبيدى وفى فتحه
تأليف للشيخ كمال الدين محمد بن ابى الوفا ابن الموقع سمّاه الفتح المغلق ٤٤٨٤ حزب
الفتح والنور وتجلّى الرحمانيّة بالرحمة فى عالم الظهور للشيخ ابى محمد عبد الحقّ بن سبعين
المتوفى سنة ٦٦٩ اوله بسم الله فاتح الوجود الخ ٤٤٨٥ حزب الفرج والاستخلاص بسرّ
تحقيق كلمة الاخلاص لابن سبعين المذكور اوله النبى وسعتَ كلّ شى رحمة وعلمًا الخ
٤٤٨٦ حزب الكبير للشيخ ابى الحسن الشاذلى صاحب حزب البحر اوله انّ الله اشترى من
المؤمنين الآية [قلت والذى عُلّمناه ورأيناه اوله واذا جآءك الذين يؤمنون الخ وعليه شرح
للشيخ ابى زيد عبد الرحمن بن محمد الفاسى اوله الحمد لله الذى بنعمته تتمّ الصالحات الخ]

facienda, et incipit a prima Surata et versu throni. — 4482. Hizb el-rejá we el-intihá, apparatus spei et exspectationis impletae, auctore Sheikh *Abd-el-cádir Ben Abi'lsálih Kiláni*, anno 561 (inc. 7. Nov. 1165) mortuo. Incipit ita: Laudatus sit Deus ratione, quae ejus statui convenit, qui etc. — 4483 Hizb el-fat'h min mánih el-naj'h, apparatus victoriae ab eo qui felicem successum dat adornatus, auctore Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Yusuf Haríthi Medeni Zobeidi.* De hoc ejus opere *Fat'h* liber exstat a Sheikh *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Abi'lwefá Ibn-elmowaccki'* compositus et *El-Fat'h El-Moghlac* inscriptus. — 4484. Hizb el-fat'h we el-núr, apparatus victoriae et lucis et revelatio gratiae divinae clementia in mundo visibili regnante manifestata, auctore Sheikh *Abu Mohammed Abd-el-hacc Ben Seb'ín*, anno 669 (inc. 20. Aug. 1270) mortuo. Incipit ita: Nomine Dei res creatas aperientis etc. — 4485. Hizb el-farah we el-istikhlás, apparatus gaudii et liberationis, qui est in mysterio verae naturae vocis *Ikhlás* explicando, auctore *Ibn Seb'ín* modo laudato. Incipit ita: O mi Deus, complecteris omnia misericordia et scientia etc. — 4486. El-Hizb El-Kebir, pensum precationis magnum, a Sheikh *Abu'lhasan Shádzili* auctore Precationis maritimae compositum. Incipit ita: „Certe Deus emit a fidelibus etc.“ [At, ut nos saltem docti sumus et vidimus, incipit ab alio Corani commate: „Cum autem ad te venerint, qui credunt etc. Ejus commentarium, qui ita incipit: Laus Deo, cujus gratia bona opera conficiuntur etc., Sheikh *Abu Zeid Abd-el-rahman Ben Mohammed Fási* edidit]. — 4487. Hizb

٤٤٨٧ حزب النور للشيخ ابى الحسن المذكور ويسمّى ايضا حزب البحر وهو ورده بعد صلوة الفجر يقال انّه السبب فى الفتح عليه اوله يا الله يا نور الخ ٤٤٨٨ حزب الشيخ ابى الوفاء على سبط ابن الفارض

### ٤٤٨٩ علم الحساب

وهو علم بقواعد يعرف بها طرق استخراج المجهولات العدديّة من المعلومات العدديّة المخصوصة والمراد بالاستخراج معرفة كميّاتها وموضوعه العدد اذ يبحث فيه عن عوارضه الذاتيّة والعدد هو الكميّة المتألّفة من الوحدات فالوحدة مقوّمة للعدد وامّا الواحد فليس بعدد ولا مقوّم له وقد يقال لكلّ ما يقع تحت العدد فيقع على الواحد ومنفعته ضبط المعاملات وحفظ الاموال وقضاء الديون وقسمة التركات ويحتاج اليه فى العلوم الفلكيّة وفى المساحة والطبّ وقيل يحتاج اليه فى جميع العلوم ولا يستغنى عنه ملك ولا عالم ولا سوقة وزاد شرفا بقوله تعالى وكفى بنا حاسبين ولذلك الّف فيه الناس كثيرا وتداولوها فى الامصار

el-nur, precatio lucis, quae et ipsa precatio maris appellatur. Eandem Sheikh *Abu'lhasan* modo laudatum auctorem habet, qui eam post precationem diluculi recitari voluit. Eadem inspirationis caussa fuisse dicitur. Incipit ita: O Deus, o lux etc. — 1488. Hizb, precatio Sheikhi *Abu'lwefá Ali Sibt Ibn-elfáridh.* —

### 1489. Ilm el-hisáb. Ars computandi.

Haec est doctrina regularum, quibus rationes cognoscuntur, numeros arithmeticos ignotos e certis arithmeticis notis eliciendi: et id, quod eliciendo assequi student, cognitio est quantitatum eorum. Objectum doctrinae est numerus, quatenus ibi de ejus accidentibus essentialibus quaeritur: numerus autem quantitas est ex unitatibus composita, ita ut abstractum „unitas“ numerum sustineat: concretum „unus“ vero nullus est numerus, nec ejus vices sustinet. Interdum tamen dictum est, quaecunque sub numerum cadant, attingere etiam „unum.“ Ejus utilitas in commerciorum gubernatione, divitiarum conservatione, rerum creditarum solutione et bonorum relictorum divisione cernitur, nec doctrinae astronomicae, geodaesia et medicina ea carere possunt. Porro in omnibus doctrinis necessaria esse dicitur neque ea carere posse regem, nec viros doctos, nec subditos. Honorem deinde majorem consecuta est verbo illo coranico: „Et sufficientes sunt nobiscum aestimatores,“ hancque ob caussam multa viri docti de ea scripserunt, quae in provinciis docendo studiosissime tractarunt, institutioque

بالتعليم ومن احسن التعليم عند الحكماء الابتداء به لانها معارف متضحة وبراهينه منتظمة فينشأ عنها في الغالب عقل معنى درب على الصواب وقد يقال انّ من اخذ نفسه بتعلّم الحساب اوّل مرّة يغلب عليه الصدق لما في الحساب من صحّة المباني ومناقشة النفس فيصير له ذلك خلقًا ويتعوّد الصدق ويلازمه مذهبًا وهو مستغلق على المبتدي اذا كان من طريق البرهان وهذا شأن علوم التعاليم لانّ مسآئلها واعمالها واضحة واذا قصد شرحه وهو التعليل في تلك الاعمال ظهر من العسر على الفهم ما لا يوجد في اعمال المسآئل وهو فرع علم العدد المسمّى بالارثماطيقي وله فروع اوردها صاحب مفتاح السعادة بعد ان جعل علم العدد اصلًا وعلم الحساب مرادفًا له مع كونه فرعًا حيث قال الشعبة الثامنة في فروع علم العدد وقد يسمّى بعلم الحساب فعرّفه بتعريف مغاير لتعريف علم العدد ثمّ قال ولعلم الحساب فروع منها علم حساب التخت والميل وهو علم يتعرّف منه كيفيّة مزاولة

pulcherrima apud viros doctos ea habebatur, quae ab illis libris incipiebat. Continent enim cognitiones clarissimas demonstrationesque optime compositas: inde plerumque mens considerata veritati inveniendae assueta paritur. Dicitur etiam: Qui animum primum in arte computandi discenda adsuevit, sensus recti et veri in eo praevalet, cum haec ars certis fundamentis nitatur et mentem in rebus diligentissime considerandis exerceat, ut ejusmodi agendi ratio in eo quasi in alteram naturam abeat, et homo sinceritatis et veritatis amore adsuescat eique religiose adhaereat. Scientia illa tironi difficultatem parat, cum viam probationis sequatur, quae est ratio doctrinarum mathematicarum, cum earum quaestiones et operationes clarae sint. Quando has explicare i. e. caussas in his operationibus obvias indicare studemus, difficultas se objicit intelligentiae, quae in ipsis quaestionum operationibus non deprehenditur. Est autem illa doctrina species doctrinae numerorum *Arithmaticki* appellata, et ipsa plures species habet ab auctore libri *Miftáh el-seádet* commemoratas, postquam doctrinam numerorum radicem sive genus constituit, artem computandi autem ejus vicariam, quanquam species tantum est ex illa derivata, quatenus dicit: „Ramus octavus (nonus). De speciebus doctrinae numerorum (*Ilm el-adad*), quae et ars computandi (*Ilm el-hisáb*) dicitur, derivatis.“ Attamen eam definivit ratione longe contraria definitioni, quam de doctrina numerorum dedit. Deinde pergit: Arti computandi sunt species derivatae hae: *Ilm hisáb el-taht we el-meil*, quae ea ars est, qua ratio cognoscitur, operationes arithmeticas signis tractandi, quae numeros

الاعمال الحسابيّة برقوم تدلّ على الآحاد وتغني عن ما عداها بالمراتب وتنسب هذه الارقام الى الهند واقول بل هو علم بصور الرقوم الدالّة على الاعداد مطلقا ولكلّ طائفة ارقام دالّة على الآحاد كالارقام الهنديّة والروميّة والمغربيّة والافرنجيّة والنجوميّة وصور السياقة العربيّة وغيرها ويقال له التخت والتراب ومنها علم الجبر والمقابلة وقد سبق في الجيم ومنها علم حساب الخطأين وهو قسم من مطلق الحساب وانّما جعل علمًا برأسه لتكثير الانواع ومنها علم حساب الدور والوصايا وهو علم يتعرّف منه مقدار ما يوصى به اذا تعلّق بدور في بادي النظر مثاله رجل وهب لمعتقه في مرض موته مائة درهم لا مال له غيرها فقبضها ومات قبل موت سيّده وخلف بنتا والسيّد المذكور ثمّ مات السيّد فظاهر المسئلة انّ الهبة تمضي من المائة في ثلثها فاذا مات المعتق رجع الى السيّد نصف الجائز بالهبة فيزداد ماله فيزداد مال المعتق فيزداد مال السيّد من ارثه وهلمّ جرّا وبهذا العلم يتعيّن مقدار الجائز بالهبة

---

ab uno usque ad decem exprimunt et omnes alios, qui hos excedunt, ope ordinum quo ponuntur, excludunt. Haec signa ab Indis originem duxisse dicuntur. Objicio tamen, doctrinam ita definitam esse doctrinam de figuris notarum arithmeticarum, quae numeros in universum exprimunt. Quaeque gens signa habet numeros ab uno ad decem exprimentia, qualia sunt signa Indica, Graeco-Romana, Africana, Franconica, astronomica et figurae artis literis arabicis numerandi et quae sunt alia. Eadem doctrina nobis *El-Taht we El-Taráb* dicitur — porro *Ilm el-jebr we el-mocábelet* sive doctrina aequationis per reductionem, de qua in litera *Jim* dictum est — *Ilm hisáb el-khatayein*, regula falsi, quae species artis computandi est in universum. Auctor vero eam scientiam peculiarem esse voluit propter specierum multitudinem, quas admittit — *Ilm hisáb el-dewr we el-wesáya*, ars legata computandi in orbem circumlata. Haec est ea doctrina, qua quantitas cognoscitur testamento mandata, quando, ut primo adspectu intelligitur, ad ea pertinet, quae in orbem circumferenda sunt, quale hoc exemplum est: Vir in vitae discrimine versans liberto centum dat dirhemos, praeter quos nulla ei fortuna est. Quibus acceptis libertus moritur ante dominum et filiam relinquit dominumque laudatum. Deinde vero et hic vita excedit. Primo igitur adspectu haec est quaestio: Donum abit e centum in tertiam partem ejus quod fuit, ut manumisso mortuo dimidia pars aeris donatione transeuntis ad herum redeat. Inde opes heri pariter atque opes manumissi augentur: opes autem heri hereditate, quae ei a liberto venit, augmentum capiunt, et sic porro. Itaque hac doctrina quantitas partis donatione in alium transeuntis

وظاهر انّ منفعة هذا العلم جليلة فان كانت الحاجة اليه قليلة ومن كتبه كتاب لافضل الدين الخونجي اقول هذا العلم يؤول الى علم الجبر والمقابلة وفيه تأليف لطيف لابي حنيفة احمد بن داود الدينوري المتوفى في سنة احدى وثمانين ومأتين وكتاب نافع لاحمد بن محمد الكرابيسي وكتاب مفيد لابي كامل شجاع بن مسلم ذكر فيه كتاب الوصايا بالجذور للحجاج بن يوسف ومنها علم حساب الدرهم والدينار وهو علم يتعرّف منه استخراج المجهولات العدديّة التي تزيد عدّتها على المعادلات الجبريّة ولهذه الزيادة لقّبوا تلك المجهولات بالدرهم والدينار والفلس وغير ذلك ومنفعته كمنفعة الجبر والمقابلة فيما يتكثّر فيه اجناس المعادلة ومن الكتب المصنّفة فيه كتاب لابن فلوس [اسمعيل بن ابرهيم بن غازى] الماردينى [الحنفى المتوفى سنة ٦٣٧] والرسالة المغربيّة والرسالة الشاملة للخرقى والكافى للكرخى ومختصره للسموأل [بن يحيى بن عباس] المغربى [الاسرائيلى المتوفى سنة ٥٧٦] كذا فى ارشاد القاصد ومنها علم حساب الفرآئض وهو علم يتعرّف منه قوانين تتعلّق بقسمة التركة مثل

---

terminatur, et apparet, ejus utilitatem magnam esse, quanquam raro tantum necessaria sit. In libris huc pertinentibus numeratur ille, quem *Afdhal-ed-dín Khúnji* edidit. Ego quidem dico contra, doctrinam hanc redire ad *El-Jebr we El-Mocábelet*, quam rem egregie tractat liber *Abu Hanífae Ahmed Ben Dawúd Dineweri*, anno 281 (inc. 13. Mart. 894) mortui, et opus utile *Ahmed*is *Ben Mohammed Kerábísi* tractatusque ille fructuosus ab *Abu Kámil Shejá Ben Moslim* editus, in quo librum Institutionum de radicibus quadratis (*Kitáb el-wesáyá bi'ljodzúr*) ab *Hejjáj Ben Yusuf* compositum commemorat — *Ilm hisáb el-dirhem we el-dínár*, ars drachmas et denarios computandi, qua ratio cognoscitur quantitates ignotas arithmeticas eliciendi, quarum numerus aequationes algebraicas excedit, et hujus quantitatis excedentis caussa illae quantitates ignotae Drachma, Denarius, Obolus et aliter cognominantur. Ejus utilitas eadem est quae reductionis per aequationem, quatenus hic genera aequationis multiplicata sunt. Ad opera huc spectantia pertinent liber *Ibn Folús*i [*Ismaíl Ben Ibrahím Ben Ghází*] *Máridíní* [Hanefitae, anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortui] — *El-Risálet El-Maghribíyet* et *El-Risálet El-Shámilet* auctore *Khiracki*, *El-Káfi* auctore *Karkhi* ejusque epitome, auctore *Samuel* [*Ben Yahya Ben Abbás*] *Maghribi* [Israelita, anno 576 (inc. 28. Mai. 1180) mortuo], ut in *Irshád el-cásid* legitur — *Ilm hisáb el-feráïdh*, doctrina computationis haereditatum. Haec est ea doctrina, qua regulae cognoscuntur, quae divisionem

تصحيح السهام لذوى الفروض اذا تعدّدت وانكسرت او زادت الفروض على المال او كان فى الفريضة اقرارًا وانكارًا وهذا الجزء من الحساب باعتبار الحكم الفقهى وفيه ايضا كتاب ابن ثابت ومختصر القاضى ابى القاسم الحوفى وكتاب ابن [عبد البرّ] النمرى والجعدى والهنودى وكتب امام الحرمين ومنها علم حساب الهوآء وهو علم يتعرّف منه كيفيّة حساب الاموال العظيمة فى الخيال بلا كتابة ولها طرق وقوانين مذكورة فى بعض الكتب الحسابيّة وهذا العلم عظيم النفع للتجّار فى الاسفار واهل السوق من العوامّ الذين لا يعرفون الكتابة وللخواصّ اذا عجزوا عن احضار آلات الكتابة ومنها علم حساب العقود اى عقود الاصابع وقد وضعوا كلّا منها بازآء اعداد مخصوصة ثمّ رتّبوا الاوضاع الاصابع آحادًا وعشرات ومئات والوف ووضعوا قواعد يتعرّف بها حساب الوف فما فوقها وهذا عظيم النفع للتجّار سيّما عند استعجام كلّ من المتبايعين لسان الآخر وعند فقد آلات الكتابة والعصمة عن الخطأ فى هذا العلم اكثر من حساب الهوآء فكان هذا العلم يستعمله الصحابة كما وقع فى الحديث فى كيفيّة وضع

bonorum post mortem relictorum spectant. Huc pertinet v. c. justa portionum aequatio inter ejusdem haereditatis participes, quando haec cernenda est, et portiones fractae sunt aut partes haeredibus pendendae bona relicta excedunt, aut in dividendo alia agnoscuntur, alia negantur. Haec computationis pars statuta juris attingit, de eaque scripserunt ***Ibn Thábit***, Cádhi ***Abu'lcásim Haufi***, qui epitomen edidit, ***Ibn Abd-el-berr Nemeri***, ***Ja'di***, ***Honúdi***, ***Imám el-haramein*** — ***Ilm hisáb el-hewá***, ars computationis quae ingenio exercetur. Haec est ea doctrina, qua ratio cognoscitur, opes magnas mente sine scriptura computandi, de qua re in nonnullis libris arithmeticis regulae et canones commemorantur. Haec doctrina maxime prodest mercatoribus peregrinantibus, tabernariis plebejis, qui scribendi artem ignorant et nobilioribus, quando praesentibus scribendi instrumentis carent — ***Ilm hisáb el-ocúd***, computatio articulorum digitorum, quos singulos ita tenuerunt, ut certis numeris ex adverso responderent. Tum has positiones digitis accommodarunt, ut numeros ab uno ad decem, denarios, centenarios, millenarios significarent, et leges dederunt primarias, quibus computatio numerorum millenariorum et qui hos excedunt, cognosceretur. Haec ars multum commodi praebet mercatoribus, praesertim cum alter paciscentium alterius linguam non intelligit, et scribendi instrumenta desunt, et certe haec doctrina melius contra errores munit quam computatio ingenio exercita. Ea inter prophetae socios usu recepta fuit, quemadmodum in traditione de ratione in testando manum

اليد على الفخذين فى التشهّد انّه عقد خمسًا وخمسين يعنى انّ النبى صلعم عقد اصابع اليد غير السبابة والابهام وحَلَّقَ الابهام معها وهذا الشكل فى العلم المذكور دالّ على العدد المرقوم فالراوى ذكر المدلول واراد الدالّ وهذا دليل على شيوع هذا العلم عندهم وفى هذا العلم ارجوزة لابن الحرب اورد فيها مقدار الحاجة ورسالة لشرف الدين اليزدى اورد فيها قدر الكفاية ومنها علم اعداد الوفق وسيأتى فى الواو ومنها علم خواصّ الاعداد المتحابّة والمتباغضة وسيأتى فى الخاء ومنها علم التعابى العدديّة وقد سبق فى التاء وهذه الثلاثة من فروع علم العدد من حيث الحساب ومن فروع الخواصّ من جهة اخرى ولذلك اوردناها اجمالًا كما اورد صاحب مفتاح السعادة لكن بقى شىء وهو علم حساب النجوم وهو علم يتعرّف منه قوانين حساب الدرج والدقآئق والثوانى والثوالث بالضرب والقسمة والتجذير والتفريق ومراتبها فى الصعود والنزول وفيه كتب منفردة غير ما بيّن فى مبسوطات الكتب

femoribus imponendi legitur, quinquaginta quinque computasse i. e. prophetam manus digitos exceptis indice et pollice computasse et simul cum illis pollice annuli signatorii loco usum esse. Jam haec figura in arte laudata numerum notatum exprimit: traditionarius igitur expressum commemorat loco exprimentis, quod voluit, et hoc indicii exemplum viam monstravit ad illam artem inter Arabes divulgandam. De ea carmen habemus ab *Ibn-elharb* metro *Rejez* compositum, in quo tantum quantum necessarium est exponit, et tractatum a *Sheref-ed-dín Yezdi* editum, in quo quantum sufficit commemorat — *Ilm-adád el-wafc*, doctrina numeros in quadratis talismanicis usitatos scribendi, de qua in litera *Wáw* sermo erit — *Ilm khawáss el-adád el-motehábbet we el-motebághudhat*, doctrina numerorum sympatheticorum sive amicabilium et antipatheticorum, de quibus litera *Khá* videnda est — *Ilm el-teábi el-adedíyet*, ars exercitus secundum numeros arithmeticos in praeliis disponendi, ut supra in litera *Tá* demonstratum est. Hae tres artes species constituunt doctrinae numerorum ratione computationis habita, et doctrinae virtutum rerum peculiarium alia ratione habita, quam ob caussam eas hic generatim tractamus, quemadmodum auctor *Miftáh el-seádet* fecit. Attamen restat aliquid, computatio scilicet astronomica, qua regulae cognoscuntur, gradus, scripula simplicia, secunda et tertia multiplicando, dividendo, radicibus extrahendis, et discernendo computandi ordinesque harum mensurarum et adscendentium et descendentium. De ea libri exstant singulares, exceptis iis, quae in libris arithmeticis amplioribus late demonstrantur. Quod autem

الحسابيّة وامّا المصنّفات في علم الحساب مطلقًا فنذكرها على ترتيب الكتاب اجمالا وهي هذه ابحة شرح الباحة

٤٤٩٠ حسام الماضي في ايضاح غريب القاضي مرّ ذكره في انوار التنزيل ٤٤٩١ حسبة الكبير لابي العبّاس احمد بن محمد بن مروان السرخسي المتوفى سنة ٢٨٦ وله حسبة الصغير ٤٤٩٢ حسم الخلاف في المسح على الخفّ رسالة للمولى العلّامة ابي السعود بن محمد العمادي الحنفي المتوفى سنة ٩٨٢ اوّله بحمد من لا يستفتح اعزّ الكتب والرسائل الّا بتذكاره الخ ذكر فيه انّه كتبه لولده مولانا مصطفى ٤٤٩٣ حسن الامالي في ثواب الاعمال للسيّد محمد بن زيد البغدادي ٤٤٩٤ حسن الاقتراح في وصف الملاح لابي العبّاس احمد بن محمد بن العطّار الدنيسري المتوفى سنة ٧٩٤ ذكر فيه الف مليح وصفاتهم ٤٤٩٥ حسن التسبيك في حكم التشبيك رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ اوردها في كتابه الحاوي ٤٤٩٦ حسن التصرّف في شرح التعرّف سبق ذكره في

---

opera de arte computandi in universum attinet, ea pro libri dispositione summatim commemorabimus. Sunt enim haec: *Ibâhat*, commentarius libri *Bâhat*. . . .

4490. El-Hosâm El-Mâdhi, gladius acutus de explicatione vocum rariorum a Câdhi *Bokhâri* in Corani commentarium *Tenzîl el-anwâr* receptarum, de quo supra videndum est. — 4491. El-Hisbet El-Kebir, computatio. Editio major, auctore *Abu'labbâs Ahmed Ben Mohammed Ben Merwân Serakhsi*, anno 286 (inc. 17. Jan. 999) mortuo. Idem librum ejusdem argumenti minorem, *El-Hisbet El-Saghir*, edidit. — 4492. Hasm el-khilâf, abolitio controversiae de ocreis detergendis. Tractatus a Molla doctissimo *Abu'lsa'ûd Ben Mohammed Imâdi* Hanefita, anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortuo, editus, qui incipit ita: Laudatus sit is, sine cujus commemoratione libri et tractatus vel pretiosissimi non incipiunt etc. Se illum filio suo Mewlana *Mustafa* scripsisse commemorat. — 4493. Hosn el-amali, elegantia dictatorum de remuneratione operum, auctore Seyyid *Mohammed Ben Zeid Baghdâdi.* — 4494. Hosn el-ictirah, pulchritudo artis ex tempore dicendi de descriptione pulchrorum. *Abu'labbâs Ahmed Ben Mohammed Ben-elattâr Donciseri*, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuus, commemorat hic mille pulchros eorumque virtutes. — 4495. Hosn el-tesbik, pulchritudo fusurae de lege cancellatim struendi. Tractatus, quem Sheikh *Jelâl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyûti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, edidit et libro *Hâwi* inseruit. — 4496. Hosn el-tesarrof, pulchritudo liberi arbitrii. Commentarius operis *Tearrof*, de quo supra in litera *Tá*

الثناء ٤٤٩٧ حسن التصريف في عدم التحليف رسالة للسيوطي المذكور اوردها في الحاوي ايضا ٤٤٩٨ حسن التعمد في احاديث التشهد ٤٤٩٩ حسن التلخيص لتالي التلخيص للسيوطي ايضا ٤٥٠٠ حسن التوسل في صناعة الترسل لشهاب الدين ابي الثناء محمود بن سلمان [بن فهد] الحلبي المتوفى سنة ٧٢٥ ٤٥٠١ حسن الثناء في العفو عمن جنى مختصر صنفه مؤلفه في محنته لطلب العفو والرضاء ٤٥٠٢ حسن دل فارسي لمولانا يحيى بن سمك المعروف بفتاحي النيسابوري المتوفى سنة ٨٥٣ وعلى منواله تأليف حسن بن سيدي خواجه المعروف بآهي المتوفى سنة ٩٢٣ وهو ترجمة حسن دل المذكور بتركية لكنه لم يتم ثم ان مولانا محمود بن عثمان المعروف بلامعي البرسوي المتوفى سنة ٩٣٨ اقتفى اثرهما في تأليفه المسمى بحسن دل وهو تركي ايضا ٤٥٠٣ حسن السلوك الى مواعظ الملوك لابي الفرج عبد الرحمن بن علي ابن الجوزي البغدادي المتوفى سنة ٥٩٧ ٤٥٠٤ حسن السمت في

---

videatur. — 4497. Hosn el-tesrif, pulchritudo permutationis de jure desiderato jusjurandum exigendi. Tractatus a *Soyúti* laudato compositus eidemque operi *Háwi* insertus. — 4498. Hosn el-teammod, pulchritudo propositi de traditionibus, quae professionem fidei spectant: Testor non esse Deum nisi verum Deum et *Mohammed* esse ejus prophetam. — 4499. Hosn el-telkhís, pulchritudo epitomes potiorem partem continentis oblata ei, qui opus *Telkhís* legit, auctore eodem *Soyúti.* — 4500. Hosn el-tewassol, pulchritudo intercessionis de arte epistolas scribendi, auctore *Shehâb-ed-dín Abu'lthená Mahmúd Ben Selmán* [*Ben Fihd*] *Halebi*, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuo. — 4501. Hosn el-thená, pulchritudo bonae orationis de condonatione ejus, qui peccat. Compendium, quod ejus auctor in afflictione sua composuit ad condonationem et gratiam quaerendam. — 4502. Hosn dil, pulchritudo cordis. Carmen persicum, auctore Molla nostro *Yahya Ben Semmák Nisabúri*, vulgo *Fettáhi* dicto et anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuo. Ad ejus exemplum *Hasan Ben Seyyidi Khoja*, vulgo *Ahi* dictus et anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuus, opus edidit, quod translationem hujus *Hosn dil* modo laudati turcicam continet, nec tamen ea ad finem perducta est. Tum Molla noster *Mahmúd Ben Othmán Bursewi*, vulgo *Lámii* dictus et anno 938 (inc. 15. Aug. 1531) mortuus, utriusque vestigia secutus est in opere *Hosn dil*, quod et ipsum turcice est scriptum. — 4503. Hosn el-solúk, pulchritudo viae ad bona consilia principibus observanda, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi Baghdádi*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. — 4504. Hosn el-samt, pulchritudo directionis in libro *Samt.*

الصمت رسالة للسيوطى المذكور لخصها من كتاب الصمت لابن ابى الدنيا ٤٥٠٥ حسن السير فى ما فى الفرس من اسمآء الطير للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ذكره فى ديوان الحيوان قال وهى خمسة وثلثون اسمآء نظمتها فى ارجوزة ٤٥٠٦ حسن التصريح فى مأئة مليح للشيخ صلاح الدين خليل بن ايبك الصفدى المتوفى سنة ٧٦٤ مختصر اوله امّا بعد حمدا لله على ما وهب ومنح الخ ٤٥٠٧ حسن الصنيعة فى ضمان الوديعة للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى الشافعى المتوفى سنة ٧٥٦ ٤٥٠٨ حسن الظنّ بالله للشيخ ابى بكر عبد الله بن محمد بن عبيد القرشى المعروف بابن ابى الدنيا المتوفى سنة ٢٨١ وهو مختصر محذوف الاسانيد اوله الحمد لله وسلام على عباده الخ ٤٥٠٩ حسن العقبى لابى جعفر احمد بن يوسف بن ابرهيم ٤٥١٠ حسن المباشرة فى العمل بربع المساترة رسالة على مقدّمة وثمان مظاهر وخاتمة اوله الحمد لله المظهّر فى مساترة

Tractatus, quem *Soyúti* modo laudatus ex opere *Samt* ab *Ibn Abi'ldunya* edito potiorem partem excerpsit. — 4505. Hosn el-seir, pulchritudo incessus de quaestione, quae nomina avis apud Persas exstent, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Laudat tractatum in opere *Diwán el-heiwán* et nomina triginta quinque esse dicit, quae metrice in *Orjúzet* exaraverit. — 4506. Hosn el-tesrih, pulchritudo clarae expositionis de centum facete dictis, auctore Sheikh *Saláh-ed-dín Khalíl Ben Ibek Safedi*, anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuo. Compendium quod ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudem Deo pro iis, quae dedit et largitus est etc. — 4507. Hosn el-saníat, pulchritudo facti de conservatione rerum depositarum, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-kafi Sobki* Shafiita, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 4508. Hosn el-tzann billah, justa et bona de Deo opinio, auctore Sheikh *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Ben Obeid Coreshi*, vulgo *Ibn Abi'ldunya* dicto et anno 281 (inc. 13. Mart. 894) mortuo. Compendium auctoritatibus privatum, quod ita incipit: Laus Deo et salus super ejus cultoribus etc. — 4509. Hosn el-ocba, pulchritudo pensationis, auctore *Abu Ja'far Ahmed Ben Yusuf Ben Ibrahím*. — 4510. Hosn el-mobasheret, pulchra tractatio de operationibus cum quadrante occultationis (*Mosáteret*). Tractatus in praefationem, octo ascensiones et conclusionem distributus est et incipit ita: Laus Deo qui in

افق سمائه الخ    ٤٥١١ حسن المحاضرة في اخبار مصر والقاهرة للجلال الدين عبد الرحمن ابن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ ذكر فيه ثمانية وعشرين كتابا من الكتب المؤلفة في اخبار مصر فلخصها واورد ملوكها ومن دخلها من الانبياء والحكماء ثم ذكر الاهرام والاسكندرية ومن دخلها من الصحابة والتابعين ثم ذكر اعيانها من كل صنف ثم ملوك مصر ونوابها في الدولة الاسلامية وعساكرهم وما فيها من الجوامع والمدارس وما قيل فيها من الاشعار    ٤٥١٢ حسن المقال على عشر خصال لامين الدين عبد الوهاب بن احمد بن وهبان [الدمشقي] الحنفي المتوفى سنة ٧٦٨    ٤٥١٣ حسن المقصد في عمل المولد للجلال السيوطي المذكور اورده في حاويه وذكر فيه اجتماع الناس في ابتداء امر النبي صلعم وما وقع في مولده    ٤٥١٤ حسن النية في خانقاه البيبرسية جزء له ايضا    ٤٥١٥ حسن نگار تركي منظوم من خمسة سنان بن سليمان من امراء عصر السلطان بايزيد خان    ٤٥١٦ حسن الوفاء لمشاهير الخلفاء قصيدة رائية لشهاب الدين احمد بن [يحيى بن] فضل الله العمري [الشافعي] المتوفى

---

occultatione horizontis coeli sui aperit etc. — 4511. Hosn el-mohádharet, pulchra conversationis praesentis materia de historia Aegypti et Cahirae, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Laudat ibi viginti octo e libris de historia Aegypti compositis, quos meliorem partem excerpsit. Recenset reges Aegypti et prophetas philosophosque, qui eam intrarunt: deinde describit pyramides et Alexandriam et socios prophetae horumque sectatores qui eam ingressi sunt; tum viros commemorat omnis generis spectatissimos et principes Aegypti eorumque praefectos a tempore inde regni Islamici, et horum exercitus, et templa primaria collegiaque ibi exstructa et carmina in eorum laudem composita. — 4512. Hosn el-mecál, sermo elegans de decem proprietatibus, auctore *Emín-ed-dín Abd-el-wehháb Ben Ahmed Ben Wahbán* [*Dimeshcki*] Hanefita, anno 768 (inc. 7. Sept. 1366) mortuo. — 4513. Hosn el-macsad, pulchritudo consilii de effectu prophetae nati, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti* laudato, qui hunc tractatum in *El-Háwi* profert et ibi narrat, quomodo homines, cum propheta prodiret, ad eum convenerint, et quae, cum nasceretur, evenerint. — 4514. Hosn el-niyyet, pulchritudo propositi de coenobio *Bibersi*. Fasciculus ab eodem editus. — 4515. Hosn nikár, pulchritudo picturae. Poëma turcicum pentadis carminum a *Sinán Ben Soleimán* Emiro tempore Sultani *Bayezíd Khán* vivente editorum. — 4516. Hosn el-wefá, pulchritudo integritatis clarissimis Khalifis propria. *Casída* in *Rá* desinens, auctore *Sheháb-ed-dín Ahmed Ben* [*Yahya Ben*] *Fadhlallah Omari* [Shafiita], anno 749 (inc. 1. Apr. 1348)

سنة ٧٤٩ ‏ ٤٥١٧ حسن اليقين وحصن المتقين لزين الدين سريجا بن محمد الملطي المتوفي سنة ٧٨٨ ‏ ٤٥١٨ حسن وعشق فرسي منظوم لمحمد بن عبد الله المتخلص بكاتبي النيسابوري المتوفي في حدود سنة ٨٥٠ ‏ ٤٥١٩ الحصن الصغير في الحساب ذكره ابن خلدون في المقدمة وقال هو من احسن الموضوعات المتداولة في المغرب ‏ ٤٥٢٠ حصائل في المسائل لنجم الدين ابي حفص عمر بن محمد النسفي الحنفي المتوفي سنة ٥٣٧ ‏ ٤٥٢١ حصر الارواح وسور الاشباح في الاسماء ‏ ٤٥٢٢ حصر المسائل وقصر الدلائل في شرح المنظومة النسفية يأتي ‏ ٤٥٢٣ حصر المسائل في الفروع للامام ابي الليث نصر بن محمد السمرقندي الحنفي الفقيه المتوفي سنة ٣٨٢ ‏ ٤٥٢٤ الحصر والاشاعة لاشراط الساعة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفي سنة ٩١١ ‏ ٤٥٢٥ حصن الاتقياء من قصص الانبياء قيل هو لمسعود الكازروني وهو فرسي اوله بعد از ثناي خداي بي همتا الخ ‏ ٤٥٢٦ حصن الاسلام لمولانا غنم

mortuo. — 1517. Hosn el-yekín, pulchritudo certae cognitionis et arx Deum timentium, auctore *Zein-ed-dín Serija Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 4518. Hosn we Ishc, pulchritudo et amor flagrans. Poëma persicum, auctore *Mohammed Ben Abdallah Nisabúri*, *Kátibi*, ut poëtam se dixit, cognominato et circa annum 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuo. — 4519. El-Hisar El-Saghír, munimentum parvum. Liber arithmeticus, quem *Ibn Khaldun* in Prolegomenis (*Mocaddemet*) laudat et inter praestantissima operum amplorum et in regionibus occidentalibus tritissimorum numerat. — 1520. Hasáïl, fructus residui de quaestionibus, auctore *Nejm-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Mohammed Nesefi* Hanefita, anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) mortuo. — 1521. Hasr el-erwah we sur el-eshbah, angustia spirituum et murus corporum, de nominibus mysticis. — 1522. Hasr el-mesaïl we casr el-delaïl, circumscriptio quaestionum et contractio argumentorum. Commentarius poëmatis a *Nesefi* conditi, de quo infra dicetur. — 4523. Hasr el-mesaïl, circumscriptio quaestionum de partibus juris derivatis, auctore *Abu'lleith Nasr Ben Mohammed Samarcandi* Jurisconsulto Hanefita, anno 382 (inc. 9. Mart. 992) mortuo. — 4524. El-Hasr we El-Ishaat, circumscriptio et propagatio de conditionibus horae resurrectionis, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1525. Hisn el-atekiya, arx piorum. Historiae prophetarum persice scriptae, quae *Mesudo Kazerúni* auctori tribuuntur. Incipit opus ita: Post laudem Dei incomparabilis etc. — 1526. Hisn el-islam, arx fidei Islamicae, auctore

ابن محمد البغدادى الحنفى المتوفى فى حدود سنة ١٠٣٠ وهو مختصر ذكر فيه انّه سأله بعض الطلبة جمع الفاظ الكفر فاجاب وزاد عليه العقائد والاحكام ليتمّ به النفع ورتّبه على خمسة فصول اوله اشهد ان لا اله الّا الله الواحد الحىّ الخ ٤٥٢٧ حصن الايمان من الفتنة ٤٥٢٨ حصن الحيوة وسور النجاة فى الاسماء ٤٥٢٩ الحصن الحصين من كلام سيّد المرسلين صلعم للشيخ شمس الدين محمد بن محمد الجزرى المتوفى سنة ٨٣٣ وهو من الكتب الجامعة للادعية والاوراد والاذكار الواردة فى الاحاديث والآثار ذكر فيه انّه اخرجه من الاحاديث الصحيحة وابرزه عدّة عند كلّ شدّة ولمّا اكمل ترتيبه طلبه عدوّه وهو تيمور فهرب منه مختفيًا وتحصّن بهذا الحصن فرأى سيّد المرسلين صلعم جالسًا على يمينه وكأنّه صلعم يقول له ما تريد فقال يا رسول الله ادع الله تعالى لى وللمسلمين فرفع يديه فدعى ثمّ مسح بهما وجهه الكريم وكان ذلك ليلة الخميس فهرب العدوّ ليلة الاحد وفرّج الله عنه وعن المسلمين ببركة ما فى هذا الكتاب الجامع ما لم يجمعه مجلّدات من التواليف ورمز لكتب المأخوذة

Molla nostro *Ghánim Ben Mohammed Baghdádi* Hanefita, circa annum 1030 (inc. 16. Nov. 1620) mortuo. Compendium, ubi a se discipulorum aliquem, ut verba impietatem significantia colligeret, petiisse narrat. Cui cum satisfaceret, articulos fidei et decreta divina addidit, ut utilitati libri quam perfectissime serviret. In quinque sectiones divisus est et incipit ita: Testor nullum esse Deum nisi Allah unicum viventem etc. — 4527. Hisn el-imán, praesidium fidei Mohammedicae contra seductionem. — 4528. Hisn el-hayát we súr el-neját, arx vitae et murus immunitatis de nominibus mysticis. — 4529. El-Hisn El-Hasín, arx verbis domini legatorum summi firma et munita, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Jezeri*, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuo. Liber hic preces, pericopas coranicas et laudationes Dei, quae in prophetae ejusque sociorum traditionibus revelatae sunt, conjunctas continet. Auctor se eas ex traditionibus certissimis elicuisse et tanquam praesidium in omnibus calamitatibus in lucem protulisse narrat. Libri dispositionem cum absolvisset, *Timur* adversarius eum petiit, quem se abdens fugit et illa arce se munivit. Vidit deinde per somnum legatorum principem ad dextram sedentem, et cum ille ex se, quae vellet, quaerere visus esset: Preces funde ad Deum, respondit, pro me et fidelibus, o legate Dei. Quod hic cum manibus sublatis fecisset, manus super vultum nobilem duxit. Factum hoc est nocte feriae quintae, et nocte diei Solis hostis in fugam se contulit, Deusque auctorem et fideles ab illo liberavit favore eorum, quae in hoc libro leguntur tantum continente, quantum operum

عنها بالرموز المعهودة بين اهل الحديث وذكر مقدّمة تشتمل على احاديث فى فضل الدعآء والذكر وآدابه واوقات الاجابة وامكنتها ثمّ الاسم الاعظم والاسمآء الحسنى ثمّ ما يقال فى الصباح والمسآء فى الحيوة الى الممات ثمّ الذكر العامّ ثمّ الاستغفار ثمّ فضل القرآن ثمّ الدعآء ثمّ ختمه بفضل الصلوة على النبى صلعم وفرغ من تأليفه يوم الاحد الثانى والعشرين من ذى الحجة سنة ٧٩١ بمدرسة التى انشأها برأس عقبة الكتان داخل دمشق وجميع ابوابها مشيّدة بالاحجار والناس فى جهد عظيم من الحصار والمياه مقطوعة والايدى الى الله مرفوعة وكلّ احد خائف على نفسه وما له وقد احرق ظاهر البلد ونهب اكثره ولقد احسن من قال شعر

ان نابك الامر المهول — اذكر آله العالمينا
واذا بغى باغ عليك — فدونك الحصن الحصينا

ثمّ شرحه شرحًا مفيدًا بالقول وسمّاه مفتاح الحصن اوله الحمد لله على ما علم الخ ذكر

amplorum volumina vix continent. Libros, unde traditiones hausit, signis a traditionariis receptis notavit et praefationem praemisit, quae traditiones continet de praestantia precationis et invocationis Dei, de legibus in ea facienda observandis et temporibus locisque, quibus potissimum audiuntur. Tum nomen Dei summum et attributa sancta commemorat, disserit de verbis mane et vespere in hac vita usque ad mortem faciendis, denique de invocatione Dei universali, de ratione veniam delicti rogandi, de praestantia Corani, de prece facienda, et finem facit in prece Deo pro salute prophetae adhibenda. Compositionem libri die vicesimo secundo mensis Dzi'lhijjet, qui dies Solis fuit, anno 791 (inc. 31. Dec. 1388) absolvit in collegio in summo colle lini intra Damascum ab ipso aedificato, cum portae ejus omnes firmatae et lapidibus obstructae essent, incolae obsessione diligentissima undique cingerentur et aqua prohibiti manus ad Deum tollerent, unusquisque pro sua vita et fortunis pertimesceret, domus extra urbem combustae plurimaeque earum direptae essent, ut poëta ille pulchre caneret:

Quando tibi malum horrendum supervenit, invoca Deum mundorum.
Et quando tyrannus te insolenter tractat, confuge ad Arcem Munitam.

Postea utilem ejus commentarium, qui orditur a verbis: Laus Deo pro iis, quae docuit etc., edidit ita, ut tantum textus verba explicata adjiceret, eumque *Miftáh*

فيه انّه وعد عند تأليفه ان يجعل فى آخره فصلًا لحلّ مشكلاته ولمّا انتهى سارت به الركبان فى البلدان وكذا مختصراه عدّة الحصن والجنّة كلاهما له ولمّا مضى نحو من اربعين سنة وفّى ما وعد بذلك الشرح وفرغ منه فى رمضان سنة ٨٣١ بمدينة شيراز ثمّ انّ الشيخ على ابن سلطان محمد الهروى المعروف بالقارى نزيل مكة المتوفى بها سنة ست عشرة بعد الالف شرح الحصن شرحًا ممزوجًا بسيطًا وسمّاه الحرز الثمين للحصن الحصين اوله الحمد لله الذى جعل ذكره حصنًا حصينًا الخ وفرغ منه فى النصف الاخير من جمادى الآخرة سنة ثمان بعد الالف وامّا مختصره المسمّى بعدة الحصن فهو على عشرة ابواب اوله الحمد لله الذى جعل ذكره عدّة الخ ولهذا المختصر ترجمة بالفارسيّة مسمّاة بغرفة الحصين للسيد اصيل الدين عبد الله بن عبد الرحمن الحسينى الواعظ اوله الحمد لله الجميل الذى يحبّ الجمال الخ ذكر انّه زاد عليه بعضًا من المهمّات ورتّب على خمسة فصول وخاتمة وفرغ فى جمادى الاولى سنة ٨٣٧ ببلدة هراة وللاصل ايضا ترجمة تركيّة ليحيى بن عبد الكريم سمّاه

---

*El-Hisn* inscripsit. Se in libro componendo ad finem caput addere pollicitum esse narrat ad locos ejus difficiles et ambiguos solvendos. Cujus compositionem cum absolvisset, equites per terras eum circumtulerunt nec minus utramque ejus epitomen *Oddet El-Hisn* et *El-Jonnet* inscriptam et ab eo ipso editam. Jam vero quadraginta fere annis praeteritis, quae promiserat, commentario illo praestare studuit, quem mense Ramadhan anni 831 (inc. 22. Oct. 1427) in urbe Shiraz ad finem adduxit. Tum Sheikh *Ali Ben Sultan Mohammed Herewi* Mekkae inquilinus, vulgo *Cári* (Corani Lector) dictus et in illa urbe anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) defunctus, *El-Hisn* volumine amplo *El-Hirz El-Themín Lil-Hisn El-Hasín* inscripto commentatus est, quod textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui sui invocationem arcem fecit munitissimam etc. Absolutum est parte posteriori mensis Jomádi II. anni 1008 (inc. 14. Jul. 1599). — Epitome ejus *Oddet El-Hisn* inscripta in decem capita disposita est et ita incipit: Laus Deo, qui sui invocationem praesidium certum fecit etc. Eadem in linguam persicam versa est, et haec versio, quae Seyyid *Asíl-ed-dín Abdallah Ben Abd-el-rahman Hoseini* Concionatorem auctorem habet, orditur ab his verbis: Laus Deo praeclara, qui decorum amat etc. Se epitomae nonnulla gravioris momenti addidisse dicit totumque opus, quod mense Jomádi I. anni 837 (inc. 18. Aug. 1433) in urbe Herat absolvit, in quinque capita et conclusionem divisit. Praeterea archetypum turcice translatum est a *Yahya Ben Abd-el-kerím.*

مصباح الجنان وجعله على بابين مشتملًا على زيادة من خصائص النبي صلعم اوله الحمد لله الحميد الخ ٤٥٣٠ حصن الرموز وطلسم الكنوز ٤٥٣١ حصن المأخذ للغزالي يستأتي في الميم في المأخذ ٤٥٣٢ حصن المجاهدين في التجويد مختصر اوله الحمد لله الذي انزل علينا كتابه المبين الخ ذكر في ديباجته مولانا على بن يوسف الفناري ٤٥٣٣ حصول الانعام والمير في سؤال خاتمة الخير للشيخ تقي الدين احمد بن على المقريزي المتوفى سنة ٨٤٥

٤٥٣٤ حصول البغية بسائل عن لا احد في الجنة لحية للشيخ برهان الدين ابرهيم بن محمد الناجي الشافعي الدمشقي [المتوفى سنة ٩٠٠] وهو مختصر اوله اما بعد حمد الله الخ

٤٥٣٥ حصول الرفق باصول الرزق للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ وهي رسالة استوعب فيها الاحاديث الواردة في الافعال الجالبة للرزق ليلًا ونهارًا

٤٥٣٦ حصول النوال في احاديث السؤال للسيوطي المذكور ايضا ٤٥٣٧ الحضّ على تعليم

qui versionem *Misbáh el-jenán* inscripsit et in duo capita distribuit ita, ut nonnulla de virtutibus prophetae propriis adjiceret. Incipit ita: Laus Deo laude digno etc. — 1530. Hisn el romuz, praesidium signorum aenigmaticorum et talisma thesaurorum. — 1531. Hisn El-Makhadz, apologia operis *Makhadz* a *Ghazáli* edita, de quo sub *Makhadz* in litera *Mím* videndum est. — 1532. Hisn el-mojahidín, praesidium pro fide certantium de arte Coranum bene legendi. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui nobis librum suum perspicuum revelavit etc. In ejus praefatione Molla noster *Ali Ben Yusuf Fenári* laudatur. — 1533. Hosul el-in'ám we el-meir, comparatio gratiae et commeatus de quaestione exitus boni, quem Deus dat, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ahmed Ben Ali Macrízi*, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. — 1534. Hosúl el-bughyet, consecutio rei expetitae per quaerentem, num cuidam in Paradiso barba, auctore Sheikh *Borhán-ed-din Ibrahím Ben Mohammed Naji Dimeshcki* Shafiita, [anno 900 (inc. 2 Oct. 1494) mortuo]. Compendium, quod ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus etc. — 1535. Hosul el-rife, consecutio favoris per principia legum in cibo potuque observandarum, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Omnes in hoc tractatu collegit traditiones de actionibus prophetae inspiratas, quae victum quotidianum die noctuque comparant. — 1536. Hosul el-newal, adeptio doni de traditionibus interrogationis per angelos *Munkir* et *Nákir*, auctore eodem *Soyuti*. — 1537. El-Hadhdh, excitatio ad docendum sermonem

العربيّة للامام ابى البركات عبد الرحمن بن محمد الانبارى النحوى المتوفى سنة ٥٧٧

٤٥٣٨ علم الحضرى والسفرى

من الآيات وهو من فروع علم التفسير ذكره المولى ابو الخير تكثيرا للسواد والّا فلا وجه لعدّه علمًا برأسه وكذا اكثر ما ذكره فى التفريع قال وامثلة الحضرى كثيرة وامّا امثلة السفرى فقد ضبطوها وانتهت الى نيف واربعين كما فى الاتقان

٤٥٣٩ حضور الانس بانس الحضور للشيخ عبد الخالق بن ابى القسم المصرى
٤٥٤٠ حظّ الاوفر بالحجّ الاكبر للشيخ على بن سلطان محمد الحنفى الهروى القارى المتوفى بعد سنة ١٠١٦   ٤٥٤١ الحظّ الوافر من المغنم فى استدراك الكافر للجلال السيوطى ذكره فى الحاوى تماما   ٤٥٤٢ الحظّ الموفور فى مدح ابن الغرفور لمحمد البعونى اوله الحمد لله

---

Arabicum, auctore Imam *Abu'lberekát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári* Grammatico, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo.

4538. Ilm el-hadhari we el-safari. Doctrina versuum coranicorum, qui prophetae vel domi vel foris revelati sunt.

Pertinet ea ad disciplinas exegesis coranicae secundarias, et Molla *Abu'lkheir* eam commemorat tantum, ut majorem chartae copiam atramento perdat: sine hac enim ratione nulla adest caussa eam in disciplinis peculiaribus numerandi. Hujus generis maxima doctrinarum pars est, quas inter secundarias refert. Numerum versuum domi revelatorum magnum esse dicit, exempla vero versuum foris revelatorum separatim notarunt, iique, ut in *Itcán* legitur, numerum quadraginta et quod excedit explent.

4539. Hodhur el-ons bi ins el-hodhur, praesentia societatis per socium praesentem, auctore Sheikh *Abd-el-khálic Ben Abi'lcásim Misri.* — 4540. El-Hatztz El-Aufar, felicitas perfectissima in peregrinatione maxima conspicua, auctore Sheikh *Ali Ben Sultán Mohammed Herewi* Hanefita Corani Lectore, post annum 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuo. — 4541. El-Hatztz El-Wafir, copiosa pars praedae de infideli ad veram fidem revocando, auctore *Jelál-ed-din Soyúti.* Tractatus hic totus operi *Háwi* insertus est. — 4542. El-Hatztz El-Maufúr, felicitas perfecta. Panegyricus *Ibn-elforfuri* a *Mohammed Báuni* scriptus, qui incipit ita: Laus

الذى اطلع نسمآء السيارة الخ ۴۵۴۳ حفظ الصحّة لبقراط وهو كتبه الى انطيقس الملك ۴۵۴۴ حفظ الابدان لخضر بن عمر العطوفى اولها

الحمد لله من اعلى المتعل

وهى لاميّة نظمها للسلطان بايزيد ۴۵۴۵ حفظ الصلوة ووسيلة حصول الصّلاة لمحمد بن عوض المفسّر وهو مختصر على خمسة ابواب اوله الحمد لله الحكيم الحليم الخ ۴۵۴۶ حفظ الصيام عن فوت التمام للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى الشافعى المتوفى سنة ۷۵۶ ۴۵۴۷ حقائق الارصاد فى دقائق الارشاد فى استخراج اواسط الكواكب وتقاويمها على طول ترمذ وهو من [جزائر] الخالدات ضبط ق وعرضه نز ن على ما رصده مصنّفه الشيخ تاج الدين ابو الفتح احمد اللالى ابن البدر محمد بن حجاج العمادى [الكمالى] وفرغ عنه فى حدود سنة ۸۰۰ ۴۵۴۸ حقائق الاستشهادات فى الكيميا لمؤيد الدين حسين بن على الطغرائى المتوفى سنة ۵۱۵

Deo, qui in coelo planetarum apparere jussit etc. — 1543. Hiftz el-sihhet, epistola Hippocratis de sanitate tuenda ad Antiochum regem. — 1544. Hiftz el-abdan, conservatio corporum. Carmen in *Lám* desinens, quod *Hadhr Ben Omar Atufi* Sultano *Báyezid* condidit et ita incepit:

Laus Deo qui alte eminentem elevat.

1545. Hiftz el-salát, observatio precum et ratio dona consequendi, auctore *Mohammed Ben Audh* Corani Interprete. Compendium in quinque capita dispositum, quod ita incipit: Laus Deo sapienti et mansueto etc. — 1546. Hiftz el-siyám, tuitio jejunii a defectu completionis, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki* Shafiita, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 1547. Hacáïc el-arsad, verae observationes de subtilitatibus directionis in eliciendis mediis stellarum positionibus earumque tabulis ad longitudinem urbis Tirmidz compositis, quae secundum auctoris Sheikh *Táj-ed-dín Abu'lfat'h Ahmed Láli Ben-el-bedr Mohammed Ben Hejjáj Imádi* [*Kemáli*] observationes, quarum compositionem circa annum 800 (inc. 21. Sept. 1397) absolvit, ab insulis fortunatis centum gradus remota, latitudo vero triginta septem gradus et quinquaginta scripula computatur. — 1548. Hacáïc el-istishhadat, veritates testimoniorum datorum de Alchymia, auctore *Mowayyed-ed-dín Hosein Ben Ali Toghráyi*, anno 515 (inc. 22. Mart. 1121) mortuo. In hoc

بيّن فيه اثبات الصناعة وردّ على ابن سينا فى ابطالها بمقدّمات من كتاب الشفآء
٤٥٤٩ حقآئق الاسرار فيما يعتمدون به الابرار من تأليف تمر الاسحاقى الّفه للظاهر قانصو
ورتّب على عشرة فصول العقل والعلم والسياسة والادب بالنفس واللسان وحسن السيرة والاخلاق
والزهد ومقالات المشايخ والحكمآء والبلاغة اوله الحمد لله الذى علّمنا ما لم نعلم الخ
٤٥٥٠ حقآئق الاسرار فى الطبّ ٤٥٥١ حقآئق الايمان لاهل اليقين والعرفان فارسى مختصر
للشيخ على بن محمد المعروف بمصنّفك الّفه بهراة سنة ٨٤٢ ورتّبه على خمسة ابواب مشتملة
على مسآئل الايمان والعبادات ٤٥٥٢ حقآئق التهليل ٤٥٥٣ حقآئق الحدآئق فارسى
مختصر مشتمل على قواعد اشعار الفرس لاشرف بن محمد الرامى الّفه للسلطان اويس وجعله
على قسمين قسم فى اصطلاح المتقدّمين وقسم فى تصرّف المتأخّرين وهو على منوال حدآئق
الوطواط كما ذكره واقرّ بفضله ٤٥٥٤ حقآئق الحروف رسالة للشيخ سعد الدين

---

opere claris argumentis artem illam magnam confirmare studet et *Ibn Sina*m refutat, qui eam in Prolegomenis ad librum *Shefá* vanam esse contenderat. — 4549. Hacáïc el-asrár, subtilitates arcanorum de iis, quibus viri pii ex libro *Tamr*, quem *Isháchi Tzáhiro Cánsu* composuit, innituntur. Disposuit opus in decem sectiones: Mens — scientia — administratio — tractatio animae — lingua — ratio recte vivendi — mores — abstinentia — opiniones, quas et doctores fidei et philosophi amplectuntur, et — eloquentia. Incipit ita: Laus Deo, qui nos docuit, quae ignoravimus etc. — 4550. Hacáïc el-asrár, vera arcanorum natura. Tractatus medicus. — 4551. Hacáïc el-ímán, subtilitates fidei asseclis religionis Mohammedicae et certae cognitionis oblatae. Compendium persicum, quod Sheikh *Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifec* dictus, Heratae anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) composuit et in quinque capita distribuit, quae quaestiones de fide et cultus officiis complectuntur. — 4552. Hacáïc el-tehlíl, veritates laudationis unius Dei. — 4553. Hacáïc el-hadáïc, vera hortorum natura. Compendium persicum, quod regulas in carminibus apud Persas observandas tractat et ab *Eshref Ben Mohammed Rámi* in honorem Sultani *Oweis* compositum est. Duas ei dedit partes de dictionibus poëtarum praecedentium technicis et de usu sermonis apud recentiores arbitrario. Sequitur, ut ipse monet, rationem libri *Hadáïc* a *Wetwát* editi, cujus praestantiam confitetur. — 4554. Hacáïc el-horúf, vera literarum natura. Tractatus, auctore

محمد الحموى ١٥٥٥ حقائق الدقائق ١٥٥٦ حقائق الرويا فى التعبير ١٥٥٧ حقائق فضل الله المألوف الواردة على ترتيب الحروف لشيخ شمس الدين ابى الحسن محمد البكرى المصرى وهى رسالة فى ستة اوراق كتبها سنة ٩١٩ وجمع فيها كلمات المشايخ اولها الحمد لله العليم الحكيم الخ ١٥٥٨ حقائق الكشف فى المنطق لعلاء الدين على بن محمد الباجى الشافعى الذى ولد سنة ٦٣١ [المتوفى سنة ٧١١] ١٥٥٩ حقائق اللغة ١٥٦٠ حقائق السبوحية والدقائق القدوسية ١٥٦١ الحقائق الاحمدية لعلامة صدر الدين محمد الشيرازى المتوفى فى حدود سنة ٩٢٠ وهى رسالة فى معرفة الواجب تعالى وصفاته ١٥٦٢ حقائق فى التفسير لشيخ ابى عبد الرحمن محمد بن الحسين السلمى النيسابورى المتوفى سنة ٤١٢ وهو مختصر على لسان [اهل] التصوف اوله الحمد لله رب العالمين اولا وآخرا الخ ذكر فيه ان اهل الظاهر جمع فى انواع فوائد القرآن ولم يشتغل احد [منهم] بفهم خطابه على لسان الحقيقة

Sheikh *Sa'd-ed-din Mohammed Hamawi.* — 1555. Hacaïc el-decaïc, veritates subtilitatum. — 1556. Hacaïc el-ruya, vera somnii natura, de somniorum interpretatione. — 1557. Hacaïc fadhl Allah el-malúf, vera natura gratiae divinae consuetae secundum ordinem literarum patefacta, auctore Sheikh *Shems-ed-din Abu'lhasan Mohammed Bekri Misri.* Tractatus est sex foliorum, quae anno 919 (inc. 9. Mart. 1513) conscripsit, ibique dicta Sheikhorum collegit. Incipit ita: Laus Deo scienti sapienti etc. — 1558. Hacaïc el-kashf, veritates manifestationis de logica, auctore *Alá-ed-din Ali Ben Mohammed Báji* Shafiita, anno 631 (inc. 7. Oct. 1233) nato [et anno 711 (inc. 17. Apr. 1311) mortuo]. — 1559. Hacaïc el-loghat, vera natura linguae. — 1560. El-Hacaïc El-Sobbuhiyet, vera natura Dei venerandi et subtilitates sanctissimae. — 1561. El-Hacaïc El-Mohammediyet, vera natura laude dignissima. Tractatus de cognitione Dei excelsi per se existentis ejusque attributis, auctore doctissimo *Sadr-ed-din Mohammed Shirazi,* circa annum 920 (inc. 26. Febr. 1514) mortuo. — 1562. El-Hacaïc fi el-tefsir, subtilitates. Commentarius Corani, auctore Sheikh *Abu Abd-el-rahman Mohammed Ben-elhosein Sollemi Nisaburi,* anno 412 (inc. 17. Apr. 1021) mortuo. Compendium est ad dictionem Suforum compositum, quod ita incipit: Laus Deo mundorum domino primum et postremum etc. Monet ibi, naturalis et exterioris interpretationis asseclas collegisse quidem de variis Corani sensibus, nec tamen ullum in ejus sermone ad sensum sectatorum viae mysticae intelligendo operam posuisse.

ولا يجمعه الّا آيآء متفرّقة نسبت الى ابى العباس بن عطا ذكر انّها عن جعفر بن محمد الصادق وكان قد سمع منهم فى ذلك حروفا فضمّها الى مقالتهم ورتّب على السور القرآنيّة فكان كالتفسير قرأه الثعلبى على مصنّفه لكن المفسّرين من اهل الظواهر تكلّموا فيه على ما هو دأبهم فى امثاله فقال الواحدى زعم انّه صنّف حقائق التفسير فمن كان اعتقد ان ذلك تفسير فقد كفر وطعن ابن الجوزى ايضا ٤٥٦٣ الحقائق فى شرح المنظومة النسفيّة يأتى فى الميم ٤٥٦٤ حقّ الوقت والساعة وجمع الحال والطاعة فى التصوّف ٤٥٦٥ حقّ اليقين فى معرفة ربّ العالمين للشيخ محمود الشبستري صاحب الكلشن وهو رسالة فارسيّة على ثمانية ابواب مشتملة على فوائد وحقائق من علم التصوّف ٤٥٦٦ حقوق اخوة الاسلام للشيخ عبد الوهّاب بن احمد الشعرانى المتوفى سنة ٩٧٦ اوله الحمد لله نحمده ونستعينه الخ ذكر فيه انّ للنبى صلعم على الامّة حقوقا وللمسلمين بعضهم على بعض حقوقا ففى معاشرة الصديق مع الصديق

Persequitur illum nonnisi per versus separatos, quorum delectus et interpretatio *Abu'labbáso Ben Atá* tribuitur, eosque a *Ja'far Ben Mohammed El-Sádic* sumtos esse monet. Audiverat ex ore ejusmodi doctorum de hac interpretatione varia sensus interioris fragmenta, quae cum eorum tractatibus conjunxit totumque ad Suratas Corani disposuit, ut inde quasi commentarius evaderet, quem *Theálibi* coram ipso auctore legit. Attamen exterioris interpretationis coranicae asseclae secundum suam disputant de hac re sentiendi consuetudinem, quam in his similibusque sequuntur, et *Wáhidi:* Opinatur auctor, ait, se veram interpretationis coranicae naturam in componendo persecutum esse. Quodsi hunc librum persuasum habet commentarium Corani esse, in impietatis suspicionem incurrit. Eodem modo *Ibn-eljauzi* in eum invehitur. — 4563. El-Hacáïc, veritates. Commentarius carminis a *Nesefi* compositi, de quo litera *Mím* videatur. — 4564. Hacc el-wact we el-sáat, veritas temporis et horae et conjunctio status mystici et obedientiae. Tractatus de theosophia. — 4565. Hacc el-jeckín, veritas scientiae certissimae de cognitione domini mundorum, auctore Sheikh *Mahmúd Shebisteri*, qui *Gülshen* edidit. Tractatus persicus in octo capita dispositus et doctrinae mysticae praecepta et subtilitates complectens. — 4566. Hocúc ikhwet el-islám, jura fratrum religionis Islamicae, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sharáni*, anno 976 (inc. 26. Jun. 1568) mortuo. Incipit hic ita: Laus Deo quem laudamus et auxilio vocamus etc., et demonstrat, fideles prophetae debere officia praestare, eademque sibi invicem a singulis Muslimis praestanda esse, ita ut in consortio inter amicos, inter doctorem

والشيخ مع المريد والعالم مع المتعلّم والامير مع الرعية والجار مع الجار والضيف مع المضيف والولد مع الوالد والغنى مع الفقير والزوج مع الزوجة والقريب مع الغريب والسيّد مع المملوك والمسلم مع الذمّى ادّى الجزية والصالح مع الطالح والمبتدع حقوق وشرائط وآداب ذكرها كلّها وفيه تأليف آخر قيل هو للغزالى ٤٥٦٧ الحقير النافع فى النحو لابى العلاء احمد بن عبد الله المعرى المتوفى سنة ٤٤٩ وهو خمس كراريس ٤٥٦٨ حقيقة القولين للامام ابى حامد محمد ابن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ولابى المحاسن عبد الواحد بن اسمعيل الرويانى الشافعى المتوفى سنة ٥٠٢ ٤٥٦٩ الحقيقة الوصفيّة فى طريقة الصوفيّة للشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ٤٥٧٠ الحقيقة فى العقيقة

٤٥٧١ علم حكايات الصالحين

قال المولى ابو الخير وهو من فروع علم التواريخ والمحاضرة وقد اعتنى بجمعه طائفة وافردوها

et discipulum studiosum, inter gnarum et discentem, inter principem et subjectos, inter vicinos, inter hospitem et hospitio excipientem, inter filium et patrem, divitem et pauperem, maritum et uxorem, inter propinquum et peregrinum, dominum et servum, Muslimum et clientem Christianum et Judaeum, qui tributum solvit, inter probum et pravum et novarum rerum studiosum officia, conditiones et mores intercedant, quae omnia commemorat. De eadem re opus aliud exstat, quod *Ghazálio* tribuitur. — 4567. El-Hackír El-Náfi', liber vilis, at utilis. Quinque foliorum quiniones de grammatica, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. — 4568. Hackíeat el-caulein, veritas duorum verborum, auctoribus Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo, et *Abu'lmehásin Abd-el-wáhid Ben Ismaíl Ruyáni* Shafiita, anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuo. — 4569. El-Hackíeat El-Wasfíyet, veritas qualificativa de disciplina Theosophorum, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Seríja Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 4570. El-Hackíeat fi el-ackíeat, veritas de pilis foetus bruti aut humani.

4571. Ilm hikáyat el-salihín. Historia sanctorum.

Molla *Abu'lkheir* auctore, haec doctrina pars est historiae politicae et anthologicae. Ejusmodi historias plures viri colligere studuerunt et singularibus scriptis

بالتدوين كصفوة الصفوة وروض الرياحين وغير ذلك ومنفعته اجلّ المنافع واعظمها انتهى

٤٥٧٢ حكايات الصالحين فارسى للشيخ عثمان بن عمر الكهف رتّب على عشرين بابًا في كلّ باب منها عشر حكايات ٤٥٧٣ حكايات شعبة وغيره جمعها ابو القاسم البغوى في فوآئد على بن الجعد ٤٥٧٤ حكم اراضى مكة للامام ابى جعفر احمد بن محمد الطحاوى الحنفى المتوفى سنة ٣٢١ ٤٥٧٥ حكم المضبوط في تحريم عمل قوم لوط للشيخ شمس الدين محمد بن عمر العمرى الواسطى المتوفى سنة ٨٤٦ ٤٥٧٦ الحكم الالهيّة في الكمالات الانسانيّة للشيخ محمد بن مصطفى الاماسى قال في آخر بعض تأليفه ومن اراد ان يطّلع على تفاصيل الحكم الدينيّة فليطّلع رسالتنا المذكورة لانّها رسالة غريبة في الاسئلة العجيبة تركتها مقفولة بلا اجوبة لمن يجد مفتاحها ٤٥٧٧ الحكم الدينيّة والمنازل الصديقيّة للشيخ كمال الدين محمد بن ابى الوفا ابن الموقع الحلبى ٤٥٧٨ الحكم والاناه في اعراب قوله تعالى غير

---

emiserunt, qualia sunt *Safwet el-safwet*, *Raudh el-reyáhin* et alia. Earum utilitas clarissime elucet et amplissima est.

4572. Hikáyát el-sálihín, historiae sanctorum, auctore Sheikh *Othmán Ben Omar El-Kahf.* Opus persicum in viginti capita distributum, quae singula decem historias continent. — 4573. Hikáyát Shoba, historiae *Shobae* aliorumque, quas *Abu'lcásim Beghewi* de facete dictis *Ali Ben-elja'd* collegit. — 4574. Hokm arádhi Mekka, jurisdictio terrarum Mekkae, auctore Imám *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed Taháwi* Hanefita, anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuo. — 4575. El-Hokm El-Madhbút, edictum bene compositum, quod vetat, ne quis rationem agendi gentis *Lút* sequatur, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Omar Omari Wásiti*, anno 846 (inc. 12. Mai. 1442) mortuo. — 4576. El-Hikem El-Alehíyet, statuta divina de perfectis humanae naturae qualitatibus, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mustafa Amási.* Ad finem operis cujusdam haec habet: Qui statuta religionis per singulas partes distincte perspicere studet, tractatum nostrum modo laudatum inspiciat; est enim rarus et mirabilis in quaestionibus singularibus, eumque sine ullo responso obseratum reliqui iis, qui earum clavem reperient. — 4577. El-Hikem El-Díníyet, statuta fidem spectantia et summae veritatis habitacula, auctore Sheikh *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Abi'lwefá Ibn-elmowaccki Halebi.* — 4578. El-Hikem we El-Anáh, statuta et dictio „Tempus illi opportunum," de analysi grammaticali verborum coranicorum „Non exspectantes

ناظرين اليه لتقى الدين على بن عبد الكافى السبكى الشافعى المتوفى سنة ٧٥٦ ٤٥٧٩ الحكم مختصر للشيخ نور الدين على بن حسام الدين المعروف بالمتقى المكى اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ وللشيخ ابى الحسن البكرى المصرى ايضا اوله الحمد لله الذى انطق السن اوليآئه الخ ٤٥٨٠ الحكم والامثال لابى احمد الحسن بن عبد الله العسكرى المتوفى سنة ٣٨٢

٤٥٨١ الحكم العطائية للشيخ تاج الدين ابى الفضل احمد بن محمد بن عبد الكريم المعروف بابن عطآء الله الاسكندرانى الشاذلى المالكى المتوفى بالقاهرة سنة ٧٠٩ اوله من علامة الاعتماد على العمل نقصان الرجآء عند وجود الزلل الخ وهى حكم منثورة على لسان اهل الطريقة ولمّا صنّفها عرضها على شيخه ابى العباس المُرسى فتأمّلها وقال له لقد اتيت يا بنى فى هذه الكراسة بمقاصد الاحيآء وزيادة ولذلك تعشّقها ارباب الذوق لما رقّ لهم من معانيها وراق وبسطوا القول فيها وشرحوها كثيرًا فمن المؤلّفات عليها شرح شهاب الدين احمد بن محمد

tempus illi opportunum," auctore *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki* Shafiita, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 4579. El-Hikem, apophthegmata, auctoribus Sheikh *Núr-ed-dín Ali Ben Hosám-ed-dín Mekki*, vulgo *Mottecki* dicto, cujus compendium orditur a verbis: Laus Deo mundorum domino etc., et Sheikh *Abu'lhasan Bekri Misri*, qui ita incipit: Laus Deo, qui effecit, ut linguae dilectorum suorum loquerentur etc. — 4580. El-Hikem we El-Amthal, apophthegmata et parabolae, auctore *Abu Ahmed El-Hasan Ben Abdallah Askeri*, anno 382 (inc. 9. Mart. 992) mortuo. — 4581. El-Hikem El-Atayet, sententiae Ataiticae, auctore Sheikh *Táj-ed-dín Abu'lfadhl Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-kerím Iskenderáni Shádzili* Malikita, vulgo *Ibn Atáallah* dicto et Cahirae anno 709 (inc. 11. Jun. 1309) mortuo. Incipit opus ita: Signum fiduciae in opere quodam positae defectus spei est, quando errores deteguntur etc., et sententias continet oratione soluta ad dictionem theosophorum expressas. Quas cum composuisset et praeceptori suo *Abu'labbás Mursi* obtulisset, hic eas diligenter inspexit, et: „Certe, o mi filiole, inquit, in hoc fasciculo Dei gratia mirifice conscripto, quaecunque viri illam viam amantes concupiscere possunt et amplius, collegisti." Eam ob caussam voluptatis mysticae studiosi tractatus amore capti sunt, quod argumenta eis afferret eleganter dicta et admirationem efficeret. Fuse de illis disputarunt, easque saepe commentati sunt. Commentarios enim composuerunt *Shehab-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Burnusi*

البرنسى المعروف بزرّوق وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله الذى شرف عباده الخ وذكر فى بعض شروحه انّ الحكم مرتّب بعضه على بعض فكلّ كلمة منه توطئة لما بعدها وشرح لما قبلها وانّه درس الحكم خمسة عشر درسًا وكتب كلّ مرّة شرحًا من ظهر القلب كلّه بعبارة اخرى وقيل انّ للشيخ زروق ثلثة شروح على الحكم لكن الاصحّ ما كتبه نفسه ومنها شرح محمد ابن ابرهيم بن عباد النفزى الرندى الشاذلى اوله الحمد لله المنفرد بالعظمة والجلال الخ وسمّاه غيث المواهب العليّة ومنها شرح على بن محمد النفزى المذكور وهو شرح ممزوج مبسوط سمّاه التنبيه وشرح ابى الطيّب ابرهيم بن محمود الاقصرائى المواهبى الشاذلى الحنفى اوله احمد من انبع من اعين قلوب من اخلص الخ ذكر انّه شرحها بمكة سنة ٩٠٣ وشرح صفى الدين ابى المواهب ذكره تلميذه ابو الطيّب المذكور وقال انّ الشارح الجليل المولى ابن عباد وقع بمحن من التطويل وكذا استاذى صفى الدين ومنها شرح محمد بن ابرهيم المعروف بابن الحنبل الحلبى المتوفى سنة ٩٧١ وشرح الشيخ محمد المدعو بعبد الرؤف

vulgo *Zarrúc* dictus, cujus commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui cultores suos nobilitate donavit etc., et auctor in alio quodam commentario sententias dicit se invicem justo ordine excipere, ut singula verba transitum aptum parent ad sequentia et praecedentia explicent, seque sententias in quindecim lectionibus esse persecutum et omni tempore explicationem memoriter eamque totam aliis verbis dedisse. Plures Sheikho *Zarrúc* tres tribuunt ad opus *Hikem* commentarios, veritati tamen propius accedit, quod ipse scripsit — porro *Mohammed Ben Ibrahim Ben Abbád Nafzi Rendi Shádzili*, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo singulari majestate et gloria unice praedito etc., et *Gheith el-mewáhib el-aliyet* inscriptus est — *Ali Ben Mohammed* eodem nomine *Nafzi* donatus, cujus commentarius amplus textum admixtum habet et *Tenbíh* inscriptus est — *Abu'ltayyib Ibrahím Ben Mahmúd Acseráyi Mewáhibi Shádzili* Hanefita, cujus commentarius ita incipit: Laudo eum, qui e fontibus cordium eorum aquam elicuit, qui sincere eum coluerunt etc. Commentarium se Mekkae anno 903 (inc. 30. Aug. 1497) scripsisse monet — *Safi-ed-dín Abu'lmewáhib*, cujus commentarium *Abu'ltayyib* discipulus ejus modo laudatus commemorat. Commentator, ait, illustris et sanctus *Ibn Abbád* in verbositatis calamitatem incurrit, ut simili modo *Safi-ed-dín* praeceptor meus — *Mohammed Ben Ibrahím Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbal* dictus et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus — Sheikh *Mohammed Monáwi Misri* Shafiita, vulgo

المناوى المصرى الشافعى سمّاه الدرر الجوهريّة وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله الذى اطلع من سمآء الذات الخ

٤٥٨٢ علم الحكمة

وهو علم يبحث فيه عن حقائق الاشيآء على ما هى عليه فى نفس الامر بقدر الطاقة البشريّة وموضوعه الاشيآء الموجودة فى الاعيان والاذهان وعرّفه بعض المحقّقين باحوال الاعيان الموجودات على ما هى عليه فى نفس الامر بقدر الطاقة البشرية فيكون موضوعه الاعيان الموجودة وغايته هى التشرّف بالكمالات فى العاجل والفوز بالسعادة الاخرويّة فى الآجل وتلك الاعيان امّا الافعال والاعمال التى وجودها بقدرتنا واختيارنا او لا فالعلم باحوال الاول من حيث يؤدى الى اصلاح المعاش والمعاد يسمّى حكمة عمليّة والعلم باحوال الثانى يسمّى حكمة نظريّة لانّ المقصود منها ما حصل بالنظر وكلّ منهما ثلثة اقسام امّا العمليّة فلانّها امّا علم بمصالح شخص بانفراده ليتحلّى بالفضآئل ويتخلّى عن الرذآئل ويسمّى تهذيب الاخلاق وقد ذكر فى

*Abd-el-rawûf* dictus, cujus commentarius, *El-Dorer El-Jewheriyet* inscriptus, textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui e coelo essentiae consideravit etc.

4582. Ilm el-hikmet. Sapientiae disciplina.

Haec doctrina de justa rerum natura, quales revera sunt, quaerit, quantum id per hominum facultatem fieri potest. Objectum ejus sunt res in substantiis et mentibus existentes. Alius quidam vir subtilissimus eam dicit esse cognitionem status substantiarum existentium, quales revera sunt, quantum per hominum facultatem id fieri potest. Ita objectum ejus sunt substantiae existentes. Finis ejus cernitur in nobilitate virtutibus perfectis in hac vita comparanda et in felicitate aeterna in altera vita obtinenda. Substantiae illae aut actiones et opera sunt, quorum existentia aut in potestate nostra et libero arbitrio posita est, aut non est. Scientia eorum, quae ad primum genus pertinent, quatenus ad hanc vitam et alteram bene instituendam ducit, *Philosophia practica* appellatur, et scientia eorum, quae ad secundum pertinent, *Philosophia speculativa*, quoniam id, quod spectat, speculando obtinetur. Utrumque genus tres habet species. Practica enim philosophia aut cognitio est occupationum personae separatim spectatae, ut virtutibus se commendet et immunis praestetur a morum pravitate, et haec *Tehdzib el-akhlâc* i. e. morum emendatio nominatur, et supra in

علم الاخلاق واما علم بمصالح جماعة متشاركة في المنزل كالوالد والمولود والمالك والمملوك ويسمى تدبير المنزل وقد سبق في التاء واما علم بمصالح جماعة متشاركة في المدينة ويسمى السياسة المدنية وسيأتي في السين واما النظرية فلانها اما علم باحوال ما لا يفتقر في الوجود الخارجي والتعقل الى المادة كالاله وهو العلم الالهي وقد سبق في الالف واما علم باحوال ما يفتقر اليها في الوجود الخارجي دون التعقل كالكرة وهو العلم الاوسط ويسمى بالرياضي والتعليمي وسيأتي في الراء واما علم باحوال ما يفتقر اليها في الوجود الخارجي والتعقل كالانسان وهو العلم الادنى ويسمى بالطبيعي وسيأتي في الطاء وجعل بعضهم ما لا يفتقر الى المادة اصلا قسمين فلا يقارنها مطلقا كالاله والعقول وما يقارنها لكن على وجه الافتقار كالوحدة والكثرة وسائر الامور العامة فسمى العلم باحوال الاول الهيا والعلم باحوال الثاني علما كليا وفلسفة اولى واختلفوا في ان المنطق من الحكمة ام لا فمن فسرها بما يخرج به

doctrina morum commemorata est — aut doctrina status societatis in domicilio consortium habentis, ut patris et filii, domini et servi, et haec scientiae pars administratio domus (*Tedbír el-menzil*) dicitur, de eaque supra in litera *Tá* disputatum est — aut doctrina status societatis majoris in eadem urbe mutuum consortium habentis, quae doctrina moderatio urbana (*El-Siyáset El-Medeníyet*) dicitur et in litera *Sin* tractabitur.

Philosophia speculativa pariter triplex est, aut doctrina eorum, quae ad ea pertinent, quibus materia in existentia sensibus exterioribus percipienda et intellectu non opus est, qualis est caussa intercedens. Haec doctrina *Ilm Alehi* i. e. doctrina de rebus divinis dicitur, et supra in litera *Elif* tractata est — aut doctrina eorum, quae ad ea pertinent, quibus in existentia sensibus exterioribus percipienda opus est exclusa illa intelligentia, qualis est sphaera, et haec doctrina media est et *Riyádhi* et *Ta'límí* i. e. mathematica dicitur, et in litera *Rá* tractabitur — aut doctrina eorum, quae ad ea pertinent, quibus in existentia sensibus exterioribus percipienda opus est et in intelligentia illa, cujus generis est homo. Haec doctrina omnium vilissima est et *Tabíi* i. e. physica appellatur, ut in litera *Tá* describetur. — Nonnulli primam ejus partem ea spectantem, quibus materia non opus est, duplicem esse voluerunt, ut aut ea comprehendat, quae cum materia omnino non conjuncta sunt, ut caussa media et intellectus, aut quae cum ea invicem conjuncta sunt, sed admissa quadam circumscriptione, cujus generis sunt unitas et pluralitas, et ceterae res communes. Doctrina ea spectans, quae ad priorem partem pertinent. Theologia

النفس الى كمالها الممكن فى جانبى العلم والعمل جعله منها بل جعل العمل احد منها. وكذا من ترك الاعيان من تعريفها جعله من اقسام الحكمة النظرية اذ لا يبحث فيه الّا عن المعقولات الثابتة التى ليس وجودها بقدرتنا واختيارنا وامّا من فسّرها باحوال الاعيان الموجودة وهو المشهور بينهم لم يعدّه منها لانّ موضوعه ليس من اعيان الموجودات والامور العامّة ليست بموضوعات بل محمولات تثبت للاعيان فيدخل فى التعريف ومن الناس من جعل الحكمة اسمًا لاستكمال النفس الانسانيّة فى قوّتها النظريّة اى خروجها من القوة الى الفعل فى الادراكات التصوّريّة والتصديقيّة بحسب الطاقة البشريّة ومنهم من جعلها اسمًا لاستكمال القوّة النظريّة بالادراكات المذكورة واستكمال القوّة العمليّة باكتساب الملكة التامّة على الافعال الفاضلة المتوسّطة بين طرفى الافراط والتفريط وكلام الشيخ فى عيون الحكمة مشعر بالقول الاول وهو انّه جعل

seu doctrina de rebus divinis, et doctrina ea spectans, quae ad posteriorem partem pertinent, doctrina universalis dicitur et philosophia prima. — Variam sententiam secuti sunt in quaestione, utrum logica ad philosophiam pertineat nec ne. Qui illam definiunt per eam rem, qua anima ad perfectionem evehitur possibilem, quam et theoretice et practice obtinere queat, eam philosophiae partem esse voluerunt, at illi praxin quoque ejus partem fecerunt. Eodem modo ii, qui substantias in ejus definitionem admiserunt, partem philosophiae speculativae eam fecerunt, cum ibi nonnisi de rebus probatis ratione percipiendis quaeratur, quarum existentia in nostra potestate et libero arbitrio non sita est. Qui philosophiam per cognitionem eorum explicant, quae ad substantias existentes pertinent, quae definitio maxime apud eos usu recepta, logicam non ad philosophiam referunt, cum ejus objectum minime ad substantias rerum existentium pertineat et res generales non in objectis numerentur, sed attributa sint, quae in substantias cadant, ita ut logica definitioni philosophiae inhaereat. — Sunt qui philosophiam nomen esse dixerunt desiderii, animam humanam in facultate sua speculativa perfectam reddendi i. e. transmutanda ejus vi facultativa in activam, quatenus haec perceptiones imaginatione effictas et veritatem monstrantes spectat, quoad id per vim humanam fieri potest. Alii idem philosophiae nomen studio tribuerunt, facultatem speculativam perceptionibus modo dictis perfectam reddendi, et studium facultatem practicam consummandi acquirenda virtute perfecta egregie agendi, ita ut semper medium teneamus inter terminos et studii et negligentiae modum excedentis. Quae Sheikh *Ibn Sina* in opere *Oyun el-hikmet* disserit, primam illam

الحكمة انّما للحالات المعتبرة فى القوّة النظريّة فقط وذلك لانّه فسّر الحكمة باستكمال النفس الانسانيّة بالتصوّرات والتصديقات سوآء كانت فى الاشيآء النظريّة او فى الاشيآء العمليّة فهى مفسّرة عنده باكتساب هذه الادراكات وامّا اكتساب الملكة التامّة على الافعال الفاضلة فما جعلها جزءًا منها بل جعلها غاية للحكمة العمليّة وامّا حكمة الاشراق فهى من العلوم الفلسفيّة بمنزلة التصوّف من العلوم الاسلاميّة كما انّ الحكمة الطبيعيّة والالهيّة منها بمنزلة الكلام منها وبيان ذلك انّ السعادة العظمى والمرتبة العليا للنفس الناطقة هى معرفة الصانع بما له من صفات الكمال والتنزّه عن النقصان وبما صدر عنه من الآثار والافعال فى النشأة الاولى والآخرة وبالجملة معرفة المبدأ والمعاد والطريق الى هذه المعرفة من وجهين احدهما طريقة اهل النظر والاستدلال وثانيهما طريقة اهل الرياضة والمجاهدات والسالكون للطريقة الاولى ان التزموا ملّة من ملل الانبيآء فهم المتكلّمون والّا فهم الحكمآء المشّاؤن والسالكون الى الطريقة الثانية

---

definitionem indicant; philosophiam enim nomen esse vult virtutum in sola facultate speculativa insignium. Jam philosophiam per studium definit, animam humanam rebus imaginatione conceptis et argumentis veritatem probantibus perficiendi, sive haec ad res speculativas sive ad practicas pertineant, ita ut philosophia ad ejus definitionem in his comprehensionibus acquirendis consistat. Facultatis perfectae comparationem vim suam in facta praestantia exercentis minime partem philosophiae fecit, sed eam finem philosophiae practicae propositum esse voluit.

Philosophia illuminationis (*Hikmet el-ishrâc*) sive Neo-Platonica inter veteres disciplinas philosophicas eundem locum tenet quem Theosophia inter doctrinas Islami, simili modo, quo philosophia physica et theologica inter illas disciplinas locum tenet, quem theologia dogmatico-scholastica inter has. Ad rem exponendam monemus haec. Felicitas maxima et summus beatitudinis gradus animae ratione praeditae cognitio creatoris est cum omnibus ejus perfectis attributis et immunitate ab omni defectu omnibusque ejus monumentis et factis praeclaris, quae eum in prima et altera creatione auctorem habent, et ut breviter dicam, cognitio est rerum ad hanc et alteram vitam pertinentium. Haec cognitio duplici ratione comparatur: prior est illa, quam speculationis et argumentationis asseclae sequuntur: posterior ea, quam abstinentiae et certaminum studiosi tenent, quibus se cupiditatesque comprimunt. Qui viam priorem ingrediuntur, si sectam quandam amplexi sunt prophetarum, scholastici, sin minus, philosophi sunt peripatetici. Qui vero secundam viam sequuntur,

ان وافقوا في رياضتهم احكام الشرع فهم الصوفيّة والّا فهم الحكمآء الاشراقيّون فلكلّ طريقة طآئفتان وحاصل الطريقة الاولى الاستكمال بالقوّة النظريّة والترقّي في مراتبها الاربعة اعني مرتبة العقل الهيولانيّ والعقل بالفعل والعقل بالملكة والعقل المستفاد والاخيرة هي الغاية القصوى لكونها عبارة عن مشاهدة النظريّات التي ادركتها النفس بحيث لا تغيب عنها شيء ولهذا قيل لا يوجد المستفاد لاحد في هذه الدار بل في دار القرار اللّهم الّا لبعض المجرّدين عن علآئق البدن والمنخرطين في سلك المجرّدات وحاصل الطريقة الثانية الاستكمال بالقوّة العمليّة والترقّي في درجاتها التي اولها تهذيب الظاهر باستعمال الشرآئع والنواميس الالهيّة وثانيها تهذيب الباطن عن الاخلاق الذميمة وثالثها تحلّي النفس بالصور القدسيّة الخالصة عن شوآئب الشكوك والاوهام ورابعها ملاحظة جمال الله تعالى وجلاله وقصر النظر على كماله والدرجة الثالثة من هذه القوّة وان شاركتها المرتبة الرابعة من القوّة النظريّة في انّها تفيض على النفس

si in vita ascetica cum legis statutis consentiunt, theosophi, sin minus, philosophi sunt illuminati (Academici sive Platonici). Utrique igitur viae duo sunt genera sectatorum. Fructus alterius viae studium est se facultate speculativa perfectum reddendi et ad hujus quatuor gradus adscendendi, qui sunt intellectus materialis, intellectus agens (καθ' ἐνέργειαν), intellectus recipiens et intellectus bene edoctus. Hic ultimus gradus finis extremus est: exprimit enim rerum sub speculationem cadentium intuitum, quas anima percipit, quatenus nulla res ei invisibilis est. Hanc ob caussam neminem in hoc terrestri domicilio intellectu perfecte edocto praeditum inveniri statuunt, sed in aeterno illo et stabili domicilio tantum, nisi qui omnes plane corporis affectus deposuerit et se quasi in viam rerum abstractarum immiserit. — Fructus secundae viae studium est pleniorem sibi facultatis practicae usum pariendi et in ejus gradibus se evehendi, quorum primus est exterioris consuetudinis emendatio observandis legibus et praeceptis divinis. Secundus ejus gradus est perpolitio et liberatio interioris sensus a moribus vituperationi obnoxiis. Tertius gradus animae exornatio est imaginibus sanctis a sordibus dubitationis et errorum liberis. Quartus denique gradus intuitio est majestatis ac magnitudinis divinae, et contemplatio in sola Dei perfectione versans. — Tertii hujus facultatis gradus quanquam quartus facultatis speculativae gradus particeps est in eo, quod ex se cognitionum imagines ope contuitus praesentis effundit, ut in intellectu disciplina perfecto, attamen duplici modo a se invicem differunt: primum enim fructus ex intellectu bene edocto captus

فيه صور المعلومات على سبيل المشاهدة كما في العقل المستفاد الّا انّها تفارقها من وجهين احدهما انّ الحاصل في المستفاد لا يخلو عن الشبهات الوهميّة لانّ الوهم له استيلاء في طريق المباحثة بخلاف تلك الصور القدسيّة فانّ القوى الحسّيّة قد سخرت عند ذلك للقوّة العقليّة فلا تنازعها فيما تحكم به وثانيهما انّ الفائض على النفس في الدرجة الثالثة قد تكون صورًا كثيرة استعدّت النفس بصفائها عن الكدورات وصقالتها عن اوساخ التعلّقات لانّ تفيض تلك الصور عليها كمرآة صقلت وحوذى بها ما فيه صور كثيرة فانّه تتراءى فيها ما يتّسع هى من تلك الصور والفائض عليها في العقل المستفاد هو العلوم التى تناسب تلك المبادى التى رتّبت معه لتتأدّى الى مجهول كمرآة صقل شىء يسير منها فلا يرتسم فيها الّا شىء قليل من الاشياء المحاذية لها قال ابن خلدون في المقدّمة وامّا العلوم العقليّة التى هى طبيعيّة للانسان من حيث انّه ذو فكر فهى غير مختصّة بملّة بل يوجد النظر فيها لاهل الملل كلّهم ويستوون في مداركها ومباحثها وهى موجودة في النوع الانسانيّ مذ كان عمران الخليقة وتسمّى

---

non liber est a dubiis e falsa opinione proficiscentibus: imaginandi enim vis imperium in rationem inquisitionis exercet, qua in re imagines illae sanctae adversantur: facultas certe intellectualis hic interdum se regi patitur a facultatibus sensualibus, ita ut illa certamen non ineat cum his in iis rebus, quas hae edicunt. Secundo loco id quod super animam in tertio gradu effusum est, interdum sunt plures imagines, quas anima per suam ab impuritatibus immunitatem et alienarum affectionum sordium vacationem effingit. Effusio enim harum imaginum super animam similis est speculo perpolito, cui multarum imaginum materia e regione obversatur: in speculo enim apparet, quantum harum imaginum continere potest, et quae super eam in intellectu disciplina perfecto emanant, doctrinae sunt his principiis analogae, quae simul secundum ordinem disponuntur, ut ad rem adhuc incognitam perveniatur, speculi instar, cujus parva tantum pars polita est, ut nonnisi paucae res ex ejus regione obversantes exprimantur.

Apud *Ibn Khaldún* in Prolegomenis haec leguntur. „Disciplinae rationales, in quas homo naturali impetu inclinat, quatenus facultate cogitandi praeditus est, minime cuidam sectae prae ceteris peculiares sunt, at potius omnium disciplinarum asseclae earum studio dediti inveniuntur, seque totos in earum mysteria et quaestiones abdiderunt. Inveniuntur igitur in genere humano disciplinae illae ab eo inde tempore, quo homines societate conjuncti terram incoluerunt. — Nominantur autem illae disciplinae

هذه العلوم علوم الفلسفة والحكمة وهي سبعة المنطق وهو المقدّم وبعده التعاليم فالارثماطيقي اولا ثمّ الهندسة ثمّ الهيئة ثمّ الموسيقى ثمّ الطبيعيّات ثمّ الالهيّات ولكلّ واحد منها فروع تتفرّع عنه واعلم انّ اكثر من عني بها في الاجيال الامّتان العظيمتان فارس والروم فكانت اسواق العلوم نافقة لديهم كما نقل لما كان العمران موفورًا فيهم والدولة والسلطان قبل الاسلام لهم وكان للكلدانيّين ومن قبلهم من السريانيّين والقبط عناية بالسحر والنجامة وما يتبعها من التأثيرات والطلسمات واخذ عنهم الامم من فارس ويونان ثمّ تتابعت الملل بحظر ذلك وتحريمه فدرست علومه الّا بقايا تناقلها المنتحلون وامّا الفرس فكان شأن هذه العلوم العقليّة عندهم عظيمًا وقد يقال انّ هذه العلوم انّما وصلت الى يونان منهم حين قتل الاسكندر دارا وغلب على مملكته واستولى على كتبهم وعلومهم الّا انّ المسلمين لمّا افتتحوا بلاد فارس واصابوا من كتبهم كتب سعد بن ابي وقّاص الى عمر بن الخطّاب يستأذن في شأنها وتنقيلها للمسلمين

graece) doctrinae philosophiae (*Olum el-filsafa*) et arabice) sapientiae (*Olúm el-hikmet*, et septem sunt numero — *Logica*, quae quasi aditum ad ceteras aperit — post hanc disciplinae mathematicae, qualis est primum arithmetica, tum geometria — astronomia — musica — disciplinae physicae — disciplinae de rebus divinis — quibus singulis doctrinae subjectae sunt, quae ex iis derivantur. Scias etiam, qui eas praecipue sibi curae habuerunt inter nationes, populos fuisse illos magnos Persarum et Graeco-Romanorum, apud quos omnia cognitionum genera abunde colebantur, cum societas, qua cives secum conjuncti erant, integra et perfecta, et imperium et summa potestas ante Islamum iis esset. Chaldaei et qui ex Syris et Coptis ante eos vivebant, ad magiae et astrologiae studium se contulerunt, et virium, quas sidera in hominum fata exercent, talismatumque, quae cum illis conjuncta sunt. Hos populos Persae et Graeci praeceptores habuerunt, quos ceterae nationes deinceps secutae sunt, quanquam studium illud impeditum et prohibitum esset. Deinde rerum harum doctrinae exstinctae sunt praeter nonnullas reliquias, quas, qui eas profitebantur, sibi invicem tradiderunt. Apud Persas quoque illae disciplinae rationales magni aestimatae erant, et eas nonnisi ab illis ad Graecos eo tempore transiisse memoriae traditum est, quo Alexander M. Darii devicti regno potitus sit, et Persarum libros doctrinasque in suam potestatem redegerit. Cum vero Moslimi Persarum terras expugnarent et libros invenirent, *Sa'd Ben Abi Waccás Omaro Ben-elkhattáb* scripsit rogaturus, quid his faceret et si eos Moslimis tradere permitteret. *Omar*: Conjicite eos in

فكتب اليه عمر رضى الله عنه ان اطرحوها فى الماء فان يكن ما فيها هدى فقد هدانا الله باهدى منه وان يكن ضلالا فقد كفانا الله فطرحوها فى الماء او فى النار وذهبت علوم الفرس فيها واما الروم فكانت الدولة فيهم ليونان اولا وكان لهذه العلوم شأن عظيم وحملها مشاهير من رجالهم مثل اساطين الحكمة واختص فيها المشاؤون منهم اصحاب الرواق واتصل سند تعليمهم على ما يزعمون من لدن لقمان الحكيم فى تلميذه الى سقراط ثم الى تلميذه افلاطون ثم الى تلميذه ارسطو ثم الى تلميذه الاسكندر الافروديسى وكان ارسطو ارسخهم فى هذه العلوم ولذلك يسمى المعلم الاول ولما انقرض امر اليونانيين وصار الامر للقياصرة وتنصروا هجروا تلك العلوم كما يقتضيه الملل والشرائع وبقيت من صحفها ودواوينها مخلدة فى خزائنهم ثم جاء الاسلام وظهر اهله عليهم وكان ابتداء امرهم بالغفلة عن الصنائع حتى اذا تبحبح السلطان والدولة واخذوا من الحضارة تشوقوا الى الاطلاع على هذه العلوم الحكمية بما سمعوا من الاساقفة وبما تسموا اليه افكار الانسان فيها فبعث ابو جعفر المنصور الى ملك

aquam, inquit. Si, quae continent, veram religionis viam indicant, Deus nobis monstravit viam melius ducentem, sin errorem, Deus nos tutos praestet. Itaque conjecerunt eos in aquam sive in ignem, ubi doctrinae Persarum perierunt. — Graeco-Romani primum Graecorum imperio subjecti erant, et illae literae honore magno ibi colebantur easque viri clarissimi columinum philosophiae instar sustinebant. Prae ceteris autem Peripatetici peculiare studium ad eas contulerunt et inter hos Stoici, eorumque eruditionis auctoritas a *Locman* Sapiente per hujus discipulum ad *Socratem* transiit, tum ad *Platonem* discipulum et per hunc ad *Aristotelem* discipulum et denique ad *Alexandrum Aphrodisiaeum*: sed *Aristoteles* has disciplinas prae ceteris penitus perceperat, quapropter *primus doctor* appellatus est. Graecorum res cum postea ad finem vergerent, et Caesares imperio potiti et religionem Christianam amplexi essent, illas disciplinas reliquerunt, prout religionis novae praecepta et leges postulabant, et multa earum volumina codicesque in illorum bibliothecis bene conservata remanebant. Tum *Islám* apparuit, cujus asseclae Caesaribus victis ab imperii initio artes valde neglexerunt, donec, cum Sultani et principes liberius respirarent et in domiciliis firmis habitare coepissent, desiderio illas disciplinas philosophicas altius cognoscendi afficiebantur, ratione eorum habita, quae ab episcopis audiverant, et ad quae homines de iis cogitantes se ipsi efferunt. Itaque *Abu Ja'far*

الروم ان يبعث اليه بكتب التعاليم مترجمة فبعث اليه بكتاب اقليدس وبعض كتب الطبيعيّات فقرأها المسلمون واطّلعوا على ما فيها وازدادوا حرصًا على الظفر بما بقى منها وجآء المأمون من بعد ذلك وكانت له فى العلم رغبة فاوفد الرسل الى ملك الروم فى استخراج علوم اليونانيّين وانتساخها بالخطّ العربى وبعث المترجمين لذلك فاوعى منه واستوعب وعكف عليها النظّار من اهل الاسلام وحذقوا فى فنونها وانتهت الى الغاية انظارهم فيها وخالفوا كثيرًا من آرآء المعلّم الاول واختصّوه بالردّ والقبول ودوّنوا فى ذلك الدواوين وكان من اكابرهم فى الملّة ابو نصر الفارابى وابو على ابن سينا بالمشرق والقاضى ابو الوليد ابن رشد والوزير ابو بكر ابن الصائغ بالاندلس بلغوا الغاية فى هذه العلوم واقتصر كثير على انتحال التعاليم وما ينضاف اليها من علوم النجامة والسحر والطلسمات ووقفت الشهرة على مسلمة بن احمد المجريطى من اهل الاندلس ثمّ انّ المغرب والاندلس لما ركدت ريح العمران بهما وتناقصت العلوم بتناقصه

*Mansúr* Khalifa ad Byzantinorum imperatorem legatos misit, qui peterent, ut sibi libros mathematicos mitteret arabice traditos. Quo facto librum Euclidis ei misit et nonnulla scripta physica, quae Moslimi legerunt attente ea, quae ibi dicta essent, inspicientes. Desiderium inde illis crevit, omnes libros adhuc conservatos sibi comparandi. Tum *Mamún* Khalifa factus est, qui magno studio scientiam amplectebatur, ut ad Graecorum imperatorem legatos mitteret de ceteris eorum disciplinis eliciendis, scriptura arabica exarandis et interpretibus in hunc finem allegandis. Inde sibi omnia fere, quae reliqua erant, vindicavit, et studiosi inter Moslimos disciplinis illis assidue operam dederunt earumque partes secundarias perdidicerunt. Itaque studia eorum ad summum fastigium pervenerunt, studiosi a multis doctoris primi sententiis discesserunt eumque vel approbando vel reprobando peculiariter persecuti sunt et de ea re tractatus composuerunt. Inter Mohammedanos subtilissimi harum rerum scrutatores fuerunt *Abu Nasr Farábi* et *Abu Ali Ibn Sina* in Oriente, Cadhi *Abu'lwelíd Ibn Roshd* et Wezir *Abu Bekr Ibn-elsáni'* in Hispania, qui ad summum harum doctrinarum gradum pervenerunt. Plures in disciplinis mathematicis tractandis acquieverunt, et in astrologia, magia et talismatum arte, quae cum illis conjunctae sunt, cujus rei ultimam gloriam *Maslama Ben Ahmed Majeriti* inter Andalusenos consecutus est. Cum postea ventus communis hominum consociationis in Africa et Hispania cessaret et studio ejus languescente disciplinae quoque exstinguerentur, eruditio illa disparuit,

اضمحلّ ذلك منه الّا قليلًا من رسومه ونبلّغنا عن اهل المشرق انّ بضائع هذه العلوم لم تزل عندهم موفورة وخصوصًا في عراق العجم وما ورآء النهر لتوفّر عمرانهم واستحكام الحضارة فيهم وكذلك بلغنا لهذا العهد انّ هذه العلوم الفلسفيّة ببلاد الفرنجة وما يليها من العدوة الشماليّة نافقة الاسواق وانّ رسومها هناك متجدّدة ومجالس تعليمها متعدّدة انتهى خلاصة ما ذكره ابن خلدون اقول وكانت سوق الفلسفة والحكمة نافقة في الروم ايضا بعد الفتح الاسلامي الى اواسط الدولة العثمانيّة وكان شرف الرجل في تلك الاعصار بمقدار تحصيله واحاطته من العلوم العقليّة والنقليّة وكان في عصرهم فحول ممّن جمع بين الحكمة والشريعة كالعلّامة شمس الدين الفنري والفاضل قاضي زاده الرومي والعلّامة خواجه زاده والعلّامة على قوشجي والفاضل ابن المؤيّد وميرم جلبي والعلّامة ابن الكمال والفاضل ابن الحنّائي وهو آخرهم ولمّا حلّ اوان الانحطاط ركدت ريح العلوم وتناقصت بسبب منع بعض المفتين عن تدريس الفلسفة وسوقه الى مدرّس الهداية والاكمل فاندرس العلوم باسرها الّا قليلًا من رسومه فكان

---

paucis reliquiis exceptis. Ab Orientis incolis vero accepimus, harum doctrinarum mercaturam apud eos magnam esse et copiosam non cessisse, maxime in Iraca persica et in terris trans Oxum sitis, cum vita socialis ibi in magno honore esset et hominum in domiciliis stabilibus conciliatio bene et firme constituta. Eadem ratione hoc tempore audimus, disciplinas illas philosophicas in terris Francorum et regionibus ad oram septentrionalem illis proxime adjacentibus studiosissime et frequenter tractari, praecepta illarum ibi renovata et scholas, ubi docentur, numero auctas esse. — Haec summa eorum est, quae *Ibn Khaldún* monuit. — Adjicio haec. Philosophiae et sapientiae studium apud Graeco-Romanos post victorias Mohammedanorum quoque usque ad medium tempus imperii Othomanici prosperrimo floruit successu, et vir illis temporibus se pro ratione honoratum vidit, qua in disciplinis rationalibus et traditionalibus discendis et intelligendis profecerat. Eodem tempore viri praestantissimi inter eos apparuerunt, qui philosophiam et legem conjungebant, ut vir eruditissimus *Shems-ed-dín Fenári*, bene meritus *Cádhi-zádeh Rúmi*, doctissimus *Khojazádeh*, doctissimus *Ali Cushji*, bene meritus *Ibn-elmowayyed* et *Mírem Jelebi*, eruditissimus *Ibn-elkemál* et bene meritus *Ibn-elhinnáyi*, qui eorum ultimus fuit. Appropinquante deinde tempore, quo res in deterius abibant, studiorum ventus cessavit et exstinctus est eam potissimum ob caussam, quod Mufti quidam lectiones philosophicas prohibuerat et ad audiendos excitaverat praeceptores, qui librum *Hidáyet* et scripta ab *Akmal* edita docebant. Itaque doctrinae omnes paucis exceptis vestigiis deletae sunt, et

المولى المذكور سبب لانقراض العلوم من الروم كما قال مولانا الاديب شهاب الدين الخفاجى فى خبايا الزوايا وذلك من جملة امارة انحطاط الدولة كما ذكره ابن خلدون والحكم لله العلى العظيم ونقل النديم فى الفهرس انّه كانت الحكمة فى القديم ممنوعًا منها الّا من كان من اهلها ومن علم انّه يتقبّلها طبعًا وكانت الفلاسفة تنظر فى مواليد من يريد الحكمة والفلسفة فان علمت منه انّ لصاحب المولد فى مولده حصول ذلك استخدموه وناولوه الحكمة والّا فلا فكانت الفلسفة ظاهرة فى اليونانيّين والروم قبل شريعة المسيح عليه السلام فلمّا تنصّرت الروم منعوا منها واحرقوا بعضها وخزنوا البعض اذ كانت بضدّ الشرائع ثمّ انّ الروم عادت الى مذهب الفلاسفة وكان السبب فى ذلك انّ جوليانوس بن قسطنطين وزر له ثامسطيوس مفسّر كتب ارسطاطاليس ثمّ قتل جوليانوس فى حرب الفرس وعادت النصرانيّة الى حالها وعاد المنع ايضا وكانت الفرس نقلت فى القديم شيئًا من كتب المنطق والطبّ الى اللغة الفارسيّة فنقل ذلك الى العربى عبد الله بن المقفع وغيره وكان خالد بن يزيد بن معاوية يسمّى

Molla ille caussa primaria exstitit, quod doctrinae e Rumaeorum terris expellebantur, ut Molla noster philologus *Shehâb-ed-dîn Khafâji* in *Khabâyâ el-zewayâ* diserte dicit. Eadem res, auctore *Ibn Khaldûn*, una omnium illarum caussarum fuit, quibus imperium in perniciem ferebatur; arbitrium autem est penes Deum excelsum et magnum. *Nedîm* in opere *Fihris* philosophiae studium tradit antiquo tempore recusatum esse nisi ingeniis capacibus et iis, qui se a natura in eam amplectendam inclinatos sensissent; philosophi autem eorum examinabant nativitates, qui ad sapientiam et philosophiam adspirabant, et si studioso horoscopo subjecto illius doctrinae acquisitionem natali suo tempore portendi inde cognoscebant, hunc in philosophiae servitutem addixerunt eique philosophiam propinarunt; sin minus, nihil fecerunt.

Philosophiae studium inter Graecos et Romanos jam ante religionem Messianam originem cepit; Romani autem Christiani facti ab eo avocarunt, et partem librorum in ignem conjecerunt, partem in bibliothecis asservarunt, quod religionis praeceptis repugnabant. Postea Rumaei ad philosophorum disciplinam se revocarunt: Juliano enim Constantini successori Themistius, librorum Aristotelis interpres, Wezirus fuit. Deinde Juliano in bello contra Persas interfecto Christiani ad priorem statum se retulerunt, et philosophiae studium denuo est impeditum. Persae quoque tempore antiquo librorum logicorum et medicorum partem in linguam persicam transtulerunt, unde eos *Abdallah Ben-elmocaffa* aliique arabice verterunt. *Khâlid Ben Yezîd Ben*

حكيم آل مروان فاضلا في نفسه له همة ومحبة للعلوم خطر بباله الصنعة فأحضر جماعة من الفلاسفة فأمرهم بنقل الكتب في الصنعة من اليوناني الى العربي وهذا اول نقل كان في الاسلام ثم ان المأمون رأى في منامه رجلا حسن الشمائل فقال من انت فقال انا ارسطاطاليس فسأل عن الحسن فقال ما حسن في العقل قال ثم ما ذا قال ما حسن في الشرع فكان هذا المنام من اوكد الاسباب في اخراج الكتب وكان بينه وبين ملك الروم مراسلات وقد استظهر عليه المأمون فكتب اليه يسأله انفاذ ما يختار من الكتب القديمة المخزونة بالروم فأجاب الى ذلك بعد امتناع فاخرج المأمون لذلك جماعة منهم الحجاج بن مطر وابن البطريق وسلما صاحب بيت الحكمة فأخذوا ما اختاروا وحملوه اليه فأمرهم بنقله فنقل وكان يوحنا ابن ماسويه ممن ينفذ الى الروم وكان محمد واحمد والحسن بنو شاكر المنجم ممن عني باخراج الكتب وكان قسطا بن لوقا البعلبكي قد حمل معه شيئا فنقل له واول من

*Moawiya* philosophus Merwanidarum appellabatur, qui ipse doctrina excellens et literis studio et amore addictus fuit. Aliquando cogitatio magnae artis (Alchymiae) eum subiit; itaque plures philosophos sibi adesse et hos e graeco sermone in arabicum libros de lapide sapientum transferre jussit, quae opera prima exstitere Islami tempore versa. Postea *Mamún* per somnium virum vidit praestantissima indole praeditum. Quinam esset? interroganti: Aristotelem se esse, hic respondit. *Mamúno* de eo, quod pulchrum esset, roganti: In intellectu nihil pulchri esse, responsum is dedit. Ille: Quidnam porro? Nec legi pulchri quidquam inesse hic edixit. Somnium hoc primaria et efficacissima caussa fuit librorum eliciendorum, quapropter mutuum epistolarum commercium inter Khalifam et imperatorem Byzantium instituebatur, quem *Mamún* bello superaverat. Scripsit igitur petiturus, ut sibi, quidquid scriptorum veterum eligebat in Graecorum imperio asservatorum, transmitteret. Khalifae quae petierat primum denegans postea concessit: *Mamún* autem rem pluribus viris doctis gerendam tradidit, ut *Hejjájo Ben Matar*, *Ibn Bitric* et *Selma* domus sapientiae hero, qui quae bona elegerant, sumserunt *Mamún*oque obtulerunt. Hic ea verti jussit, et vertebantur. *Johanna Ben Masuyeh* inter eos fuit, qui ad Rumaeos mittebantur, et *Mohammed* et *Ahmed* et *Hasan Shákir*i astronomi filii e ceteris fuerunt, qui librorum inveniendorum procurationem habebant. Eodem modo *Costa Ben Luca Baalbeki* nonnulla secum attulerat, quae *Mamúno* vertit. Primi

تكلّم في الفلسفة على زعم فرفوريوس الصورى في تأريخه السريانى سبعة واولهم ثاليس وقال آخرون فوثاغورس وهو اوّل من سمّى الفلسفة بهذا الاسم وله رسائل تعرف بالذهبيّات لانّ جالينوس كان يكتبها بالذهب ثمّ تكلّم على الفلسفة سقراط من مدينة آثينه بلد الحكمة ومن اصحاب سقراط افلاطون كان من اشراف يونان وكان في قديم امره يميل الى الشعر فأخذ منه بحظّ عظيم ثمّ حضر مجلس سقراط فرآه يثلب الشعر فتركه ثمّ انتقل الى فيثاغورس في الاشيآء المعقولة وعنه اخذ ارسطاطاليس والف كتابا وترتيب كتبه هكذا المنطقيّات الطبيعيّات الالهيّات الخلقيّات امّا المنطقيّات فهى ثمانية كتب قاطيغورياس معناه المقالات نقله حنين وفسّره فرفوريوس والفارابى باريمينياس معناه العبارة نقل حنين الى السريانى واسحق الى العربى وفسّره الفارابى انالوطيقا معناه تحليل القياس نقله ثيودورس الى العربى وفسّره الكندى ابودقطيقا ومعناه البرهان نقله اسحق الى السريانى ونقل متى نقل اسحق الى العربى وشرحه الفارابى طوبيقا ومعناه الجدل نقله اسحق الى السريانى ونقل يحيى هذا النقل الى

vero, qui ad mentem Porphyrii Tyrii in historia Syriaca de philosophia disseruerunt, septem sunt numero, quorum primus *Thales* exstitit, sive, ut alii dicunt, Pythagoras. Hic saltem philosophiam primus hoc suo nomine appellavit, et tractatus scripsit aureorum titulo claros: etenim Galenus auro eos exarabat. Tum Socrates Athenis oriundus, quae sedes erat philosophiae primaria, philosophatus est, et inter Socratis discipulos Plato, Graecorum illustrissimorum unus, qui a primo quidem aetatis tempore in poësin inclinaverat, ut magnam ejus partem sibi comparasset. Hic Socratis lectionibus adesse coepit. Quem cum poesin conviciis consectari videret, eam reliquit et ad Pythagorae scholam se vertit in rebus intellectualibus. Illum Aristoteles praeceptorem habuit, multorum librorum auctor, qui ordine se ita excipiunt, ut logicos, physicos et theologicos ethici sequantur. Ad scripta logica referuntur octo: *Categoriae*, quae vox praedicamenta significat. Hoc opus *Honein* vertit et *Porphyrius* et *Fárábi* explicuerunt — *Barierminás* (περὶ ἑρμηνείας), quae vox interpretationem significat. Hoc opus *Honein* syriace et *Is'hac* arabice vertit: *Fárábi* autem ejus explicationem scripsit — *Analutica* (Analytica priora, libri resolutorii), quae vox solutionem syllogismi significat. Hunc tractatum Theodorus arabice vertit et *Kindi* explicuit — *Apodictica*, quae vox argumentum indicat. Opus *Is'hac* syriace vertit, et hujus translationem *Matta* arabice reddidit et *Fárabi* commentatus est — *Topica* i. e. dialectica (disquisitio), quae *Is'hac* syriace reddidit. *Yahya* hanc versionem

العربى وفسّره الفارابى سوفسطيقا ومعناه المغالطة والحكمة المموّهة نقله ابن ناعمة الى السريانى ونقل يحيى بن عدى الى العربى من السريانى وفسّره الكندى ريطوريقا معناه الخطابة قيل انّ اسحق نقله الى العربى وفسّره الفارابى انوطيقا معناه الشعر نقله متى من السريانى الى العربى وقد ذكرنا هذه الالفاظ فى مواضعها مع زيادة تفصيل وامّا الطبيعيّات والالهيّات ففيها كتب السماع الطبيعى بتفسير الاسكندر فهو ثمان مقالات ووجد تفسير مقالة مقالة لجماعة وكتاب السمآء والعالم وهو اربع مقالات نقل متى وشرح الافروديسى وكتاب الكون والفساد نقله حنين الى السريانى واسحق الى العربى وكتاب الاخلاق فسّره فرفوريوس اسمآء النقلة اصطفن القديم نقل لخالد بن يزيد كتب الصنعة وغيرها والبطريق كان فى ايّام المنصور ونقل اشيآء بامره وابنه يحيى والحجّاج بن مطر وهو الذى نقل المجسطى واقليدس للمأمون وابن ناعمة عبد المسيح الحمصى وسلام الابرش من النقلة القدمآء فى ايّام البرامكة وحسين بن بتريق فسّر للمأمون عدّة كتب وهلال بن ابى هلال الحمصى وابن آوى وابو نوح بن الصلت وابن رابطة

---

arabicam fecit, *Fárábi* autem exposuit — *Sophistica* i. e. fraudes sive captiones sophisticae et philosophia captiosa. Haec sophismata *Ibn Náïma* syriace tradidit, *Yahya Ben Adi* e syriaco arabice dedit et *Kindi* explicuit — *Rhetorica* i. e. artis rhetoricae libri III, quos *Is'hac* arabice tradidisse dicitur et *Fárábi* exposuit — *Anutica* i. e. liber de arte poetica, quem *Matta* e syriaco sermone in arabicum transtulit. Hos titulos omnes locis suis commemoravimus, addita fusiore partium singularum descriptione. — Ad scripta physica et theologica pertinent liber de auditu naturali cum interpretatione Alexandri, qui octo dissertationibus constat, in quas singulas interpretationes a pluribus viris editae sunt — liber de coelo et mundo, quatuor partibus constans, quem *Matta* vertit et *Aphrodisiaeus* explicuit — liber de generatione et corruptione, quem *Honein* syriace, *Is'hac* arabice vertit — Ethicorum liber, quem Porphyrius explicuit. — Nomina interpretum haec sunt: *Stephanus* senior, qui *Chálido Ben Yezíd* libros de lapide sapientum et alia transtulit — *Bitríc*, qui tempore *Mansúri* vixit, et ejus jussu plura vertit — *Yahya* ejus filius — *Hejjáj Ben Matar*, qui Almagestum et Euclidem *Mamúno* transtulit — *Ibn Náïma Abd-el-mesíh* Emessenus — *Sellám El-Ebresh* ex interpretibus veteribus tempore Barmekidarum — *Hosein Ben Behríc*, qui *Mamúno* plures libros exposuit — *Hilál Ben Abi Hilál* Emessenus — *Ibn Auwa* — *Abu Nuh Ben-elsalt* — *Ibn Rábita* —

وعيسى بن نوح وقسطا بن لوقا البعلبكي جيد النقل وحنين واسحق وثابت وابرهيم بن الصلت ويحيى بن عدي وابن المقفع نقل من الفارسيّة الى العربيّة وكذا موسى ويوسف ابنا خالد والحسن بن سهل والبلاذري ومنكه الهندي نقل من الهنديّة الى العربيّة وابن وحشية نقل من النبطيّة الى العربيّة وذكر الشهرستاني في الملل والنحل انّ فلاسفة الاسلام الذين فسّروا ونقلوا كتبه من اليونانيّة الى العربيّة واكثرهم على رأى ارسطو منهم حنين وابو الفرج وابو سليمان السجزي ويحيى النحوي ويعقوب بن اسحق الكندي وابو سليمان محمد ابن بكير المقدسي وثابت بن قرّة الحرّاني وابو تمام يوسف بن محمد النيسابوري وابو زيد احمد بن سهل البلخي وابو الحارث حسن بن سهل القمي وابو حامد احمد بن محمد الاسفرآئني وابو زكريّا يحيى الصيمري وابو نصر الفارابي وطلحة النسفي وابو الحسن العامري وابن سينا وفي حاشية المطالع لمولانا لطفي ان المأمون جمع مترجمي مملكته كحنين بن اسحق وثابت بن قرّة وترجموا بتراجم متخالفة مخلوطة غير ملخّصة ومحرّرة لا يوافق ترجمة احدهم للآخر فبقى تلك التراجم هكذا غير محرّرة بل اشرف ان عفت رسومها الى زمن

*Isa Ben Nuh* — *Costa Ben Luca Baalbeki*, qui egregie transtulit — *Honein* — *Is'hac* — *Thábit* — *Ibrahím Ben-elsalt* — *Yahya Ben Adi* — *Ibn el-mocaffa'*, qui e persica lingua in arabicam vertit, itemque *Musa* et *Yusuf*, *Khálid*i filii — *Hasan Ben Sahl* — *Beládzori* — *Menkeh El Hindi*, qui e lingua indica in arabicam transtulit — *Ibn Wahshíye*, qui e dialecto Nabataea in arabicam transtulit. — *Shahrestáni* in opere *El-Milel we El-Nihel:* Philosophi Mohammedani, inquit, qui libros commentati sunt et e graeco sermone in arabicum verterunt, maximam partem Aristotelis scholam sequuntur, ut *Honein*, *Abu'lfaraj*, *Abu Soleiman Sejzi*, *Yahya* Grammaticus, *Yacub Ben Is'hac Kindi*, *Abu Soleiman Mohammed Ben Bekír Mocaddesi*, *Thábit Ben Corra Harráni*, *Abu Temmam Yusuf Ben Mohammed Nisabúri*, *Abu Zeid Ahmed Ben Sahl Balkhi*, *Abu'lhárith Hasan Ben Sahl Commi*, *Abu Hámid Ahmed Ben Mohammed Isferáïni*, *Abu Zakariya Yahya Seimori*, *Abu Nasr Fárabi*, *Telha Nesefi*, *Abu'lhasan Amiri*, *Ibn Sina*. — In glossis ad opus *Metáli'* a Molla nostro *Lutfi* editis narratur hoc. *Mamun* regni interpretes convocavit, ut *Honein Ben Is'hac* et *Thábit Ben Corra*, at interpretationes, quas reliquerunt, sibi invicem repugnabant, confusae, minime succincte et correcte scriptae erant, nec una earum cum altera congruebant. Hae interpretationes ita comparatae sine ulla emendatione et lima manebant, at jam prope erat, ut earum vestigia omnino eva-

حكيم الفارابي ثمّ انّه التمس منه ملك زمانه منصور بن نوح الساماني ان يجمع تلك التراجم
ويجعل من بينها ترجمة ملخّصة محرّرة مهذّبة مطابقة لما عليه الحكمة فاجاب الفارابي وفعل
كما اراد وسمّى كتابه بالتعليم الثاني فلذلك لقّب بالمعلّم الثاني وكان هذا في خزانة المنصور
الى زمن السلطان مسعود من احفاد منصور كما هو مسوّدًا بخطّ الفارابي غير مخرج الى البياض
اذ الفارابي غير ملتفت الى جمع تصانيفه وكان الغالب عليه السياحة على زيّ القلندريّة وكان
تلك الخزانة باصفهان وتسمّى صوان الحكمة وكان الشيخ ابو علي ابن سينا وزيرًا لمسعود
وتقرّب اليه بسبب الطبّ حتى استوزره وسلّم اليه خزانة الكتب فاخذ الشيخ الحكمة من
هذه الكتب ووجد فيها بينها التعليم الثاني ولخّص منه كتاب الشفآء ثمّ انّ الخزانة اصابها
آفة فاحترق تلك الكتب فاتّهم ابو علي بانّه اخذ من تلك الخزانة الحكمة ومصنّفاته ثمّ
احرقها لئلّا تنتشر بين الناس ولا يطّلع عليه احد فانّه بهتان وافك لانّ الشيخ مقرّ لاخذه
الحكمة من تلك الخزانة كما صرّح في بعض رسائله وايضا يفهم في كثير من مواضع الشفآء انّه

---

nescerent usque ad aetatem *Fárábi* philosophi, a quo sui temporis rex *Mansúr Ben Núh Samánida* postulavit, ut illas interpretationes colligeret indeque interpretationem conficeret succinctam, correctam, diligenter recognitam et philosophiae ingenio congruam. *Fárábi* paruit et ejus voluntati satisfecit. Liber inde enatus *Institutio Secunda* (*El-Ta'lím El-Tháni*) et ipse ea de caussa *Doctor Secundus* (*El-Moallim El-Tháni*) dictus est. Ille in bibliotheca *Mansúr*i usque ad tempus Sultani *Mes'úd*, qui ex illius nepotibus fuit, asservabatur, ut id in adversariis manu ipsa *Fárábi*i exaratis, sed minime nitide exscriptis legitur, cum *Fárábi* de colligendis suis operibus nullam curam adhiberet et animi impetum huc illuc ob Dei cultum peregrinandi sequeretur pallio asseclarum sectae *Calenderiya* indutus. Bibliotheca illa Isfahanae fuit et philosophiae receptaculum appellata est. — Sheikh *Abu Ali Ibn Sína* Wezirus *Mes'úd*i, qui ob medicinae scientiam aditum ad hunc habuit apertum, donec eum Wezirum eligeret bibliothecamque ei custodiendam traderet, e hujus operibus philosophiam cognovit, in iisque Institutionem Secundam invenit, unde librum *Shefá* potiorem partem excerpsit. Postea accidit, ut bibliotheca et illi libri comburerentur, et suspicio est, *Abu Ali* ex hac bibliotheca philosophiam et libros suos subripuisse et tum ei inflammationem intulisse, ne opera inter homines circumferrentur nec quisquam eorum cognitionem caperet. Attamen haec calumnia est et mendacium: etenim Sheikh se philosophiam ex illa bibliotheca cepisse profitetur, ut diserte in quodam tractatu dicit, et pariter e plurimis libri *Shefá* locis intelligitur, eum epitomen

تلخيص التعليم المدني المنتهي الى هنا خلاصة ما ذكروه في احوال العلوم العقلية وكتبها ونقلها الى العربي والتفصيل في تاريخ الحكماء ثمّ انّ الاسلاميّين لمّا راوا في العلوم الحكميّة ما يخالف الشرع الشريف وضعوا فنًّا لعقائد واشتهر بعلم الكلام لكن المتأخّرين من المحقّقين اخذوا من الفلسفة ما لا يخالف الشرع وخلّطوا الكلام لشدّة الاحتياج اليه كما قال العلّامة سعد الدين في شرح المقاصد فصار كلامهم حكمة اسلاميّة ولم يبالوا بردّ المتعصّبين وانكارهم على خلطهم لانّ المرء مجبول على عداوة ما جهله لكنّهم لمّا لم يكن اخذهم وخلطهم على طريق النقل والاستفادة بل على سبيل الردّ والاعتراض والنقض والابرام في كثير من الامور الطبيعيّة والفلكيّة والعنصريّة قام اشخاص من الاسلاميّين كالنصير وابن الرشد ومن غير الاسلاميّين وانتصبوا في ردّهم وتزييف قدحهم فصار فنّ الكلام كالحكمة في النقض وتزييف الدلآئل كما قال الفاضل القاضي مير حسين الميبذي في آخر رسالته المعروفة بجام گيتي نما فلآئق بحال الطالب ان ينظر في كلام الفريقين وكلام اهل التصوّف ويستفيد من كلّ منها ولا ينكر

---

esse Institutionis Secundae. Hactenus summa eorum, quae de iis commemorantur, quae ad doctrinas rationales, earum libros, et interpretationem arabicam pertinent. Praeterea accuratiorem harum rerum descriptionem in Historia philosophorum invenies.

Mohammedani quae in disciplinis philosophicis legi augustae repugnabant, cum serius sentirent, doctrinam e fidei articulis compositam delinearunt, quae nomine *Ilm el-kelám* i. e. theologia dogmatico-scholastica sive philosophica insignita est: attamen seriores subtilium scrutatorum e philosophia vetere sumebant, quae legi non contraria erant, et cum necessario requirerentur, illi theologiae admiscebant, ut id eruditissimus *Sa'd-ed-dín* in commentario operis *Mecásid* fatetur. Ex illa theologia scholastica enata est philosophia Mohammedana, nec refutationem curarunt adversariorum partium studio ductorum nec eorum illius mixtionis criminationem; homo enim a natura propensus est ad ea, quae nescit, infestanda: attamen cum illi minime tradendo et discendo depromerent et commiscerent, sed refutando, repugnando, contradicendo, urgendo in multis rebus physicis, coelestibus et elementariis, nonnulli Mohammedani, ut *Nasír-ed-dín* et *Ibn Roshd*, et alii Non-Mohammedani exsurrexerunt ad illos refutandos eorumque disciplinam adulterandam, ut theologia scholastica similis evaderet philosophiae in contradicendo et argumentis adulterandis, ut testatur bene meritus Cadhi *Mír Hosein Mibedi* ad finem tractatus titulo *Jami kiti numa* insigniti. Studioso autem convenit, ut utriusque factionis scholam et Theosophorum doctrinam examinet, et ex singulis discat, nec deneget, cum in

ان الانكار سببه البعد عن الشيء كما قال الشيخ في آخر الاشارات واما الكتب المصنفة في الحكمة الطبيعية والالهية والرياضية فاكثرها ليس باسلامي بل يوناني ولاتيني لان معظم الكتب بقي في بلادهم ولم ينقل الى العربي الا الشاذ النادر وما نقل لم يبق على اصل معناه لكثرة التحريفات في خلال التراجم كما هو امر مقرر في نقل الكتب من لسان الى لسان وقد اختبرنا وتحققنا ذلك حين الاشتغال بنقل كتاب اطلس وغيره من لغة لاتين الى اللغة التركية فوجدنا كذلك ولم نر اعظم كتب من الشفاء في هذا الفن مع انه شيء يسير بالنسبة الى ما صنف اهل اكاديميا التي في بلاد اوروپا ثم ان بعض المحققين اخذ طرفا من كتب الشيخ كالشفاء والنجاة والاشارات وعيون الحكمة وغيرها وجعله مقدمة ومدخلا للعلوم العقلية كالهداية لاثير الدين الابهري وعين القواعد للكاتبي القزويني فصار قصارى همم اهل زماننا الاكتفاء بشيء من قراءة الهداية ولو تجرد بعض المشتغلين وسعى الى مذاكرة حكمة العين لكان ذلك اقصى الغاية فيما بينهم وقليل ما هم

---

denegando caussa lateat, quae a re cognoscenda avertat, ut Sheikh in fine libri *Ishárát* monet.

Librorum de philosophia physica, theologica et ascetica major copia non islamica est, sed graeca et latina: etenim maximam partem in horum populorum terris manebant nec arabice vertebantur praeter raros et extraordinarios, et quae vertebantur, minime archetypi argumentum servabant ob multas mediis in translationibus perversiones quae res est manifesta et confessa in libris e lingua alia in aliam versis, quod et ipsi experti sumus et satis cognovimus, cum in tabulis geographicis Mercatoris, Atlas dictis aliisque libris e latino sermone in turcicum transferendis occupati essemus, ubi quod diximus probatum invenimus, nec tamen majorem hujus generis librum vidimus quam *Shefá*, licet res parva sit ratione eorum habita, quae academiarum membra in terris Europaeis composuerunt. Serius scrutatorum quidam partem librorum Sheikhi cepit, ut *Shefá, Neját*, *Ishárát*, *Oyún el-hikmet* aliosque, et eos prolegomena et introductionem esse voluit in disciplinas intellectuales, qualis est liber *Hidáyet* ab *Athír-ed-dín Abheri* editus, et *Ain el-cawáïd*, cujus auctor *Kátibi Caswini* est. — Summum quod animi nostrae aetatis appetunt, in eo cernitur, quod satis habent, partem libri *Hidáyet* legisse. Quodsi studiosorum quidam operam dat et ad legendum opus *Hikmet el-ain* fertur, hoc omnium summum et remotissimum est, ad quod doctores temporis nostri adspirant, at pauci tantummodo id agunt.

١٥٨٣ حكمة الاشراق للشيخ شهاب الدين ابي الفتوح يحيى بن حبش السهروردي المقتول بحلب سنة ٥٨٧ اوله جلّ ذكرك اللهمّ الخ ذكر في آخره انّه فرغ من تأليفه في جمادى الآخرة سنة ٥٨٢ وهو متن مشهور شرحه الاكابر كالعلّامة قطب الدين محمود بن مسعود الشيرازي المتوفى سنة ٧١٠ وشرحه ممزوج مفيد اوله الاشراق سبيلك اللهمّ الخ قيل في هذا الشرح كلمات لا يمكن تطبيقها للشرع الشريف اقول لعلّ هذا القائل ممّن لم يقدر على تطبيقها ولا يلزم من عدم قدرته عدم الامكان لانّ امر التطبيق والتوفيق عند الشارح الفاضل وامثاله امر هيّن وعلى الشرح حاشية بالفارسيّة لمولانا عبد الكريم المتوفى في حدود سنة ٩٠٠ وفي بعض الكتب انّ العلّامة السيّد الجرجاني شرحها ايضا ولم اره ١٥٨٤ الحكمة الجديدة في المنطق لابن كمونة ١٥٨٥ الحكمة العلائيّة للشيخ موفق الدين [عبد اللطيف بن يوسف] البغدادي [الشافعي الطبيب الفيلسوف المتوفى سنة ٦٢٩] ذكر فيها طرفا من العلم الالهي

1583. Hikmet el-ishrac, philosophia illuminationis, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dîn Abu'lfat'h Yahya Ben Habash Soharawerdi*, Halebi anno 587 (inc. 29. Jan. 1191) occiso. Incipit hic ita: Laus Tua, o Deus, magna et illustris est etc., et ad finem libri se ejus compositionem Jomadi II. anni 582 (inc. 21. Mart. 1186) absolvisse monet. Textus ejus vulgatus et multum lectus est eumque commentatores principes explicuerunt, ut doctissimus *Cotb-ed-dîn Mahmûd Ben Mes'ud Shîrâzi*, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus, cujus commentarius textum admixtum et multa ad discendum utilia continet. Incipit ita: Illuminatio via Tua est, o Deus etc., eique dictiones inesse dicuntur, quae minime cum lege augusta conciliari possunt. At qui hoc dixit, inquam, fortasse ex iis est, qui illas conciliare non possunt, nec de ejus imbecillitate necessario efficitur, conciliationem minime fieri posse: etenim conciliandi et recte componendi negotium apud commentatorem illum peritum et viros ei similes res est facillima. Ad hunc commentarium glossas persice scriptas edidit Molla noster *Abd el-kerîm*, circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuus, et in libro quodam virum doctissimum *Seyyid Jorjâni* quoque commentarium scripsisse legitur, attamen eum vidisse haud memini. — 1584. El-Hikmet El-Jedîdet, philosophia nova. Tractatus de logica, auctore *Ibn Kemmûne*. — 1585. El-Hikmet El-Alâyet, philosophia Alaica, auctore Sheikh *Mowaffic-ed-dîn* [*Abd-el-letîf Ben Yusuf*] *Baghdâdi* [Shafiita, Medico et Philosopho, anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuo], qui ei partem doctrinae de rebus divinis inseruit. — 1586. Hikmet el-ain,

۴۵۰۶ حكمة العين للعلامة نجم الدين ابى الحسن على بن عمر الشهير بدبيران الكاتبى القزوينى [ المتوفى سنة ٦٧٥ ] تلميذ النصير [ الطوسى ] وهو متن [ متين ] مختصر اوله سبحانك اللهم يا واجب الوجود الخ ذكر فيه ان جماعة من الطلبة لما فرغوا من بحث الرسالة المسماة بالعين فى المنطق من تأليفاته التمسوا منه ان يصنف اليها رسالة فى الالهى والطبيعى فاجاب ثم شرحه مولانا شمس الدين محمد بن مباركشاه الشهير بميرك البخارى شرحا مفيدا ممزوجا اوله اما بعد حمد الله فاطر ذوات العقول الخ واورد فيه الحواشى التى كتبها العلامة قطب الدين محمود بن مسعود الشيرازى على هذا الكتاب باجمعها وعلى هذا الشرح حاشية للعلامة السيد الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ [ وحاشية للمولى كمال الدين مسعود الشيرازى المتوفى سنة ٩٠٥ ] وحاشية للمحقق ميرزاجان حبيب الله المتوفى سنة ٩٩٤ وحاشية لمولانا محمد الشكى ومن الشروح ايضا شرح جمال الدين حسن بن يوسف الحلى وهو شرح بقال اقول اوله الحمد لله ذى العز الباهر الخ وشرح مولانا محمد بن موسى الطالشى

philosophia fontis, auctore viro doctissimo *Nejm-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Omar Kátibi Cazwíni*, *Nasír-ed-díni* [*Tusi*] discipulo, vulgo *Debírán* dicto [et anno 675 (inc. 15. Jun. 1276) mortuo]. Textus est brevis quidem, sed solidus, qui ita incipit: Laus Tibi, o Deus, o Tu, qui existentia absoluta frueris etc. Auctor narrat, discipulos plures, cum studium tractatus *Ain* de logica, qui ex ejus operibus est, absolvissent, a se petiisse, ut tractatum similem de rebus divinis et physicis adderet: quod fecit. Postea Molla noster *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mobárekshâh Bokhári* vulgo *Mirek* dictus, commentarium ejus scripsit magnae utilitatis, qui textum admixtum habet et ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus, animantium ratione praeditorum creator etc. Auctor ei glossas, quas vir eruditissimus *Cotb-ed-dín Mahmúd Ben Mes'úd Shirázi* ad hunc librum scripserat, omnino omnes inseruit. Praeterea ad hunc commentarium glossas ediderunt vir doctissimus *Seyyid Sherif Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus — [Molla *Kemál-ed-dín Mes'úd Shirázi*, anno 905 (inc. 8. Aug. 1499) mortuus] — scrutator subtilissimus *Mirzáján Habíballah*, anno 994 (inc. 3. Dec. 1585) mortuus — et Molla noster *Mohammed Sheki*. — Porro librum commentati sunt *Jemál-ed-dín Hasan Ben Yusuf Hilli*, cujus commentarius formula *cála* (dixit auctor) et *acúl* (dico ego) textum et adnotationem distinguit et ita incipit: Laus Deo potentia mirabili praedito etc. — Molla noster *Mohammed Ben Musa Tálishi*, cujus commentarius

وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله الذى ابدع بعين الحكمة اعيان الموجودات الخ ذكر انه الفه للسلطان يعقوب بن الحسن الطويل ۴۵۸۷ حكمة الفروض فى الفرائض ۴۵۸۸ الحكمة القدسية للشيخ الرئيس ابى على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ۴۲۸ ۴۵۸۹ الحكمة المشرقية للشيخ الرئيس المزبور ۴۵۹۰ الحلاوة المأمونية فى الاسئلة البعلية وهى احد وستون سؤالا اجاب عنها شمس الدين محمد بن طولون الشامى اوله الحمد لله مؤيد عزائم السائلين الخ ۴۵۹۱ حل الدقائق فى فروع الحنفية مختصر اوله الحمد لله اكمل حمده الخ ۴۵۹۲ حل الدق وايضاح الشك لابى عامر احمد بن [عبد الملك بن الشهيد ۴۵۹۳ حل الرموز وفتح اقفال الكنوز لابى القاسم احمد بن] محمد العراقى وهو رسالة فى اقلام الاوائل لغزوا بها علومهم واسرارهم فى كنوزهم ۴۵۹۴ حل الرموز وكشف الكنوز فى التصوف للشيخ عبد السلام بن محمد بن غانم المقدسى الشافعى وهو مختصر اوله الحمد لله الذى

textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo qui fonte sapientiae res existentes praestantissimas primum produxit etc. Auctor se eum Sultano *Yacúb Ben-elhasan Tewíl* composuisse monet. — 4587. Hikmet el-forúdh, philosophia sanctionum de statutis rei haereditariae. — 4588. El-Hikmet El-Codsíyet, philosophia sacra, auctore Sheikh *El-Reyís Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sina*, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 4589. El-Hikmet El-Mashrickíyet, philosophia orientalis, auctore Sheikh *El-Reyís* modo laudato. — 4590. El-Haláwet El-Mamuniyet, dulcedo panis Mamunici de quaestionibus conjugalibus. Sexaginta et una quaestiones, ad quas *Shems-ed-dín Mohammed Ben Tulun Shámi* respondit. Incipit opus ita: Laus Deo interrogantium auspicia juvanti etc. — 4591. Hall el-decáïc, solutio quaestionum utilium de statutis juris Hanefitici secundariis. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo perfectissima qua potest laude ornari etc. — 4592. Hall el-dakk we idháh el-shakk, solutio confusionis et explanatio dubii, auctore *Abu Amir Ahmed Ben* [*Abd-el-melik Ben-elshehíd.* — 4593. Hall el-romuz we Fat'h acfál el-konúz, solutio aenigmatum et serarum thesaurorum apertio, auctore *Abu'lcásim Ahmed Ben*] *Mohammed Irácki.* Tractatus de variis scripturae veterum characteribus, quibus doctrinas suas et arcana in thesauris celabant. 4594. Hall el-romúz we kashf el-konúz, solutio aenigmatum et rerum reconditarum apertio, auctore Sheikh *Abd-el-selam Ben Mohammed Ben Ghánim Mocaddesi* Shafiita. Compendium de Theosophia, quod ita incipit: Laus

فتح الخ ٤٥٩٥ حلّ الرموز ومفاتيح الكنوز للشيخ علاء الدين على دده البسنوى الخلوتى النورى وهو مختصر مشتمل على ثلثمائة وستين سؤالا كلّ ثلثين فى موقع فيكون اثنى عشر موقعًا على عدّة الشهور ألّفه فى حرم مكّة سنة ١٠٠١ ويقال له اسولة الحكم ٤٥٩٦ حلّ الرموز فى القرأة للشيخ الامام يعقوب بن بدران المصرى المتوفى سنة ٦٨٨ ٤٥٩٧ حلّ رموز اسماء وفكّ كنوز المسمّى ٤٥٩٨ حلّ الرموز فى وقف حمزة وهشام على الهمز للشيخ برهان الدين ابرهيم بن موسى الكركى المقرى المتوفى سنة ٨٥٣ ٤٥٩٩ حلّ العقد والعقل فى شرح مختصر المنتهى يأتى ٤٦٠٠ حلّ عقود الجمان فى علمى المعانى والبيان يأتى فى العين ٤٦٠١ حلّ عيون الفحل فى حلّ مسئلة الكحل لمحمد بن ابرهيم ابن الحنبلى الحلبى المتوفى سنة ٩٧١ ٤٦٠٢ حلّ القناع عن حِلّ السماع للشيخ الامام برهان الدين ابرهيم بن عبد الرحمن الفزارى [الدمشقى المتوفى سنة ٧٢٩] ٤٦٠٣ حلّ ما لا ينحلّ لابى الحسن بن مير جلال الدين

Deo qui aperit etc. — 4595. Hall el-romúz we mefátíh el-konúz, solutio aenigmatum et claves rerum reconditarum, auctore Sheikh *Alá-ed-dín Ali Dehdeh Bosnewi Khalweti Nuri.* Compendium trecentas sexaginta quaestiones continens, quarum tricenae *locum* explent, ut inde ad mensium numerum duodecim loci efficiantur. Opus, quod et *Eswilet el-hokm* cognominatur, auctor in sacri templi Mekkani circo anno 1001 (inc. 28. Sept. 1592) absolvit. — 4596. Hall el-romúz, explicatio signorum aenigmaticorum de arte Coranum legendi, auctore Sheikh et Imám *Yacúb Ben Bedrán Misri*, anno 688 (inc. 25. Jan. 1289) mortuo. — 4597. Hall romúz asmá, explicatio aenigmatum nominum et apertio thesaurorum nominati. — 4598. Hall el-romúz, explicatio aenigmatum de ratione, qua *Hamza* et *Hishám* pausas faciunt super *Hamza*, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Musa Kereki* Corani Lectore, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuo. — 4599. Hall el-ocad we el-acl, solutio nodorum et vincturae. Commentarius Epitomae operis *Munteha*, de quo infra. — 4600. Hall ocúd el-jomán, solutio monilium margaritarum de doctrinis sententiarum et expositionis. Vide infra in *Aïn.* — 4601. Hall oyún el-fahl, solutio oculorum admissarii de explanandis quaestionibus, quae stibium oculis illinendum spectant, auctore *Mohammed Ben Ibrahím Ibn-elhanbali Halebi*, anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. — 4602. Hall el-ckiná', solutio calanticae de musica licita, auctore Sheikh et Imám *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Abd-el-rahman Fezári* [*Dimeshcki*, anno 729 (inc. 5. Nov. 1328) mortuo]. — 4603. Hall ma la yonhall, solutio eorum quae vix solvuntur, auctore *Abu'lhasan Ben Mir Jelál-*

دانشمند وهو رسالة في عدّة اشكال من الرياضيّات   ٤٦٠٤ حلّ مشكلات الاشارات سبق ذكره
٤٦٠٥ حلّ المشكلات في الفرائض لشجاع بن نور الله الانقروى معلّم السراى السلطاني بادرنه
وهو مجلّد وسط اوله الحمد لله الملك العليم العلّام الخ على ستة عشر بابًا الّفه سنة ٩٦٤
٤٦٠٦ حلّ الموجز في الطبّ يأتى في الميم   ٤٦٠٧ حلبة الكميت في الادب والنوادر المتعلّقة
بالخمريّات لشمس الدين محمد بن الحسن النواجى المتوفى سنة ٨٥٩ وهو مجلّد نظم فيه شمل
كلّ غريب ورتّب على خمسة وعشرين بابًا في اوصاف الخمر والنديم والساقي والمجلس وآدابه
والاغانى والملاهى والخلاعة والازهار والفواكه والخاتمة في التوبة وذمّ الخمر قال السخاوى في
الضوء كان سمّاه اوّلا الحبور والسرور في وصف الخمور وانكر الخيّرون عليه بل حصلت له
بسببه محنة حيث ادّعى عليه وطلب منه تغييبه وقد جوزى على ذلك بعد دهر فانّ بعض
الشعراء صنّف كتابًا سمّاه قبح الاهاجى في النواجى جمع فيه هجو من دبّ ودرج واوصله

*ed-din Dánishmend.* Tractatus de pluribus figuris doctrinarum mathematicarum. — 4604. **Hall mushkilát El-Ishárát**, expositio difficultatum libri *Ishárát*, de quo supra. — 4605. **Hall el-mushkilat**, expositio difficultatum in doctrina de jure haereditario, a *Shojá' Ben Núrallah Anckirewi*, Adrianopolitani palatii Sultanici doctore anno 964 (inc. 4. Nov. 1556) composita. Volumen mediae molis, quod sedecim capita continet et ita incipit: Laus Deo regi sapienti et scientissimo etc. — 4606. **Hall el-mujiz**, expositio. Commentarius libri *Mujiz* de arte medica, de quo in litera *Mim* videatur. — 4607. **Halbet el-komeit**, hippodromus vini de humanitatis studiis et facete dictis singularibus, quae vini status spectant, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben elhasan Newwáji*, anno 859 (inc. 22. Dec. 1454) mortuo. Volumen, in quo auctor rariora undique collecta omnia metrice exaravit et in viginti quinque capita disposuit ad describendas virtutes vini, compotoris, pincernae, consessus, mores ibi observandos, cantilenas, instrumenta lusoria, ebriositatem, flores, fructus. Corollarium agit de animae poenitentia et vini detestatione. *Sekháwi* in *El-Dhu* testante, opus primum *El-Hobur we El-Sorur fi wasf el-khomur* nominaverat. Viri boni autem libri compositionem ei crimini dederunt, imo vero etiam ejus caussa periculo afflictatus est, ut invitus ad litem cogeretur et poenae ab eo exigerentur: qua de caussa librum abscondidit. Haud multo post vero retributio ei facta est. Etenim poeta quidam librum composuit inscriptum: Turpitudo satyrarum de *Newwáji* agens, ubi satyras eorum qui vivi eorumque qui mortui sunt collegit,

الى علمه بطريقة ظريفة فانّه دفعه الى دلّال بسوق الكتب والنواجى جالس فدار الدلّال حتى وصل اليه فاخذه وتأمّله وعلم مضمونه ثمّ اعاده ليتميه فاسترجعه من الدلّال فكاد النواجى يهلك انتهى اقول وبالجملة هو كتاب مفيد معتبر عند الادبآء ولا عبرة لذمّه فانّه من الحسد والتعصّب ٤٦٠٨ حلبة المفاضلة وحلية المناضلة فى المطارحة والمراسلة لبرهان الدين ابرهيم بن احمد الشهير بابن الملا الحلبى المتوفى سنة ١٠٢٠ جمع فيه مكتوباته ومطارحاته مع ابنآء عصره ٤٦٠٩ حلية المقتفى فى حلية المصطفى للشيخ زين الدين سرجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ٤٦١٠ حلبيّات فى النحو لابى على الفارسى النحوى ٤٦١١ حلّة السيرا فى مدح خير الورى لمحمد بن احمد المعروف بابن جابر النحوى الاعمى المتوفى سنة ٧٨٠ وهى منظومة بديعيّة ثمّ شرحه رفيقه احمد بن يوسف المعروف بالبصير النحوى المتوفى سنة ٧٧٩

illumque libelli scientem fecit ratione admodum lepida. Sedente *Newwáji* in foro librorum eum praeconi dedit, qui forum ambivit, donec ad *Newwáji* venit, qui librum captum animo attento inspexit ejusque argumentum cognoscere studuit. Quo facto eum reddidit, ut obtrectationis caussa divulgaret. Auctor vero librum a praecone repetiit, et prope erat, ut *Newwáji* periisset. — Haec ille. — At ut breviter respondeam et summatim, hic liber multa ad discendum utilia continet et magna auctoritate apud humanitatis studiosos floret, nec ulla obtrectationis ratio exstat, nam ab invidia et partium studio proficiscitur. — 4608. Halbet el-mofádhalet we hilyet el-monádhalet, hippodromus concertationis et ornatus certaminis de colloquiis et epistolarum commerciis. *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Ahmed Jelebi*, vulgo *Ibn El-Molla* dictus et anno 1020 (inc. 6. Mart. 1611) mortuus, hic epistolas et colloquia collegit, quae cum viris aetatis suae spectatis habuerat. — 4609. Halbet el-muctefa, hippodromus honorati de exteriore *Mohammedis* electi forma, auctore Sheikh *Zein-ed-dín Serija Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 4610. El-Halebíyát, quaestiones Halebenses de grammatica, auctore *Abu Ali Fárisi* Grammatico. — 4611. El-Hollet El-Siyara, pallium aurum purum intextum habens de laude optimi inter homines, auctore *Mohammed Ben Ahmed* Grammatico coeco, vulgo *Ibn Jábir* dicto et anno 780 (inc. 30. Apr. 1378) mortuo. Carmen de arte ornate dicendi, quod serius ejus amicus *Ahmed Ben Yusuf* Grammaticus, vulgo *Besír* dictus et anno 779 (inc. 10. Mai. 1377) mortuus, commentatus est. —

٤٦١٢ حلّة الكمال ولحية الجمال ٤٦١٣ الحلل الحالية في اسانيد القرأة العلية لاثير الدين ابي حيّان محمد بن يوسف الاندلسي المتوفى سنة ٧٤٥ ٤٦١٤ حلل المطرّز في فنّ المعمّى واللغز فارسي لشرف الدين على اليزدي المتوفى في حدود سنة ٨٥٠ وله منتخبه اوله بعد از حمد وثناء دانشي الخ ٤٦١٥ حلل في ابيات الجمل وفي اغاليطه مرّ ذكرهما ٤٦١٦ حلويات شاهي في الفروع لابي الحسن اسمعيل بن ابرهيم ابن اسفنديار بن بايزيد وهو كتاب تركي في العبادات مشتمل على ثمان وسبعين بابًا في مجلّد ضخم ٤٦١٧ حلوى في الطبّ لمحمد بن زكريا [الفيلسوف] الرازي [المتوفى سنة ٣١١] وهو كبير يقال انّه في ثلثين مجلّدًا ٤٦١٨ حلى الاخبار لابي العباس عبد الله ابن المعتزّ ٤٦١٩ حلية الابدال وما يظهر منها من المعارف والاحوال لشيخ محيي الدين محمد بن على ابن العربي وهي رسالة اولها الحمد لله على ما الهم الخ ذكر انّه كتبه سنة ٥٩٩ بالطائف لصاحبيه ابي محمد عبد الله الحبشي ومحمد بن خالد الصدفي

4612. Hollet el-kemál we Lihyet el-jemal, pallium perfectionis et barba elegantiae. — 4613. El-Holel El-Haliyet, vestes ornatae de auctoritatibus rationis Coranum legendi in provincia *Aliya* usu receptae, auctore *Athír-ed-dín Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuo. — 4614. Holel el-motarrez, pallia ejus qui veste acu picta ornatus est de doctrina aenigmatum et logogryphorum. Opus persicum, auctore *Sheref-ed-dín Ali Yezdi*, circa annum 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuo. Meliora ejus singulari epitome edidit, quae ita incipit: Post laudem et praedicationem sapientissimi etc. — 4615. Holel fi abyát El-Jomel, vestes de versibus libri *Jomel* et ejus quaestionibus vitiosis. De utroque opere vide supra. — 4616. Halwiyat shahi, dulcia edulia imperatoria de partibus juris derivatis, auctore *Abu'lhasan Ismail Ben Ibrahím Ben Isfendiyar Ben Báyezíd.* Opus turcicum volumine crasso comprehensum de cultus officiis, quod septuaginta octo capita complectitur. — 4617. Halwa fi el-tibb, fructus dulcis, auctore *Mohammed Ben Zakariya Rázi* [philosopho, anno 311 (inc. 21. Apr. 923) mortuo]. Liber medicus satis magnus, qui triginta volumina continere dicitur. — 4618. Hilá el-akhbár, ornamenta historiarum, auctore *Abu'labbás Abdallah Ibn-elmotezz.* — 4619. Hilyet el-abdal, ornamentum virorum devotorum et cognitiones conditionesque, quae inde apparent, auctore Sheikh *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Ali Ibn-elarabi.* Tractatum, qui ita incipit: Laus Deo pro iis, quae inspirat etc., auctor in urbe *Táïf* duobus ejus principibus *Abu Mohammed Abdallah Habashi* et *Mohammed Ben Khalid Sadefi*, ut inde utilitatem caperent, se anno 599

لينتفعا به ٤٦٢٠ حلية الابرار وشعار الاخيار فى تلخيص الدعوات والاذكار فى حديث للامام محيى الدين ابى زكريا يحيى بن شرف [بن مَرّى] النووى الشافعى المتوفى سنة ٦٧٦ وهو كتاب مفيد مشهور باذكار النووى فى مجلّد مشتمل على ثلثمائة وستة وخمسين بابًا ابتدأ فيه بالذكر ثمّ ذكر الامور الانسانيّة من اول الاستيقاظ من النوم الى نومه فى الليل وبعبّر عن ذلك بينهم بعمل اليوم والليلة ثمّ ختم بباب الاستغفار وشرحه الشيخ محمد بن على بن محمد ابن علّان المكى الشافعى المتوفى سنة سبع وخمسين بعد الالف وسمّاه الفتوحات الربّانيّة على الاذكار النواويّة وكان الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ لخّصه فى كراستين وسمّاه اذكار الاذكار ثمّ شرح هذا الملخّص وللجلال المذكور تأليف آخر فيه سمّاه تحفة الابرار بنكت الاذكار وللشيخ شهاب الدين احمد بن الحسين الرملى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٤ مختصر الاذكار ولبعض الاعاجم ترجمته بالفارسية فرغ عنها سنة ٧٧٦ وعليه نكت

(inc. 20. Sept. 1202) composuisse narrat. — 4620. **Hilyet el-abrár we shiár el-akhyár**, ornamentum justorum et insignia bonorum. Preces et Dei invocationes selectae et e traditionibus petitae, auctore Imám *Mohyi-ed-dín Abu Zakaríya Yahya Ben Sheref* [*Ben Mera*] *Newewi* Shafiita, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuo. Opus magnae utilitatis et vulgo *Adzkár El-Newewi* appellatum, quod volumen explet et trecenta quinquaginta sex capita continet. Orditur a Dei invocatione, tum persequitur negotia humana a temporis initio, quo homines somno solvuntur usque ad somnum nocturnum, et ad hoc significandum secundum usum inter devotos receptum verbo utitur „actus diei et noctis." In extrema parte caput habet, quo peccatorum venia petitur. Commentatus librum est Sheikh *Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Ben Allán Mekki* Shafiita, anno 1057 (inc. 27. Jan. 1647) mortuus, qui commentarium *El-Fotúhát El-Rebbáníyet ala El-Adzkár El-Newáwíyet* inscripsit. Potiora ejus Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, in decem foliis *Adzkár el-adzkár* inscriptis separatim edidit. Postea hanc epitomen commentatus est, et idem *Jelál-ed-dín* modo laudatus alium de hac re composuit librum *Tohfet el-abrár bi noket El-Adzkár* appellatum. Deinde epitomen operis *Adzkár* Sheikh *Shehább-ed-dín Ahmed Ben-elhosein Ramli* Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus, edidit, et Persa quidam versionem persicam, quam anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) absolvit. Adnotationes ejus ingeniosae *Itháf el-akhyár*

للشيخ شمس الدين محمد بن طولون الدمشقي سمّاه اتحاف الاخبار في نكت الاذكار تعليقة بالقول اوّله الحمد لله الذي ملأ قلوب احبابه بالانوار الخ ٤٦٢١ حلية الابرار في التأريخ عشر مجلّدات ٤٦٢٢ حلية الابصار في فضائل الامصار رسالة للشيخ محمد بن محمد الانصاري ٤٦٢٣ حلية الاديب ٤٦٢٤ حلية الاولياء في الحديث للحافظ ابي نعيم احمد ابن عبد الله الاصفهاني المتوفى سنة ٤٣٠ مجلّد ضخم اوّله الحمد لله محدث الاكوان الخ وهو كتاب حسن معتبر يتضمّن اسامي جماعة من الصحابة والتابعين ومن بعدهم من الائمّة الاعلام المحقّقين والمتصوّفة والنسّاك وبعض احاديثهم وكلامهم وصدّر بذكر الخلفاء الى تمام العشرة في الترتيب ثمّ جعل من سواهم ارسالاً لئلّا يستفاد منه تقديم فرد على فرد لكنّه اطال فيه بالاسانيد وتكرير كثير من الحكايات وامور أخر منافية لموضوعه ولذلك اختصره الشيخ ابو الفرج عبد الرحمن بن علي ابن الجوزي اختصارًا حسنًا وسمّاه صفوة الصفوة وانتقد عليه

*fi noket El-Adzkár* inscriptae Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Tulun Dimeshki* auctorem habent et proprie glossas continent, quibus nonnisi verba textus explanata adjecta sunt. Incipiunt ita: Laus Deo, qui corda amicorum suorum luminibus implet etc. — 4621. Hilyet el-abrár, ornamentum justorum. Opus historicum decem voluminum. — 4622. Hilyet el-absar, ornamentum oculorum de virtutibus urbium magnarum praestantibus. Tractatus, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Ansári.* — 4623. Hilyet el-adib, ornamentum humanitatis studiosi. — 4624. Hilyet el-ewliyá, ornamentum piorum Dei amicorum de re traditionaria, auctore Hafiz *Abu Noeim Ahmed Ben Abdallah Isfaháni*, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuo. Volumen crassum, quod ita incipit: Laus Deo creaturas producenti etc. Pulchrum opus est et magnae auctoritatis, quod nomina plurium prophetae sociorum, horum assectarum et eorum qui hos secuti sunt simul cum Imamis doctis, subtilissimis rerum naturae scrutatoribus, Theosophiae addictis et Deo devotis continet, et nonnullas habet eorum traditiones et dicta. Incipit a mentione (quatuor) Khalifarum usque ad decem priores integros secundum eorum ordinem. Qui praeter hos sequuntur, libere eos se excipere voluit, ne inde efficeretur, ut singuli singulis praeferrentur: attamen nimis longus fuit ea in re auctoritatibus prolatis, multis narrationibus repetitis et aliis rebus ab argumento proposito alienis. Hac de caussa Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi* elegantem libri epitomen *Sefwet el-sefwet* inscriptam confecit, ubi nonnisi decem res ex illius argumento selectas admisit, ut

بعشرة اشيآء فوجز في الاختصار بحيث لم يبق منه الّا رسومه ثمّ انّ صاحب مجمع الاخبار [محمد بن الحسن الحسيني] سلك في اختصاره سلكا وسطًا مع زيادة تراجم ائمّة كما سيأتي ذكره ٤٦٢٥ حلية الاولياء في طبقاتهم لابرهيم بن بشار وللشيخ جلال الدين السيوطي ايضا ٤٦٢٦ حلية الرجال في الاقطاب والنجبآء والابدال لمصطفى بن احمد العالي الشاعر المتوفى سنة ١٠٠٨ وهو كتاب مختصر تركي على ثلثة ابوب اوله حمدًا لمن خلق عباده الاخيار اصنافًا الخ ٤٦٢٧ حلية السّريين في خواصّ الدنيسريّين لابي حفص عمر بن الخضر ابن اللمش التركي المتطبّب الذي كان من سكّان دنيسر ٤٦٢٨ حلية الصفات في الاسمآء والصناعات لجمال الدين يوسف ابن تغرى بردى المؤرّخ المتوفى سنة ٨٧٤ جمع فيه اشعارًا على ترتيب الحروف فكتب ما يتعلّق بطول الليل في حروف الطآء مثلا ٤٦٢٩ حلية العقود في الفرق بين المقصور والممدود للشيخ كمال الدين عبد الرحمن بن محمد الانباري النحوي المتوفى سنة ٥٧٧

in excerpendo nimis brevis esset et de archetypo vestigia tantum remanerent. Serius auctor libri *Mojmi' el-akhbár* in sua ejus epitome viam mediam secutus est, ita ut vitas Imamorum adderet, ut infra loco suo docebitur. — 4625. Hilyet el-ewliya, ornamentum piorum Dei amicorum. Historia eorum classium, auctoribus *Ibrahim Ben Beshshár* et Sheikh *Jelál-ed-dín Soyúti.* — 4626. Hilyet el-rijal, ornamentum virorum spiritalium de Sufis piis, *Actáb* i. e. poli dictis, quadraginta mundi creati gestatoribus et monachis devotis *Abdál* appellatis, auctore *Mustafa Ben Ahmed Ali* Poëta, anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuo. Opus compendiosum turcice scriptum et in tria capita distributum, quod ita incipit: Laudem Deo, qui cultores suos optimos creavit, ut in classes dividerentur etc. — 4627. Hilyet el-seriyin, ornamentum generosorum de virtutibus incolis urbis Doneiser propriis, auctore *Abu Hafs Omar Ben-elkhidhr Ibn-ellamosh* Medico turcico, Doneiserae inquilino. — 4628. Hilyet el-sifat, ornamentum descriptionum de nominibus et artibus, auctore *Jemál-ed-dín Yusuf Ibn Taghri-berdi* Historiographo, anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuo. Collegit hic poëmata ad ordinem literarum, ita ut v. c. omnia, quae ad noctis longitudinem (*Taul*) pertinebant, in litera *Tá* proferret. — 4629. Hilyet el-ocúd, ornamentum monilium colli de discrimine inter nomina *Macsúr* et *Memdúd* dicta, auctore Sheikh *Kemál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári* Grammatico, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. Compendium

وهو مختصر اوله الحمد لله ذى العزّ الاظهر الخ   ٤٦٣٠ حلية العلمآء فى مذاهب الفقهآء للشيخ الامام ابى بكر محمد بن احمد بن القفال الشاشى الشافعى [المعروف بالمستظهرى] المتوفى سنة ٥٠٧ وهو كتاب كبير صنّفه للخليفة المستظهر بالله [العباسى] ووافق ما فعله وعدل عن الجمع عليه ولذلك يلقّب هذا الكتاب بالمستظهرى وذكر فى كلّ مسئلة الاختلاف الواقع بين الائمّة ثمّ صنّف المعتمد وهو كالشرح للمستظهرى   ٤٦٣١ حلية الفصيح فى نظمه يأتى فى الفآء   ٤٦٣٢ حلية الفقهآء لابن فرس   ٤٦٣٣ حلية الكرمآء وبهجة الندمآء لابن ابى العبد المالكى   ٤٦٣٤ حلية المحاضرة فى صناعة الشعر لابى على محمد بن الحسن [بن المظفر] الحاتمى المتوفى سنة ٣٨٨ وهو فى مجلّدين يشتمل على آداب كثيرة   ٤٦٣٥ حلية المدّاح للشيخ حسن بن محمد الرامى   ٤٦٣٦ حلية المؤمن فى الفروع لابى المحاسن عبد الواحد بن اسمعيل الرويانى الشافعى المتوفى سنة ٥٠٢ وهو من المتوسّطات فيه اختيارات كثيرة

grammaticum, quod ita incipit: Laus Deo potentia luculentissima praedito etc. — 4630. Hilyet el-olamá, ornamentum virorum doctorum de variis jurisconsultorum disciplinis. Magnus liber, quem Sheikh et Imam *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed Ben-elcaffál Sháshi* Shafiita, [vulgo *Mostatzhiri* dictus et] anno 507 (inc. 1. Jun. 1113) mortuus, Khalifae *Mostatzhir Billah* [Abbasidae] composuit, qui quae fecerat approbavit et se a sociis sibi adjunctis removit, qua de caussa liber ille *Mostatzhiri* honorifice cognominatus est. Ad quamvis quaestionem varias quas sequuntur Imami opiniones commemorat. Postea librum *Motamed* composuit, qui quasi commentarius operis *Mostatzhiri* est. — 4631. Hilyet El-Fasíh, ornamentum libri *Fasíh.* Poëtica ejus paraphrasis, quae in litera *Fá* describetur. — 4632. Hilyet el-focaha, ornamentum jurisconsultorum, auctore *Ibn Fáris.* — 4633. Hilyet el-korama we Behjet el-nodama, ornamentum generosorum et hilaritas compotorum, auctore *Ibn Abi'labd* Malikita. — 4634. Hilyet el-mohadharet, ornamentum materiae sermonum praesentis de arte poëtica, auctore *Abu Ali Mohammed Ben-elhusan* [*Ben-elmotzaffer*] *Hátimi*, anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuo. Duo volumina, quae multa facete et humane dicta continent. — 4635. Hilyet el-meddah, ornamentum laudatoris, auctore Sheikh *Hasan Ben Mohammed Rámi.* — 4636. Hilyet el-mumin, ornamentum fidelis de partibus juris derivatis, auctore *Abu'lmehasin Abd-el-wáhid Ben Ismaïl Ruyáni* Shafiita, anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuo. Pertinet ad opera media et continet multa e libero arbitrio pendentia, v. c. illa quae

منها ما يوافق مذهب مالك   ٤٦٣٧ الحلية النبوية من المثنويات التركية للخاقاني نظمه في سنة سبع بعد الالف   ٤٦٣٨ الحماسة لابي تمام حبيب بن اوس الطائي المتوفى سنة ٢٣١ جمع فيه ما اختاره من اشعار العرب العرباء ورتب على عشرة ابواب الحماسة والمراثي والادب والنسيب والهجاء والاضيافات والصفات والسير والملح ومذمة النساء واشتهر ببابه الاول والحماسة شجاعة العرب قالوا ان ابا تمام في اختياره اشعر منه في شعره وسبب جمعه انه قصد عبد الله بن طاهر وهو بخراسان فمدحه فاجازه وعاد يريد العراق فلما دخل همدان اغتنمه ابو الوفاء ابن سلمة فانزله واكرمه فاصبح ذات يوم وقد وقع ثلج عظيم قطع الطريق فغم ابا تمام ذلك وسر ابا الوفاء واحضر خزانة كتبه فطالعها واشتغل بها وصنف خمسة كتب في الشعر منها كتاب الحماسة والوحشيات فبقي الحماسة في خزائن آل سلمة يضنون به حتى تغيرت احوالهم وورد ابو العوازل همدان من دينور فظفر به وحمله الى

---

cum disciplina Malikitarum consentiunt. — 4637. El-Hilyet El-Nebewíyet, ornamentum propheticum. *Methnewi* turcicum, quod *Khacáni* anno 1007 (inc. 25. Jul. 1598) poëtice exaravit. — 4638. El-Hamása, anthologia carminum ab *Abu Temmám Habíb Ben Aus Táyi*, anno 231 (inc. 7. Sept. 845) mortuo, e selectis poëtarum Arabum germanorum carminibus collecta et in decem capita distributa, quae ita inscripta sunt: Fortitudo (*hamása*) — Epicedia — Suavitas morum — Carmina laudem amicae et ejus amorem describentia — Satyrae — Laudes hospitalitatis — Descriptiones — Profectio — Jocularia — Res quae mulieribus vituperio sunt. Totum opus a primo capite *Hamása* dicto nomen cepit, quae vox strenuitatem Arabum significat. — *Abu Temmám* eligendorum carminum peritior poëta esse dicitur quam carminum pandendorum. Caussa vero, quae ad ea colligenda impulit, fuit haec. *Abdallae Ben Táhir* visendi caussa Khorasanam venerat. Quem cum laudibus celebrasset et viatico munere accepto Irácam repetiturus Hamadanam intrasset, *Abu'lwefá Ibn Salama* eum tanquam praedam pulchram excepit, et liberalem et honorificam mansionem ei procuravit. Matutino cujusdam diei tempore magnae nives ceciderant, quae iter claudebant, unde *Abu Temmám* moerore, *Abu'lwefá* gaudio affectus est, qui ei bibliothecam monstravit et aperuit. Opera cum ibi attente legisset eorumque studio se dedisset, quinque carminum libros composuit, in quibus *Hamása* et *Wahshíyát* erant. *Hamása* in bibliothecis dynastiae *Salama* remansit, quae thesauri instar eam strenue conservavit, donec ejus status mutabatur. Etenim *Abu Awázil* ex urbe Dinewer Hamadanam venit, qui libro potitus est eumque

اصفهان فاقبل ادباءها عليه ورفضوا ما عداه من الكتب في معناه ثمّ شاع واشتهر وقد فسّره جماعة فمنهم من عنى بذكر اعرابه ومنهم من عنى بالمعاني فممّن شرحه ابو هلال الحسن بن عبد الله العسكري المتوفى سنة ٣٩٥ وابو المظفّر محمد بن آدم الهروي المتوفى سنة ٢١٤ وابو الفتح عثمان ابن جنّي المتوفى سنة ٣٩٢ اكتفى فيه بشرح مغلقاته وابو القاسم زيد بن على الفسوي المتوفى سنة ٤٦٧ وابو عبد الله محمد بن عبد الله الخطيب الاسكافي المتوفى سنة ٤٢١ وابو الحسن على بن اسمعيل بن سيّد اللغوي المتوفى سنة ٤٥٨ وهو شرح كبير في ستّ مجلّدات وسمّاه الانيق وحسن بن بشر الآمدي المتوفى سنة وابو بكر محمد بن يحيى الصولي المتوفى سنة ٣٣٥ وابو الفضل عبد الله بن احمد الميكالي المتوفى سنة وعبد الله بن ابرهيم المتوفى سنة ٤٧٦ وعبد الله بن احمد الساماني المتوفى سنة ٤٧٥ وابرهيم بن محمد بن ملكون الاشبيلي المتوفى سنة ٥٨٤ وابو على حسن بن على الاسترابادي النحوي المتوفى سنة وابو نصر قسم بن محمد الواسطي | النحوي | المتوفى [بمصر] سنة وابو المحاسن مسعود بن على البيهقي

Isfahanam secum portavit. Hujus urbis incolae literarum studiosi eum aggressi omnes ceteros ejusdem argumenti libros praeter illum respuerunt: quo facto divulgatus et nominis celebritatem consecutus est, multique interpretes eum commentati sunt, quorum alii de flexionum finalium analysi curam adhibebant, alii de argumento. Commentati eum sunt *Abu Hilál Hasan Ben Abdallah Askeri*, anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuus — *Abu'lmotzaffer Mohammed Ben Adam Herewi*, anno 214 (inc. 11. Mart. 829) mortuus — *Abu'lfat'h Othmán Ibn Jinni*, anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) mortuus, qui in exponendis locis obscurioribus acquievit — *Abu'lcásim Zeid Ben Ali Fesewi*, anno 467 (inc. 27. Aug. 1074) mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Iskáfi* Concionator, anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuus — *Abu'lhasan Ali Ben Ismail Ben Seyyid* Lexicographus, anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuus, cujus commentarius *El-Anic* inscriptus magnus est et sex volumina complectitur — *Hasan Ben Bishr Amidi*, anno ... mortuus — *Abu Bekr Mohammed Ben Yahya Souli*, anno 335 (inc. 2. Aug. 946) mortuus — *Abu'lfadhl Abdallah Ben Ahmed Mikáli*, anno ... mortuus — *Abdallah Ben Ibrahím*, anno 476 (inc. 21. Mai. 1083) mortuus — *Abdallah Ben Ahmed Sámáni*, anno 475 (inc. 1. Jun. 1082) defunctus — *Ibrahím Ben Mohammed Ben Malkun Ishbíli*, anno 584 (inc. 2. Mart. 1188) mortuus — *Abu Ali Hasan Ben Ali Asterábádi* Grammaticus, anno ... mortuus — *Abu Nasr Cásim Ben Mohammed Wásiti* | Grammaticus, Misrae | anno ... mortuus — *Abu'lmehásin Mes'úd Ben Ali Beihacki*, anno 544

المتوفى سنة ۵۴۴ والاعلم [ابو الحجّاج يوسف بن سليمان] الشنتمرى [المتوفى سنة ۴۷۶] وهو في خمس مجلّدات وابو البقآء عبد الله بن حسين العكبرى المتوفى سنة ٦١٦ وهو شرح مختصر اقتصر فيه على اعرابه وابو زكريا يحيى بن على الشهير بالخطيب التبريزى المتوفى سنة ۵۰۲ شرحه اولا شرحًا صغيرًا فاورد كلّ قطعة من الشعر جميعًا ثمّ شرحها شرحًا ثانيًا بيتًا بيتًا ثمّ شرح شرحًا طويلًا مستوفيًا واول المتوسّط امّا بعد حمد الله الذى لا يبلغ صفاته الواصفون الخ وابو على احمد بن محمد المرزوقى المتوفى سنة ۴۲۱ وشرحه معتبر مشهور اوله الحمد لله خلق الانسان مميّزًا بما علّمه البيان الخ وابو نصر منصور بن مُسْلم الحلبى [المعروف بابن ابى الدُمَيْك] المتوفى سنة جعله تتمّة ما قصر فيه ابن جنّى ونثر ابو سعيد على بن محمد الكاتب المتوفى سنة ۴۱۴ وسمّاه المنثور البهآئى لانّه نثر لبهآء الدولة بن بويه

۴۶۳۹ الحماسة لابى عبادة وليد بن عبيد البحترى المتوفى سنة ۲۸۴ ولابى الحسن على بن

---

(inc. 11. Mai. 1149) mortuus — doctissimus [*Abu'lhejjáj Yusuf Ben Soleimán*] *Shentemeri*, [anno 476 (inc. 21. Mai. 1083) mortuus], cujus commentarius quinque volumina continet — *Abu'lbecá Abdallah Ben Hosein Okberi*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuus, cujus commentarius compendiosus est et nonnisi flexiones finales tractat — *Abu Zakaríya Yahya Ben Ali Tebrizi*, vulgo *El-Khatíb* (Concionator) dictus et anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuus, qui primum commentarium minorem confecit, ita ut singulas poëmatum partes (*Chitat*) totas proferret: tum iterum per singulos versus librum commentatus est, et in tertio commentario longiore omnia prorsus exposuit. Medius commentarius ita incipit: Praemissis praemittendis. Laus Deo, cujus qualitates scriptores satis describere nequeunt etc. — *Abu Ali Ahmed Ben Mohammed Merzúcki*, anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortuus, cujus commentarius magni aestimatus et satis vulgatus ita incipit: Laus Deo, qui hominem creavit, ita ut bene distinguat, quae ipsum expositio docet etc. — *Abu Nasr Mansur Ben Moslim Halebi*, [vulgo *Ibn Abi'ldomeik* dictus et] anno . . . mortuus, qui commentarium supplementum eorum esse voluit, quae *Ibn Jinni* nimis parce tractaverat. — *Abu Said Ali Ben Mohammed Kátib* (Scriba), anno 414 (inc. 26. Mart 1323) mortuus, *Hamásam* soluta oratione circumscripsit, et hanc paraphrasin *Beháïcam* appellavit, quod eam Buidae *Behá-ed-dewlet* confecerat. — 4639. El-Hamasa. *Hamása* minor), auctoribus *Abu Abbáda Welid Ben Obeid Bohteri*, anno 284 (inc. 8. Febr. 897) mortuo — *Abu'lhasan Ali Ben-elhasan*

الحسن المعروف بشميم الحلى رتّبه على اربعة عشر بابًا ولابى الحجاج يوسف بن محمد البيّاسى الاندلسى المتوفى سنة ٦٥٣ وهى فى مجلّدين صنّفها بتونس فى شوال سنة ٦٤٦ جمع فيها ما اختاره واستحسنه من اشعار العرب جاهليّها ومخضرميّها واسلاميّها ومولّديّها ومن اشعار المحدثين من اهل الشرق والاندلس فرتّب لترتيب ابى تمّام ولابى السعادات هبة الله بن على ابن الشجرى [ العلوى ] اللغوى المتوفى سنة ٥٤٢ وهو كتاب غريب احسن فيه ذكره ابن خلّكان وللشيخ ابى الحسن على بن ابى الفرج بن الحسن البصرى وحماسته تعرف بالحماسة البصريّة الّفه سنة ٦٤٧ وهذه الحماسات تضاهى بحماسة ابى تمّام ومنها الحماسة العسكريّة

٤٦٤٠. حماسة الراح لابى العلآء احمد بن عبد الله المعرى المتوفى سنة ٤٤٩ وهو عشر كراريس فى ذمّ الخمر خاصّة وله شرح بعض الحماسة الرياشيّة فى اربعين كراسة سمّاه الرياش المصطفى

٤٦٤١ الحمامة رسالة فى تفسير الالفاظ المتداولة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٤٦٤٢ حماية فى شرح الوقاية يأتى فى الواو ٤٦٤٣ حمد

---

*Hilli*, vulgo *Shomeim* dicto, qui quatuordecim capita fecit — *Abu'lhejjáj Yusuf Ben Mohammed Beyyási Andalusi*, anno 653 (inc. 2. Febr. 1158) mortuo, qui librum duo volumina complectentem Tunete mense Shewwál anni 646 (inc. 26. Apr. 1218) composuit. Ibi collegit, quae eligenda et approbanda duxerat e carminibus poëtarum ante Mohammedem, cum Mohammede et post Mohammedem viventium, et recentiorum, et e carminibus poëtarum recentissimorum in Oriente et Andalusia florentium. Praeterea eundem ordinem quem *Abu Temmám* sequitur — *Abu'lseádát Hibatullah Ben Ali Ibn-elshejeri* [*Alewi*] Lexicographo, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo, cujus liber pretiosus est et probitate distinctus. Laudat eum *Ibn Khallekán* — Sheikh *Abu'lhasan Ali Ben Abi'lfaruj Ben-elhasan Basri*, cujus *Hamása* nomine Basrensis inclaruit et anno 647 (inc. 16. Apr. 1249) composita est. Haec opera omnia *Hamása* dicta similia sunt *Hamásae* ab *Abu Temmám* editae. Huc pertinet etiam *Hamása Askeriyet* appellata. — 4640. Hamasa el-rah, *Hamása* vini, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. Decem quiniones, in quibus praecipue vinum graviter vituperatur. Idem partem *Hamásae Riyáshiyet* in quadraginta quinionibus commentatus est, et commentarium *El-Riyásh El-Mustafa* appellavit. — 4641. El-Hamáma, palumbes. Tractatus de vocum vulgarium explicatione, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 4642. Himáyet, defensio. Commentarius operis *Wicáyet*, de quo litera *Wáw* videatur. — 4643. Hamd

وثنا نغة منظومة فارسيّة منسوبة الى رشيد الدين [محمد بن محمد بن عبد الجليل العمرى المعروف] بالوطواط [المتوفى سنة ٥٧٣] غيّره رجل من الاروام للسلطان مراد بن محمد خان وسمّاه عقود الجواهر ٤٦٤٤ حميس فى احوال النفس النفيس والمشهور انه بالخاء المعجمة كما سيأتى بيانه فى الخاء ٤٦٤٥ الحوادث الجامعة والتجارب النافعة فى المائة السابعة لكمال الدين عبد الرزاق بن احمد ابن الفوطى البغدادى المتوفى سنة ٧٢٣ ٤٦٤٦ حوادث الدهور مدى الايام والشهور فى ذيل السلوك يأتى فى السين ٤٦٤٧ حوادث الزمان لابن ابى طى بن يحيى بن حميدة الحلبى المتوفى سنة ٦٣٠ وهو فى خمس مجلّدات على ترتيب الحروف ٤٦٤٨ حوادث الزمان وابنآئه ووفيات الاعيان وانبآئه لمحمد بن ابرهيم القرشى المعروف بابن الحمصى ٤٦٤٩ حوآئج العطّار فى عقر الحمار ليحيى بن العطّار جمع فيه مقاطيعه فى هجو ابن حجّة ٤٦٥٠ حوز المعانى فى اختصار حرز الامانى فى القرأة

---

we Thená, laus et gloria. Lexicon persicum ligata oratione conscriptum, quod *Reshíd-ed-díno* [*Mohammed Ben Mohammed Ben Abd-el-jelíl Omari*, vulgo] *Wetwát* [dicto et anno 573 (inc. 30. Jun. 1177) mortuo], tribuitur. Vir quidam Rumaeus illud Sultano *Murád Ben Mohammed Khán* meliore forma concinnavit et hanc recensionem *Ocúd el-jewáhir* inscripsit. — 4644. Hamís, fortis de iis, quae ad spiritum pretiosum pertinent. Notum est, loco *Hamís* scribendum esse *Khamís*, ut in litera *Khá* plenius describetur. — 4645. El-Hawádith El-Jámiat we El-Tejárib El-Náfiat, eventus universales et experientiae utiles. Historia seculi septimi, auctore *Kemál-ed-dín Abd-el-rezzác Ben Ahmed Ibn-elfoweti Baghdádi*, anno 723 (inc. 10. Jan. 1323) mortuo. — 4646. Hawádith el-dohúr, eventus temporum omnibus diebus et mensibus. Appendix, qua opus *Solúk* continuatur. Vide literam *Sín*. — 4647. Hawádith el-zemán, eventus temporis, auctore *Ibn Abi Tay Ben Yahya Ben Homeida Halebi*, anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuo. Quinque volumina alphabetice disposita. — 4648. Hawádith el-zemán we abnáïhi we wefayát el-ayán we anbáïhi, eventus temporis et hominum eo tempore viventium et mortes virorum spectatorum horumque historiae, auctore *Mohammed Ben Ibrahím Coreshi*, vulgo *Ibn-elhimsi* dicto. — 4649. Hawáïj el-attár fi acr el-himár, res necessariae aromatarii de vulnere asini, auctore *Yahya Ben-elattár*, qui hic fragmenta sua satyrica in *Ibn Hojjet* jacta collegit. — 4650. Hauz el-meáni, sylloge sententiarum. Epitome operis *Hirz el-amáni* de

للامام محمد بن عبد الله بن مالك الاندلسى النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ ٤٦٥١ حوز الخيام وعذراء ذوى الهيام فى رؤية خير الانام فى اليقظة كما فى المنام لمحمد بن ابرهيم المعروف بحنبلى زاده الحلبى [ المتوفى سنة ٩٧١ ] ٤٦٥٢ الحياض من صوب الغمام الفياض تركى منظوم فى مناقب ابى حنيفة للشيخ شمس الدين احمد بن محمد السيواسى اتمه سنة احدى والف ٤٦٥٣ حيدر نامه فارسى منظوم للشيخ عطار [ فريد الدين الشهيد سنة ٦٢٧ ] ٤٦٥٤ الحيدة والاعتذار فى رد من قال بخلق القرآن لابى الحسن عبد العزيز بن مسلم المكى ٤٦٥٥ حيرة الابرار من خمسة مير عليشير النوائى [ الوزير المتوفى سنة ٩٠٦ ] ٤٦٥٦ حيرة العقلاء قصيدة تركية لمولانا تاج الدين ابرهيم الاحمدى

٤٦٥٧ علم الحيل الساسانية

ذكره ابو الخير من فروع علم السحر وقال علم يعرف به طريق الاحتيال فى جلب المنافع

Corani recensionibus, auctore Imám *Mohammed Ben Abdallah Ben Málik Andalusi* Grammatico, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. — 4651. Hauz el-khiyam we Adzrá dzewi el-hoyám, defensio tentoriorum et virgo perdite amantium de optimo hominum et per vigiliam et per somnum videndo, auctore *Mohammed Ben Ibrahim Halebi*, vulgo *Hanbulizádeh* dicto [ et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo ]. — 1652. El-Hiyádh min saub el-ghamam el-feyyadh, cisternae pluvia nubium exundantium plenae. Carmen turcicum, quod Sheikh *Shems-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Siwási* anno 1001 (inc. 28. Sept. 1592) in honorem *Abu Hanífae* ejusque virtutum conscripsit. — 1653. Heider-nameh, *Heideri* liber. Carmen persicum a Sheikh [ *Ferid-ed-dín* ] *Attár*, [ qui anno 627 (inc. 20. Nov. 1229) martyrium subiit ], compositum. — 1654. El-Heideret we El-Itidzar, interitus et excusatio de eo refutando, qui Coranum creatum esse contendit, auctore *Abu'lhasan Abd-el-azíz Ben Moslim Mekki*. — 1655. Hiret el-abrar, stupor hominum justorum. Carmen pentadis a *Mír Alishír Newayi* [ Weziro, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo ], editae. — 1656. Hiret el-ocala, stupor intelligentium. *Casída* turcica, a Molla nostro *Táj-ed-dín Ibrahím Ahmedi* in publicum emissa. —

1657. Ilm el-hiyel el-sasaniyet. Doctrina artificiorum quibus divitiae parari possunt.

*Abu'lkheir* eam in disciplinis magiae secundariis numerat his verbis: Haec est doctrina, qua ratio cognoscitur, dolo et versutia commodis inserviendi et divitias

وتحصيل الاموال والذى يباشره يتزيّى فى كلّ بلدة بزىّ يناسب تلك البلدة بأن يعتقد اهلها فى اصحاب ذلك الزىّ فتارة يختارون زىّ الفقهآء وتارة يختارون زىّ الوعّاظ وتارة يختارون زىّ الاشراف الى غير ذلك ثمّ انّهم يختلون فى خداع العوامّ بامور تعجز العقول عن ضبطها منها ما حكى واحد انّه رأى فى جامع البصرة قرْدًا على مركب مثل ما يركبه ابنآء الملوك وعليه البسة نفيسة نحو ملبوساتهم وهو يبكى وينوح وحوله خدم يتبعونه ويبكون ويقولون يا اهل العافية اعتبروا بسيّدنا هذا فانّه كان من ابنآء الملوك عشق امرأة ساحرة وبلغ حبّه بسحرها الى ان مسخ الى صورة القردة وطلبت منه مالًا عظيمًا لتخليصه من هذه الحالة والقرد فى هذه الحال يبكى بانين وحنين والعامّة يرقّون عليه ويبكون وجمعوا لاجله شيئًا من الاموال ثمّ فرشوا له فى الجامع سجّادة فصلّى عليه ركعتين ثمّ صلّى الجمعة مع الناس ثمّ ذهبوا بعد الفراغ من الجمعة بتلك الاموال وامثال هذه كثيرة [قلت ذكر هذه الحكاية ايضا فى تأريخ مير خواند] وكتاب المختار فى كشف الاستار بالغ فى كشف هذه الاسرار

---

comparandi. Qui eam artem exercet, formam in quavis urbe induit ei accommodatam, quod incolae fiduciam ponunt in hominibus ejusmodi veste indutis. Modo enim vestitum jurisconsultorum eligunt, modo formam concionatorum, modo principum nobilium et quae sunt alia. Tum machinatione varia et artificiis populum decipere student, quae ille concipere non potest. — Vir quidam se in templo Basrensi primario simiam vidisse narrat vehiculo insidentem, quali principes regii insidere solent, et vestibus indutum pretiosis, quibus illi induti esse solent. Hic lacrymis et lamentatione confectus famulis circumdatus est lacrymantibus, qui eum sequentes clamarunt: O viri salute plena fruentes, ex hoc domino nostro vobis exemplum sumite. Etenim princeps regius fuit et feminam amavit praestigiatricem, cujus incantamentis status ejus ita est mutatus, ut in simiae figuram transformaretur, et magnas ab eo extorsit pecunias, ut e hoc statu liberaretur. Simia statum suum graviter gemuit et ploravit, ut populus misericordia ductus eum lugeret: propterea nonnullis numis collectis ei in templo stratum expanderunt, supra quo inter precandum duas fecit capitis inclinationes solennes. Tum precationem diei Veneris cum hominibus fecit, et ea finita cum numis abierunt. — Ejusmodi exempla multa narrantur, [et illa narratio et in *Mirkhondi* historia legitur]. Opus *El-Mokhtár fi kashf el-astár* in his secretis detegendis egregium atque insigne est.

٤٦٥٨ علم الحيل الشرعيّة

وهو باب من ابواب الفقه بل فنّ من فنونه كالفرآئض وقد صنّفوا فيه كتباً اشهرها كتاب الحيل للشيخ الامام ابى بكر احمد بن عمر المعروف بالخصّاف الحنفى المتوفى سنة ٢٦١ | وهو فى مجلّدين ذكره التميمى فى طبقات الحنفيّة | وله شروح منها شرح شمس الائمّة الحلوانى وشرح شمس الائمّة السرخسى وشرح الامام خواهر زاده ومنها كتاب محمد بن على النخعى وابن سراقة وابى بكر الصيرفى وابى حاتم القزوينى وغير ذلك ذكروا فيه الحيل الدافعة للمطالبة واقسامها من المحرّمة والمكروهة والمباحة

٤٦٥٩ حيل لابى عبد الرحمن محمد بن عبد الله العتبى الشاعر | المتوفى سنة ٢٢٨ |

٤٦٦٠ حيل لابن دريد محمد بن حسن اللغوى المتوفى سنة ٣٢١ كبير وصغير ٤٦٦١ حيل لابى عبد الله محمد بن عباس اليزيدى النحوى | المتوفى سنة ٣١٣ |

4658. Ilm el-hiyel el-shariyet. Doctrina fraudium juridicarum.

Pars est sive caput jurisprudentiae vel potius disciplina ad eam pertinens, doctrinae instar de jure hereditario. Libros de illa composuerunt, inter quos maxime elucet opus *Kitáb el-hiyel*, quod Sheikh et Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Omar* Hanefita, vulgo *Khassáf* dictus et anno 261 (inc. 16. Oct. 874) mortuus, [in duobus voluminibus, ut *Temími* in *Tabacát El-Hanefíyet* monet], edidit. Tres ejus commentarios scripserunt *Shems el-aïmmet Holwáni*, *Shems el-aïmmet Serakhsi* et Imám *Kháherzádeh.* Porro opera de hac arte *Mohammed Ben Ali Nakhaï*, *Ibn Soráca*, *Abu Bekr Seirefi*, *Abu Hátim Cazwini* aliique publicarunt, qui omnes artificia, quibus postulata repelluntur, illorumque genera exponunt, quae vel prohibita, vel invisa, vel licita sunt.

4659. Hiyel, artificia, auctore *Abu Abd-el-rahman Mohammed Ben Abdallah Othi* Poëta, [anno 228 (inc. 10. Oct. 842) mortuo]. — 4660. Hiyel, artificia, auctore *Ibn Doreid Mohammed Ben Hasan* Lexicologo, anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuo. Editio major et minor. — 4661. Hiyel, artificia, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abbás Yezidi* Grammatico, [anno 313 (inc. 29. Mart. 925) mortuo].

### ٤٦٦٢ علم الحيوان

وهو علم باحث عن احوال خواصّ انواع الحيوانات وعجآئبها ومنافعها ومضارّها وموضوعه جنس الحيوان البرّىّ والبحرى والماشى والزاحف والطآئر وغير ذلك والغرض منه التداوى والانتفاع بالحيوانات والاجتناب عن مضارّها والوقوف على عجآئب احوالها وغرآئب افعالها وفيه كتب قديمة واسلاميّة منها كتاب الحيوان لديموقراطيس ذكر فيه طبآئعه ومنافعه وكتاب الحيوان لارسطاطاليس تسعة عشر مقالًا نقله ابن البطريق من اليونانى الى العربى وقد يوجد سريانيًّا نقلًا قديمًا اجود من العربى ولارسطو ايضا كتاب فى نعت الحيوان الغير الناطق وما فيها من المنافع والمضارّ وكتاب الحيوان لابى عثمان عمرو بن بحر الجاحظ البصرى المتوفى سنة ٢٥٥ وهو كبير اوله جنّبك الله تعالى الشبهة وعصمك من الحيرة الخ قال الصفدى ومن وقف على كتابه هذا وغالب تصانيفه ورأى فيها الاستطرادات التى استطردها والانتقالات التى ينتقل اليها والجهالات التى يعترض بها فى غضون كلامه بادنى ملابسة علم ما

---

4662. Ilm el-heiwán. Cognitio animalium.

Haec doctrina de iis quaerit, quae ad proprietates variorum animalium generum, res in iis mirandas, utilitates et incommoda pertinent. Ejus objectum genus animantium est et terrestrium et marinorum, incedentium, reptilium, volantium et quae sunt alia. Fructus autem ex ea capiendus in medicinis quaeritur et utilitatibus ex animalibus parandis, malis quae afferunt devitandis, qualitatibus eorum mirabilibus factisque singularibus cognoscendis. Exstant de ea opera antiqua et post Islamum scripta. Ita Democratus in libro *Kitáb el-heiwán* inscripto animalium naturas et utilitates describit, Aristoteles undeviginti tractatus composuit, quos *Ibn-elbitric* e graeco sermone in arabicum transtulit. Iidem in versione syriaca antiquiore et meliore leguntur. Aristoteles pariter librum edidit de descriptione animalium irrationalium et commodis incommodisque quae afferunt. Deinde *Abu Othmán Amru Ben Bahr Jáhitz Basri*, anno 255 (inc. 20. Dec. 868) mortuus, librum animalium magnum edidit, qui ita incipit: Deus a te dubium removeat et te contra animi perturbationem muniat etc. *Safedi* dicit: „Qui hoc illius opus et maximam ejus librorum partem inspicit et degressiones ibi videt a proposita oratione, quas sibi permittit, excessus, ad quos rapitur, ignorantiae documenta, in quae in orationis cursu ambiguitate vilissima

يلزم الاديب وما يتعيّن عليه من مشاركة المعارف اقول ما ذكره الصفدى من اسناد الجهالات اليه صحيح واقع فيما يرجع الى الامور الطبيعيّة فانّ الجاحظ من شيوخ الفصاحة والبلاغة لا من اهل هذا الفنّ ومختصر حيوان الجاحظ لابى القاسم هبة الله بن القاضى الرشيد جعفر المتوفى سنة ٦٠٨ واختصره الموفق البغدادى ايضا وكتاب الحيوان لابن ابى الاشعث ومختصره للموفق المذكور ايضا

١٦٦٣ حيوة الحيوان للشيخ كمال الدين محمد بن عيسى الدميرى الشافعى المتوفى سنة ٨٠٨ وهو كتاب مشهور فى هذا الفنّ جمع بين الغث والسمين لانّ المصنّف فقيه فاضل محقّق فى العلوم الدينيّة لكنّه ليس من اهل هذا الفنّ كالجاحظ وانّما مقصده تصحيح الالفاظ وتفسير الاسمآء المبهمة كما قال فى اول كتابه هذا كتاب لم يسألنى احد تصنيفه وانّما دعانى الى ذلك انه وقع فى بعض الدروس ذكر مالك الحزين والذبيح المنحوس فحصل بذلك ما يشبه حَرْبَ البسوس فاستخرت الله فى وضع كتاب فى هذا الشأن ورتّبته على حروف المعجم

depravatae implicatur, bene intelligit, quae viro literarum studioso necessaria sint et quantum ei sit cognitione universali amplectendum." — Quod *Safedi*, ut mihi videtur, de ignorantiae documentis ei vitio datis dicit, verum est, et praecipue locum habet in iis, quae res physicas spectant. *Jahitz* enim vir quidem admodum eloquens est et facundus, nec tamen hujus scientiae satis gnarus. — Hujus animalium descriptionis epitomas ediderunt *Abu'lcásim Hibatallah Ben El-Cádhi El-Reshíd Jafar*, anno 608 (inc. 15. Jun. 1211) mortuus, et *Mowaffic-ed-dín Baghdádi.* Praeterea *Ibn Abi'lashath* historiam animalium composuit, cujus epitomen idem *Mowaffic-ed-dín* modo laudatus confecit.

1663. Hayat el-heiwán, vita animalium, auctore Sheikh *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Isa Demíri* Shafiita, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. Hoc opus in suo genere insigne exilia miscet nitidis. Etenim auctor jurisconsultus bene meritus et probe versatus in rebus religionem spectantibus, attamen non magis in viris hujus doctrinae peritis numerandus est quam *Jáhitz.* Etenim nihil spectat nisi correctam verborum scriptionem et nominum dubiorum et incertorum expositionem, ut ab initio libri dicit his verbis: Nemo a me hujus libri compositionem postulavit, sed ad eum scribendum me illud excitavit, quod in nonnullis scholis mentio fit avis *Málik el-hazín* (ardea) et bestiarum mactandarum infaustarum, unde rixa orta est bello similis a femina *Basús* dicto. Itaque Deum precatus sum omnia bona et fausta de libro hujus generis conscribendo, quem ad ordinem literarum disposui. — Haec

النبى وذكر انّه جمعه من خمسمأئة وستين كتابًا ومأئة وتسعين وتسعة ديوانًا من دواوين شعرآء العرب وجعله نسختين كبرى وصغرى فى كبيره زيادة التأريخ وتعبير الرؤيا وفرغ من مسودته فى شهر رجب سنة ٧٧٣ اوله الحمد لله الذى شرف بوح الانسان الخ ولهذا الكتاب مختصرات منها مختصر الشيخ شمس الدين محمد بن ابى بكر ابن الدمامينى المتوفى سنة ٨٢٨ اوله الحمد لله الذى اوجد بفضله حيوة الحيوان الخ ذكر فيه انّ كتاب شيخه هذا كتاب حسن فى بابه جمع ما بين احكام شرعيّة واخبار نبويّة ومواعظ نافعة وفوآئد بارعة وامثال سآئرة وابيات نادرة وخواصّ عجيبة واسرار غريبة لكنّه طوّل فى بعض اماكنه ووقع فى بعضه ما لا يليق بمحاسنه فاختار منه عينه وسمّاه عينى الحيوة مبديا الى الامير احمد پاشا ابن مظفر شاه من ملوك الهند وفرغ فى شعبان سنة ٨٢٣ ومختصر عمر بن يونس بن عمر الحنفى اوله الحمد لله الذى يسّر للانسان منافع الحيوان الخ ذكر فيه انّه اقتصر من الحيوان على خواصّه ومعناه اللغوى واضاف الى ذلك ما وجد فى خريدة العجآئب ولم يخرج عن المعنى

---

ille. — Monet deinde, se eum e quingentis sexaginta libris et centum nonaginta novem carminum corporibus a poëtis Arabicis scriptis collegisse et duas fecisse editiones, majorem et minorem, quarum illa plura continet historica et de somniorum interpretatione. Adversaria libri mense Rejeb anni 773 (inc. 15. Jul. 1371) confecit et incepit ab his verbis: Laus Deo, qui stirpem humanam nobilitavit etc. — Plures hujus libri epitomas confecerunt, ut Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Demámíni*, anno 828 (inc. 23. Nov. 1424) mortuus, cujus epitome ita incipit: Laus Deo qui benignitate sua vitae animalium existentiam dedit etc. Liber hic Sheikhi mei, inquit, in suo genere excellens est, et auctor statuta legalia, traditiones propheticas, praecepta paraenetica utilia, adnotationes praeclaras et doctrinae plenas, proverbia vulgata, versus singulares, proprietates mirandas et arcana rara collegit: attamen in aliis locis nimis longus est, in aliis res inveniuntur, quae, non obstante earum praestantia, nullo modo conveniunt. Itaque praestantissima inde elegit, epitomenque, quam mense Shabán anni 823 (inc. 17. Jan. 1420) absolvit, *Ainei el-hayát* inscripsit, et Emiro *Ahmed Pásha Ibn Motzaffer Sháh* Indiae principi obtulit — porro *Omar Ben Yunos Ben Omar* Hanefita, cujus epitome ita incipit: Laus Deo, qui homines in capiendo ex animalibus fructu adjuvat etc. Se acquievisse hic dicit in describendis animalium proprietatibus nominumque significationibus eruendis. Ad haec addidit, quae in opere geographico *Kharídet el-ajäïb* invenit

المقصود ومختصر الشيخ تقي الدين محمد بن احمد الفاسي المتوفى سنة ٨٣٢ قال السخاوي في حقّ الاصل وهو نفيس مع كثرة استطراده فيه من شيء الى شيء واتوهّم انّ فيه ما هو مدخول لما فيها من المناكير وقد جرّدها الفاسي ونبّه على اشيآء مهمّة يحتاج الاصل اليه انتهى ومختصر علي المقري نزيل مكة المتوفى سنة ١٠١٦ سمّاه بهجة الانسان ومهجة الحيوان اوله الحمد لله الذي كرّم نوع الانسان الخ ذكر انّه الّفه بمكة سنة ١٠٠٣ ومختصر الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله خالق الحيوان الخ ذكر فيه انّه حذف من حشوه كثيرًا وعوّض منه امرين احدهما زيادة فآئدة في الحيوان الذي ذكره والثاني ذكر ما فاته من الحيوان ملتقطًا من كتب اللغة فميّزه في اوله بقلت وانتهى سمّاه ديوان الحيوان والقسم الثاني مرتّب على الحروف سمّاه ذيل الحيوان وفرغ منه في ذي القعدة سنة ٩٠١ وترجمة حيوة الحيوان بالفارسيّة لحكيم شاه محمد القزويني الّفه

nec ab oratione proposita degreditur — Sheikh *Tacki-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Fási*, anno 832 (inc. 11. Oct. 1428) mortuus. *Sekhávi:* Archetypum, inquit, pretiosum est, quanquam degressio ab alia re ad aliam ibi haud rara est, et suspicor utique, inveniri ibi corrupta, cum plura ei insint haud certa auctoritate confirmata. Haec *Fási* delevit et de gravioribus rebus monet, quibus archetypum vix carere possit. — Haec ille — *Ali* Corani Lector et Mekkae inquilinus, anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607) mortuus, qui epitomen *Behjet el-insán we Mohjet el-heiwán* inscripsit et ita incipit: Laus Deo qui genus humanum honoravit etc. Se eam Mekkae anno 1003 (inc. 6. Sept. 1594) composuisse dicit — Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, cujus epitome, *Diwán el-heiwán* inscripta, ita incipit: Laus Deo animalium creatori etc. Multa se monet superflua removisse iisque duas res substituisse, quarum altera majorem de animalibus ab eo descriptis adnotationem spectet, altera mentionem animalium ab auctore omissorum, ita ut ex operibus lexicologis necessaria eligeret et ab initio sua ab auctoris verbis formula „Dico" et „Haec hactenus" distingueret. Posterior pars, quam mense Dzi'lcadet anni 901 (inc. 21. Sept. 1495) absolvit, ad ordinem alphabeticum disposita et *Dzeil el-heiwán* inscripta est. Persicam operis *Hayát el-heiwán* interpretationem additamentis auctam *Hakím Shah Mohammed Cazwini* Sultano *Selím*

للسلطان سليم خان القديم وزاد عليه اشياء وذيل حيوة الحيوان لقاضى جمال الدين محمد بن على بن محمد الشيبى المكى المتوفى سنة ٨٣٧ سمّاه طيّب الحيوة ٤٦٦٤ حيوة الارواح ونجاة الاشباح رسالة مفيدة للشيخ محمود افندى الاسكدارى المتوفى سنة ١٠٣٨ اوله الحمد لله الذى احيى قلوب العارفين بالحيوة الابديّة الخ قال هذه رسالة فى قسمى الموت وحشر الارواح والاجساد وبيان بعض منازل اهل السلوك والاجتهاد ورتّبتها على قسمين وابواب وفصول القسم الاول فى الموت الاضطرارى وفيه ابواب [القسم] الثانى فى الموت الاختيارى والحشر المعنوى ٤٦٦٥ حيوة العلوم رسالة للشيخ محمد المغربى الشاذلى كتبها فى البحث عن ماء الحيوة ٤٦٦٦ حيوة القلوب فى التصوّف لمحمد بن الحسن الاسنائى المتوفى سنة ٧٦٤ ٤٦٦٧ حيوة القلوب فى الموعظة للشيخ نبى وقيل عبد البارى بن طورخان السينوبى الواعظ ذكر فيه انّه جمع من الكتب المعتبرة ما يتعلّق بالترغيب والترهيب واورد فيه استشهادًا من الآيات والاحاديث وحكايات المشايخ ورتّب على سبعة

*Khán* confecit, et Cádhi *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Sheibi Mekki*, anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortuus, archetypum appendice *Tayyib el-hayat* inscripta continuavit. — 4664. Hayát el-arwah we Nejat el-ashbah, vita spirituum et effugium corporum, auctore Sheikh *Mahmúd Efendi Uskudári*, anno 1038 (inc. 21. Aug. 1628) mortuo. Tractatus utilis, qui ita incipit: Laus Deo, qui corda spiritalium vita aeterna donavit etc. Auctor: Duas ei, inquit, partes dedi, quae de morte animarumque et corporum resurrectione agunt, et nonnullos viae mysticae asseclarum gradus et summum scientiae studium explicant. Eas denuo in duas partes, sectiones et capita disposui. Altera pars mortem involuntariam tractat et capita continet, altera de morte voluntaria et resurrectione speculativa agit. — 4665. Hayat el-olúm, vita doctrinarum. Tractatus, quem Sheikh *Mohammed Maghribi Shádzili* de aqua vitali perquirenda scripsit. — 4666. Hayát el-colub, vita cordium de Theosophia, auctore *Mohammed Ben-elhasan Isnáyi*, anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuo. — 4667. Hayát el-colúb, vita cordium. Opus paraeneticum, auctore Sheikh *Nebi*, sive ut alii volunt, *Abd-el-bári Ben Turkhán Sinúbi* Concionatore. Monet hic se e libris magni aestimatis collegisse cum iis cohaerentia, quae ad bona excitent et a malis deterreant, versus coranicos, traditiones, narrationes

وتسعين بابًا وفرغ عن تأليفه في بلدة ادرنه سنة ٩٣٦ وفيه ردود على الخلوتية والصوفية

٤٦٦٨ حيوة القلوب فيه ايضا للشيخ جمال الدين حسين بن على الحصني ألفه سنة ٩٥٨

٤٦٦٩ حيوة النفوس

Sheikhorum testes praeceptorum adhibet, totum in nonaginta septem capita distribuit et in urbe Edrene (Adrianopoli) anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) absolvit. Continet refutationes sectarum *Khalwetiyet* et *Sufiyet*. — 4668. Hayat el-colúb, vita cordium. Opus ejusdem argumenti a Sheikh *Jemál-ed-dín Hosein Ben Ali Hisni* anno 958 (inc. 9. Jan. 1551) compositum. — 4669. Hayát el-nofús, vita animarum.

## باب الخاء المعجمة

٤٦٧٠ خاتم الشيخ الامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ وهو المشهور بوفق زحل من علم الحروف وله شروح منها شرح شرف الدين ابى عبد الله بن فخر الدين عثمان بن على المعروف بابن بنت ابى سعد املى فى مجلسين احدهما فى ثامن محرم سنة ٨٩٤ سماه مستوجبة المحامد فى شرح خاتم ابى حامد ٤٦٧١ خادم الرافعى والروضة فى الفروع لبدر الدين محمد بن بهادر الزركشى الشافعى المتوفى سنة ٧٩٤ ذكر فى بغية المستفيد انه اربعة عشر مجلدا كل منها خمسة وعشرون كراسة ثم انى رأيت المجلد الاول منها افتتح بقوله الحمد لله الذى امدنا بنعمته الخ وذكر انه شرح فيه مشكلات الروضة وفتح مغلقات فتح

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA KHÁ PUNCTO DIACRITICO NOTATA INCIPIUNT.

4670. **Khátim El-Sheikh**, annulus signatorius Sheikhi et Imámi *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortui. Opus plerumque *Wafe Zohal* (quadratum talismanicum planetae Saturni) dicitur et de usu literarum mystico agit. Inter ejus interpretes fuit *Sheref-ed-dín Abu Abdallah Ben Fakhr-ed-dín Othmán Ibn Ali*, vulgo *Ibn bint Abi Sa'd* dictus, qui in duobus consessibus dictavit, quorum prior die octavo mensis Moharrem anni 894 (inc. 5. Dec. 1488) habitus et *Mostaujibet el-mehámid fi sharh Khátim Abi Hámid* inscriptus est. — 4671. **Khádim El-Ráfii we El-Raudhet**, famulus *Ráfii* et operis *Raudhet* de partibus juris derivatis, auctore *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Behádir Zerkeshi* Shafiita, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. In opere *Bughyet el-mustefíd* ei quatuordecim volumina tribuuntur, quae singula viginti quinque quiniones continent. Vidi primum volumen, quod ab his verbis incipit: Laus Deo, qui gratia sua nobis terminavit etc. Se exposuisse dicit locos difficiles operis *Raudhet*

العزيز وهو على اسلوب التوسّط للاذرعى وأخذ جلال الدين السيوطى يختصر من الزكوة الى آخر الحجّ ولم يتمّ وسمّاه تحصين الخادم ٤٦٧٢ خادم النعل الشريف رسالة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ذكره فى فهرس مؤلّفاته من فنّ الحديث ٤٦٧٣ الخاطرات لابن جنّى ٤٦٧٤ خافية فى علم الحروف مختصرات منسوبة الى افلاطون وسامور الهندى اوّل خافية الحمد لله الذى خلق الانسان الخ والامام جعفر الصادق بن محمد بن الباقر المتوفى سنة ١٤٨ ذكر البسطامى انّه جعل فيه الباب الكبير ا بَ تَ ثَ الخ والباب الصغير مصوب ومقلوب وهرمس ٤٦٧٥ خالصة الحقائق لما فيه من اساليب الدقائق لابى القسم عماد الدين احمد الفارابى المتوفى سنة ٦٠٧ مجلّد اوله الحمد لله الذى يرى كلّ حىّ الخ رتّب على خمسين بابًا واورد فى كلّ منها طرفًا من الاخبار والآثار وكلمات الاكابر وحكم والاشعار وفرغ منه فى سنة ٥٩٧ واختصره على بن محمود بن محمد الرائض البدخشانى وسمّاه

et obscuriora explanasse libri *Fat'h el-azîz* ad rationem libri *Tewassot* ab *Adrei* editi. *Jelâl-ed-dîn Soyûti* opus in epitomen *Tehsîn El-Khâdim* inscriptam cogere incepit a capite Eleemosynae usque ad caput Peregrinationis Mekkanae, nec tamen absolvit. — 4672. Khâdim el-na'l el-sherîf, famulus calcei nobilis. Tractatus *Jelâl-ed-dîn*i *Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyûti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortui, quem in operum suorum catalogo in scriptis de re traditionaria numerat. — 4673. El-Khâtirât, cogitationes, auctore *Ibn Jinni*. — 4674. Khafiyet, occulta. Compendia de usu literarum mystico, quae Platoni et *Samûro* Indo tribuuntur, quorum unum ita incipit: Laus Deo, qui hominem creavit etc. Alia ejusdem tituli opera ediderunt Imâm *Jafar El-Sâdic Ben Mohammed Ben Bâckir*, anno 148 (inc. 27. Febr. 765) mortuus, qui teste *Bistâmi* caput magnum e literis *Elif*, *Bâ*, *Tâ*, *Thâ* et quae sequuntur, composuit et parvum caput e literis desuper descendentibus et inversis — et *Hermes*. — 4675. Khâliset el-hacaïc, veritates exquisitae propter varia subtilitatum genera iis inserta, auctore *Abu'lcâsim Imâd-ed-dîn Ahmed Fârâbi*, anno 607 (inc. 25. Jun. 1210) mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui omne vivum creavit etc. Auctor quinquaginta capita fecit, quibus singulis nonnullas prophetae ejusque sociorum traditiones, virorum magnorum effata, apophthegmata et carmina immiscuit. Opus anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) absolvit, et *Ali Ben Mahmûd Ben Mohammed Râïdh Bedakhshâni* ejus epitomen edidit *Akhlas*

اخلص الخالصة لتحصه على سبيل الايجاز والاقتصار اوله الحمد لله الاحد القديم السلام الخ
٤٦٧٦ خاور نامه فارسى منظوم لمحمد بن حسام الدين المتوفى سنة ٨٩٢ بقهستان نظم فيه
سيرة على بن ابى طالب رضى الله عنه   ٤٦٧٧ خبايا الزوايا فى الفروع لبدر الدين محمد بن
عبد الله الزركشى الشافعى المتوفى سنة ٧٩٤ اوله الحمد لله الذى لم تزل نعمته تتجدّد الخ
ذكر فيه ما ذكره الرافعى والنووى فى غير مظنّتها من الابواب فردّ كلّ شكل الى شكله وكلّ فرع
الى اصله الخ واستدرك عليه الشريف عزّ الدين حمزة بن احمد الحسينى الدمشقى الشافعى
المتوفى سنة ٨٧٤ وسمّاه بقايا الخبايا ولبدر الدين ابى السعادات محمد بن محمد البلقينى
المتوفى سنة ٨٩٠ حاشية عليه   ٤٦٧٨ خبايا الزوايا فيما فى الرجال من البقايا مجلّد لاديب
العصر شهاب الدين احمد الخفاجى المصرى [المتوفى سنة ١٠٦٩] اوله حمدًا لك اللّهم بطوق جيّد
البلاغة نظم عقوده الخ ذكر فيه ادباء عصره من شيوخه وشيوخ ابيه كصاحب الذخيرة

---

*el-khâliset* inscriptam, ubi meliora breviter et compendiose in summam collegit et ita incepit: Laus Deo unico, aeterno, saluti etc. — 4676. Khâwer-nâmeh, liber solis. Carmen persicum, ubi *Mohammed Ben Hosâm-ed-dîn*, anno 892 (inc. 28. Dec. 1486) in Cuhistân mortuus, vitam *Alîi Ben Abi Tâlib*, cui Deus propitius sit, describit. — 4677. Khabâyâ el-zewâya, arcana in angulis latentia de partibus juris derivatis, auctore *Bedr-ed-dîn Mohammed Ben Abdallah Zerkeshi* Shafiita, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. Incipit opus ita: Laus Deo, cujus gratia nullo tempore se renovare desinit etc., et auctor hic eadem profert, quae *Râfii* et *Newewi*, minime vero ordinem et locum capitum secutus est, ut singulis figuris congruis locum redderet, et partes derivatas primo fonti adjiceret etc. Quae desiderabantur, Sherif *Izz-ed-dîn Hamza Ben Ahmed Hoseini Dimeshki* Shafiita, anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuus, addidit et supplementum hoc *Becâyâ el-khabâyâ* inscripsit. *Bedr-ed-dîn Abu'lseâdât Mohammed Ben Mohammed Bolekeini* glossas ad *Khabâyâ* in publicum emisit. — 4678. Khabâyâ el-zewâyâ, arcana in angulis latentia de rebus in viris residuis, auctore viro suo tempore humanitatis studiis spectatissimo *Shehâb-ed-dîn Ahmed Khafâji Misri*, [anno 1069 (inc. 19. Sept. 1658) mortuo]. Volumen, quod ita incipit: Laudem Tibi, o Deus, cujus monilia colli egregiâ eloquentiae vi certo ordine componuntur etc. Recenset auctor viros aetatis suae literarum studiosos, quos doctores habuit, doctores patris sui, inter eos

وقلائد العقيان واليتيمة والدمية وعقود الجمان ورتّب على خمسة اقسام الاول فى رجال الشأم والثانى فى رجال الحجاز والثالث فى رجال مصر والرابع فى رجال المغرب والخامس فى رجال الروم والخاتمة فى نظم المؤلّف ونثره وهو تأليف لطيف يدلّ على مهارة مؤلّفه فى الادب ٤٦٧٩ الخبر الدالّ على وجود القطب والاوتاد والنجباء والابدال رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن ابن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله الذى فاوت بين خلقه فى المراتب الخ ٤٦٨٠ الخبر عن البشر للشيخ تقى الدين احمد بن على المقريزى المؤرّخ المتوفى سنة ٨٤٥ وهو كبير فى اربع مجلّدات ذكر فيه القبائل وانساب النبى صلعم وعمل له مقدّمة فى مجلّد ٤٦٨١ خبر قسّ بن ساعدة الايادى لابى محمد عبد الله بن جعفر بن درستويه النحوى المتوفى سنة ٣٤٧ ٤٦٨٢ خبرة الفقهاء مختصر لاشرف الدين احمد بن اسعد الفرغانى الحنفى وهو بكسر الخاء المعجمة كالاختبار بمعنى الامتحان اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ذكر فيه انّ الملك فخر

auctores operum *Dzekhíret*, *Calàïd el-icyan*, *Yetímet*, *Dumyet*, *Ocúd el-jomán*, totumque opus in quinque partes divisit, quarum prima de viris Syriae, secunda de Hijazensibus, tertia de Aegyptiis, quarta de Mauris, quinta de Rumaeis agit. Conclusio orationem auctoris et ligatam et solutam tractat. Opus est elegans, quod sollers auctoris ingenium in rebus ad humanitatis studia pertinentibus probat. — 4679. El-Khaber El-Dall, historia existentiam poli (i. e. Sufi pii), paxillorum (i. e. quatuor virorum in quatuor terrae tractibus habitantium), quadraginta mundi creati gestatorum et monachorum devotorum *Abdál* dictorum probans, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, qui inter ordines rerum creatarum distinxit etc. — 4680. El-Khaber an el-besher, notitia de genere humano, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ahmed Ben Ali Macrízi* Historiographo, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. Liber magnus quatuor voluminum, in quo tribus Arabicae et genealogiae prophetae laudantur. Praemissa est introductio singulari volumine. — 4681. Khaber Coss, notitia *Cossi Ben Sáïda Iyádi*, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Jafar Ben Dorostaweih* Grammatico, anno 347 (inc. 25. Mart. 958) mortuo. — 4682. Khibret (quae vox idem significat quod *Ikhtibar* i. e. *Imtihan*) el-focaha, experientia jurisconsultorum, auctore *Eshref-ed-dín Ahmed Ben Ased Ferghání* Hanefita. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo mundorum domino etc. Ibi jurisconsultos a principe *Fakhr-ed-dewlet Arslán*

الدين ارسلان اقبل على الفقهاء وان بعض اكابر الدولة سأله ان يترجم كتابا جمعه الفقيه ابو يوسف يعقوب بن يوسف بن طلحة فى ايام ابرهيم بن ناصر الدين سبكتكين بالفارسية فجعله عربيا وسماه بستان الاسولة وهو مشتمل على مسائل وكانت عادة الملوك تجربة العلماء بالمسائل اختبارا عن علمهم وهى على ثلثة اضرب الاول ان يكون المسألة مشتملة على وجوه وتفصيل والثانى ان يكون مسألتان متشابهتان ظاهرا وبينهما فرق فى الحكم والمعنى والثالث مسائل تبعد عن الفهم وتحتاج فى استخراجها الى زيادة تأمل ٤٦٨٣ ختم الانبياء للشيخ ابى عبد الله محمد بن على المعروف بالحكيم الترمذى المتوفى سنة ٢٥٥ وهو مختصر اوله الحمد لله رب العالمين الخ ٤٦٨٤ خادم الظرفاء ونديم اللطفاء من كتب الادب فيه اشعار رائقة وامثال وحكم فائقة وهزل مطرب رتبه على اثنى عشر قسما اوله الحمد لله الذى اوضح لذوى الادب منهج البلاغة الخ ٤٦٨٥ خرائد الملوك فى فوائد السلوك للشيخ

sollicitatos esse dicit, et se a quodam viro aulae spectato rogatum esse, ut librum traderet, quem *Abu Yusuf Yacúb Ben Yusuf Ben Telha* Jurisconsultus tempore *Ibrahími Ben Násir-ed-dín Sebuktekín* persice composuerit. Vertit igitur eum arabice et hanc versionem *Bostan el-eswilet* appellavit. Complectitur quaestiones, et consuetudo erat principum viros doctos quaestionibus experiri ad doctrinam eorum probandam. Hae quaestiones triplicis sunt generis, quarum primum eo spectatur, quod quaestio varios modos et partes singulas complectitur, secundum, quod duae quaestiones extrinsecus inter se similes sunt, at bene distinguendae pro usu et argumento, tertium, quod quaestiones haud satis apertae sunt ad intelligendum earumque explicatio strenuiori eget cogitatione. — 4683. Khatem el-anbiya, annulus prophetarum signatorius, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Tirmidzi*, vulgo *Hakím* cognominato et anno 255 (inc. 20. Dec. 868) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 4684. Khadim el-tzorafá we Nedím el-lotafa, famulus ingeniosorum et sodalis perspicacium. Pertinet ad opera ethica et carmina continet elegantia, proverbia, apophthegmata praestantissima, jocos oblectantes. Totum in duodecim partes distributum est et incipit ita: Laus Deo, qui viam eloquentiae viris literarum ethicarum studiosis aperit etc. — 4685. Kharaïd el-molúk fi fewaïd el-soluk, margaritae principum non perforatae de praeceptis viae mysticae utilibus, auctore Sheikh

عبد الرحمن بن محمد البسطامى مختصر على بابين اوله فى رياسة الفصل والثانى فى كشف الالتباس عمّا قيل فى الخضر والياس الّفه لابى العباس خضر بن الياس القاضى اوله الحمد لله الذى انزل كتاب عدله الخ ٤٦٨٦ خرد نامه منظومات فارسيّة وتركيّة وفارسيّة لمولانا عبد الرحمن الجامى جعله السابع من كتب هفت اورنك ووزنه من زحاف المتقارب المثمن ومن خمسة النظامى فيقال له اسكندر نامه وتركيّة لمولانا شيخى الكرمانى كتبه للسلطان محمد بن يلدرم ولمولانا محمود بن عثمان المعروف بلامعى البرسوى المتوفى سنة ٩٤٠ ٤٦٨٧ خريدة الامثال

٤٦٨٨ خريدة العجآئب وفريدة الغرآئب لزين الدين عمر بن المظفر ابن الوردى المتوفى سنة ٧٤٩ وهو مجلّد نصف اوله فى ذكر اقاليم وبلدان والباقى فى بعض احوال المعدن والنبات والحيوان لكنّه اورد فى اوله دآئرة مشتملة على صور الاقاليم والبحار زعمًا منه انّه كذلك فى نفس الامر وهو الضلال البعيد عن الحقّ المطابق للواقع فانّ الرجل ليس من

*Abd-el-rahman Ben Mohammed Bistámi.* Compendium duo capita complectens, quorum prius de principatu distinctionis inter fas et nefas agit, posterius de removendo dubio ab iis, quae de *Khidhr* et *Elia* praedicantur. Auctor scripsit in gratiam *Abu'labbási Khidhr Ben Elias El-Cádhi*, et incipit ita: Laus Deo, qui librum justitiae suae revelavit etc. — 4686. Khired-námeh, liber intelligentiae, quem titulum carmina persica et turcica prae se ferunt. Persicum *Iskender-námeh* appellatum Molla nostrum *Abd-el-rahman Jámi* auctorem habet, qui illud septimum esse voluit libri *Heftureng* (i. e. sidus ursae) metro Motecárib Mothemmen imperfecto compositum, quod et *Nitzámi* in sua Pentade secutus est. Turcicum a Molla nostro *Sheikhi Kermáni* in honorem Sultani *Mohammed Ben Yildirim* compositum est, et a Molla nostro *Mahmud Ben Othmán Bursewi*, vulgo *Lámii* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 4687. Kharidet el-amthal, margarita proverbiorum pretiosa. — 4688. Kharidet el-ajaïb we Feridet el-gharaïb, margarita pretiosa rerum mirabilium et unio rerum memoria dignarum, auctore *Zein-ed-din Omar Ben-elmotzaffer Ibn-elwerdi*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. Volumen, ubi dimidia initii pars in describendis climatibus et urbibus versatur, reliqua pars in iis, quae ad fodinas, plantas et animalia pertinent, aliquatenus commemorandis. Attamen ab initio circulum profert formas climatum et marium continentem, quas ita re vera esse opinabatur: at error est a veritate cum re ipsa consentanea multum alienus, auctor enim minime peritus geographus est, et ratio ejus figuras depingendi

اهل فنّ جغرافيا وتصويره لا يقاس على سآئر النقوش والتصاوير ومع ذلك اورد فيه اخبارًا واهية واموراً مستحيلة كما هو دأب اهل العربيّة والادبآء الغافلين عن العلوم العقليّة انّ هذا الكتاب متداول بين اصحاب العقول القاصرة كامثاله اوله الحمد لله غافر الذنب وقابل التوب الخ ولعلّ المصنّف اشار الى هذا التأليف وامثاله من الذنوب وترجمته لرجل بالتركيّة من الاروام نقله بالتماس من عثمان بن اسكندر پاشا ٤٦٨٩ خريدة الفوآئد وجريدة الفرآئد لمحمد بن احمد الدمشقى خطيب العادليّة بحلب وهو مختصر اوله الحمد لله محمود الفعال الخ ذكر فيه انّه الّفه لمحمود پاشا ورتّبه على اربعة ابواب الاول فى نصيحة الحكام والثانى فيما يتعلّق باسمه من علم الحروف والثالث فيما يناسب من الاوفاق والخواتيم والادعية والرابع فيما يلزمه من تعظيم العلم والعلمآء ٤٦٩٠. خريدة القصر وجريدة اهل العصر مجلّدات لعماد الدين [الوزير العلّامة] ابى عبد الله محمد بن محمد الكاتب الاصفهانى المتوفى سنة ٥٩٧ اوله الحمد لله مودع ارواح المعانى اشباح الالفاظ الخ ذكر انّه جعله ذيلًا على

non respondet picturis et tabulis geographicis. Praeterea ibi historias narrat futiles et res plane absurdas, ut mos est hominum grammaticae arabicae tantum peritorum et humanitatis studiosorum, qui doctrinas intellectuales negligunt; hic liber enim multum in manibus versatur virorum, qui mentis acie parum valent, ut fit in similibus. Incipit autem ita: Laus Deo peccata condonanti et poenitentiam admittenti etc., quibus verbis auctor fortasse indicare voluit, hoc opus et similia in peccatis esse numeranda. Turcicam libri translationem vir quidam Rumaeus ab *Othmán Ben Iskender Pásha* invitatus curavit. — 4689. Kharídet el-fewáïd we Jerídet el-feráïd, margarita adnotationum utilium pretiosa et palma rerum singularium, auctore *Mohammed Ben Ahmed Dimeshcki* ad aedem Halebensem *Adilíyet* Concionatore. Compendium hoc, quod ita incipit: Laus Deo, cujus opera laudem merentur etc., *Mahmúd Páshae* composuisse dicit et in quatuor capita distribuit, quorum primum consilia judicum continet, secundum ea, quae ex scientia usus literarum mystici nomen ejus tangunt, tertium ea, quae e quadratis annulisque talismanicis et precibus illuc respiciunt, quartum ea, quae officium ei imponunt doctrinam et viros doctos magni aestimandi. — 4690. Kharídet el-casr we Jerídet ahl el-asr, margarita palatii pretiosa et palma aequalium, auctore [Weziro doctissimo] *Imád-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed Isfaháni* Scriba, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. Plura volumina, quae ita incipiunt: Laus Deo, qui animas sententiarum corporibus verborum servandas tradidit etc. Auctor opus, ut ipse dicit,

كتب زينة الدهر للخطيرى وهو ذيل دمية القصر للباخرزى وهو ذيل يتيمة الدهر للثعالبى وهو ذيل البارع لهارون المنجّم وذكر ايضا انّه اورد الشعرآء الذين دنوا بعد المائة خمسة الى سنة اثنتين وتسعين وخمسمائة من اهل العراق والشأم ومصر والجزيرة والمغرب وهو فى نحو عشر مجلّدات ومختصره المسمّى بعود الشباب وسمّيه الشهاب بطرد الذباب فى مجلّد لمولانا على بن محمد المعروف برضائى الرومى المتوفى قاضيا بمصر سنة ١٠٣٩ اوله الحمد لله الذى حمده عنوان كلّ خريدة الخ ٤٦٩١ خزانة الافتخار ٤٦٩٢ خزانة الاكمل فى الفروع ست مجلّدات لابى يعقوب يوسف بن على بن محمد الجرجانى الحنفى ذكر فيه انّ هذا الكتاب محيط بجلّ مصنّفات الاصحاب بدأ بكافى الحاكم ثمّ بالجامعين ثمّ بالزيادات ثمّ بمجرد ابن زياد والمنتقى والكرخى وشرح الطحاوى وعيون المسائل وغير ذلك واتّفق بدايته يوم الاضحى سنة ٥٢٢ ٤٦٩٣ خزانة الجلاليّة فى فروع الحنفيّة ٤٦٩٤ خزانة الخواصّ لعبد الفتّاح اللارندى

appendicem esse voluit libri *Zinet el-dahr* a *Khatíri* editi, quo opus *Dumyet el-casr* a *Bákharzi* compositum continuatur, quod appendix est libri *Yetímet el-dahr*, quem *Theálibi* ad continuandam anthologiam *Bári'* edidit, quae *Hárun* astronomum auctorem habet. Praeterea se poëtas recensuisse dicit in opere decem circiter voluminibus comprehenso, qui post seculum quintum usque ad annum quingentesimum nonagesimum secundum in Iraca, Syria, Aegypto, Mesopotamia et in regionibus occidentalibus floruerunt. Epitomen ejus *Ud el-shebáb* inscriptam, quam *Shehâb-ed-dín Tard el-dzobáb* appellavit, Molla noster *Ali Ben Mohammed Rumi*, vulgo *Ridhayi* dictus et Misrae, cum judicis muneri praeesset, anno 1039 (inc. 11. Aug. 1629) mortuus, uno volumine edidit. Incipit ita: Laus Deo, cujus laus titulus est cujusvis *Kharídet* etc. — 4691. Khizanet el-iftikhar, gazophylacium gloriae. — 4692. Khizanet el-akmal, thesaurus completissimus de partibus juris secundariis, auctore *Abu Yacub Yusuf Ben Ali Ben Mohammed Jorjáni* Hanefita. Sex volumina, quae potiorem librorum auctorum hujus generis partem complecti dicit. Incipit a *Hakimi* opere *Káfi*, et progreditur ad libros *Jami'* inscriptos, ad *Ziyádát*, *Mojerred*, cujus auctor *Ibn Ziyad* est, *Muntecu*, *Karkhi*, commentarium *Tchawi*, *Oyun el-mesáil* et alia opera. Componere incepit die solennis sacrificii anno 522 (inc. 6. Jan. 1128). — 4693. El-Khizanet El-Jelaliyet, thesaurus Jelaliens de partibus juris Hanefitici derivatis. — 4694. Khizanet el-khawass, thesauri virtutum propriarum, auctore *Abd-el-fettah Larendi*. Compendium in septem

وهو مختصر على سبعة ابواب وخاتمة اوله حمدًا لملك ملكوت الحكماء الخ وترتيب ابوابه هكذا الاول في خواصّ الادعية والثاني في الاوراد والدعوات والثالث في خواصّ الفاتحة وسائر السور والرابع في خواصّ الاسماء والحروف والخامس في دفع كيد العدوّ والسادس في تسهيل المآرب والسابع في الطهارة والخاتمة في المهمّات ٤٦٩٥ خزانة الروايات في الفروع لقاضي جكن الحنفي الهندي الساكن بقصبة كرو من الكجرات وهو مجلّد اوله الحمد لله الذي خلق الانسان وعلّمه البيان الخ ذكر فيه انّه افنى عمره في جمع المسائل وغريب الروايات وابتدأ بكتاب العلم لانّه اشرف العبادات ٤٦٩٦ خزانة الفتاوى لشيخ الامام طاهر بن احمد البخاري الحنفي [المتوفى بسرخس سنة ٥٤٢] صاحب الخلاصة وهو كتاب معتبر قليل الوجود ٤٦٩٧ خزانة الفتاوى لاحمد بن محمد بن ابي بكر الحنفي صاحب مجمع الفتاوى وهو مجلّد اوله احمد الله حمدًا بعدد ما اظهر من معادن الانسان الخ ذكر فيه انّه جمعه من الفتاوى واورد فيه غرائب المسائل ٤٦٩٨ خزانة الفقه للامام ابي الليث نصر بن محمد الفقيه السمرقندي

capita et conclusionem distributum, quod ita incipit: Laudem regi mundi sapientum invisibilis etc. Distributio capitum haec est: Primum agit de virtutibus precationum propriis — secundum de pericopis coranicis et invocationibus — tertium de proprietatibus primae et aliarum Suratarum — quartum de proprietatibus nominum et literarum — quintum de fraude adversarii repellenda — sextum de rebus necessariis facilius comparandis — septimum de munditie — conclusio de quaestionibus gravioribus. — 4695. Khizanet el-riwáyát, thesaurus traditionum de partibus juris specialibus, auctore Cadhi Hanefitico *Jeken Hindi*, arcis Kirew in ditione urbis Guzerát sitae inquilino. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo qui hominem creavit et loqui docuit etc. Auctor narrat, se in colligendis quaestionibus et traditionibus raris vitam consumsisse et a libro de scientia incepisse, quae omnium cultus divini officiorum nobilissima sit. — 4696. Khizanet el-fetáwá, thesaurus responsorum juridicorum. Volumen a Sheikh et Imám *Táhir Ben Ahmed Bokhári* Hanefita et libri *Khiláset* auctore, [Serákhsae anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo], editum. Liber magni aestimatus et inventu difficilis. — 4697. Khizánet el-fetawa, thesaurus responsorum juridicorum. Volumen ab *Ahmed Ben Mohammed Ben Abi Bekr* Hanefita, libri *Mojmi' el-fetáwá* auctore, editum, quod ita incipit: Laudo Deum pro quantitate eorum, quae e fodina hominis aperuit etc. Se librum e responsis juridicis congessisse et quaestiones rarissimas protulisse narrat. — 4698. Khizanet el-fic'h, thesaurus juris, auctore Imám *Abu'lleith Nasr Ben Mohammed Samarcandi*

الحنفى المتوفى سنة ٣٨٣ وهو مختصر اوله الحمد لله رب العلمين الخ جمع فيه مسائل الفقه معدودة الاجناس مجموعة النظائر ورتبه ترتيب الكنز ثم نسج صاحب النتف على منواله ٤٦٩٩ خزانة الفوائد ٤٧٠٠ خزانة الفضائل للشيخ محمد بن محمود مغلوى الوفائى المتوفى سنة ٩٤٠ ٤٧٠١ خزانة اللطائف فى شرح المصباح فى النحو ياتى ٤٧٠٢ خزانة المفتيين فى الفروع للشيخ الامام حسين بن محمد السمعانى الحنفى صاحب الشافى فى شرح الوافى وهو مجلد ضخم اوله الحمد لله حمد الشاكرين الخ ذكر فيه انه صنفه باشارة حكيم الدين محمد بن على الناموسى فاورد ما هو مروى عن المتقدمين ومختار عند المتأخرين وطوى ذكر الاختلاف واكتفى بالعلامات من الهداية والنهاية وقاضيخان والخلاصة والظهيرية وشرح الطحاوى وغير ذلك من المعتبرات وفرغ منه فى محرم سنة ٧٤٠ ٤٧٠٣ خزانة الواقعات للشيخ الامام افتخار الدين طاهر بن احمد البخارى الحنفى المتوفى سنة ٥٤٢ لخص منه ومن النصاب الخلاصة

Jurisconsulto Hanefita, anno 383 (inc. 26. Febr. 993) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. Collegit hic quaestiones juridicas genere quidem haud ita diversas, analogia vero copiosas, et se ad dispositionem libri *Kenz* accommodavit. Eandem rationem postea auctor libri *Netf* secutus est. — 4699. Khizanet el-fewáïd, thesaurus adnotationum utilium. — 4700. Khizánet el-fedhaïl, thesaurus cognitionum praestantissimarum, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mahmud Maghlewi Wefáyi*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 4701. Khizánet el-letáïf, thesaurus elegantiarum. Commentarius in opus grammaticum *Misbáh*, de quo infra. — 4702. Khizanet el-muftiyin, thesaurus Muftiorum de partibus juris specialibus. Volumen amplissimum a Sheikh et Imam *Hosein Ben Mohammed Sem'áni* operis *Sháfi fi sharh El-Wáfi* auctore editum, quod ita incipit: Laus Deo talis, quali grati eum laudant etc. Monet ibi se a *Hakim-ed-dín Mohammed Ben Ali Námúsi* invitatum scripsisse, affert, quae a majoribus tradita accepimus et recentiores amplectuntur, mentione diversarum opinionum brevius defungitur et in siglis librorum *Hidayet*, *Niháyet*, *Cádhikhán*, *Khilaset*, *Tzahíriyet*, commentario *Teháwi* et aliis hujus generis operibus magni aestimatis acquiescit, et mense Moharrem anni 740 (inc. 9. Jul. 1339) absolvit.

4703. Khizanet el-wackiat, thesaurus casuum juridicorum, auctore Sheikh et Imam *Iftikhár-ed-dín Tahir Ben Ahmed Bokhari* Hanefita, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo. Ut in praefatione narrat, ex hoc libro et e *Nisáb* epitomen *Khiláset*

كما ذكر في ديباجته ۴۷۰۴ خزانة الواقعات في الفروع للشيخ الامام احمد بن محمد بن عمر الناطفي الحنفي المتوفى سنة ۴۴۶ وهو مختصر مشهور بالواقعات ۴۷۰۵ خزانة الهدى لابي زيد عبيد الله بن عمر الدبوسي الحنفي المتوفى سنة ۴۳۰ ۴۷۰۶ خزائن السرور في الطب تركي مختصر ۴۷۰۷ خزائن الملك وسر العالمين لابي الحسن علي بن حسين المسعودي المتوفى سنة ۳۴۶ ۴۷۰۸ خزينة العلماء وزينة الفقهاء للشيخ محمد البلغاري وهو مختصر في الموعظة اوله الحمد لله الذي لم يلده والد الخ اورد فيه من الاحاديث والآثار والحكم ۴۷۰۹ خسرو وشيرين من المثنويات الفارسية والتركية التي نظمت في قصة عاشق ومعشوق اما الفارسية فللشيخ نظامي الكنجي [المتوفى سنة ۵۹۶] نظمها في بحر الهزج وهي من الخمسة المشهورة اولها

خداوندا در توفيق بكشاي

وفي جوابه مثنويات منها نظم مير خسرو الدهلوي المتوفى سنة ۷۲۵ اوله

---

majorem partem excerpsit. — 4704. Khizánet el-wáckiát, thesaurus casuum juridicorum de partibus juris specialibus, auctore Sheikh et Imám *Ahmed Ben Mohammed Ben Omar Nátifi* Hanefita, anno 446 (inc. 12. Apr. 1054) mortuo. Compendium, quod nomine *El-Wáckiát* inclaruit. — 4705. Khizánet el-hodá, thesaurus viae rectae, auctore *Abu Zeid Obeidallah Ben Omar Debbúsi* Hanefita, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuo. — 4706. Khazáïn el-sorúr, thesauri laetitiae. Compendium medicum turcice scriptum. — 4707. Khazáïn el-mulk we Sirr el-álemín, thesauri regni et arcanum mundorum, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Hosein Mes'údi*, anno 346 (inc. 4. Apr. 957) mortuo. — 4708. Khazínet el-olamá we Zínet el-focahá, gaza virorum doctorum et ornamentum jurisconsultorum, auctore Sheikh *Mohammed Bulghári*. Compendium paraeneticum, quod ita incipit: Laus Deo, quem pater non genuit etc. Profert ibi traditiones propheticas, effata sociorum prophetae et apophthegmata. — 4709. Khosrew we Shírín, *Khosrew* et *Shírín*, quo titulo plura *Methnewi* et persica et turcica insigniuntur, quae omnia de historia amantis et amatae composita sunt. Persici carminis auctor est Sheikh *Nitzámi Kenji*, [anno 596 (inc. 23. Oct. 1199) mortuus], qui metro *Hejez* usus est. Carmen partem Pentadis clarissimae continet et incipit ita:

O domine, gratiae tuae aperi portam.

Huic respondent cetera *Methnewi*, qualia ediderunt *Mír Khosrew Dehlewi*, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuus. Incipit ita:

خداوندا دلمرا چشم بگشای

اتمّه فی رجب سنة ٦٩٦ ونظم مولانا وحشی اوله ع

الهی سینهٔ ده آتش افروز

ونظم آصف خان اوله

خداوندا دلی ده شاد از اندوه

ونظم عبد الله الهاتفی

خداوندا بعشقم زندگی ده

وامّا الترکیّة فلمولانا شیخی الکرمیانی ابتدأ فیه بامر من السلطان مراد بن السلطان محمد ولم یکمّله وکمّله اخوه الجمالی وهو نظم سلس مقبول عند الشعراء ومنها نظم مولانا آهی المتوفی سنة ٩٢٣ و[منها] نظم جلیلی اوله

نه دیوان که اد الله اوله عنوان

ونظم خلیفة ونظم معید زاده. ١٧١٠ خسرو نامه فارسی من منظومات الشیخ فرید الدین محمد بن ابرهیم العطّار الهمدانی المتوفی سنة ٦٢٧ ١٧١١ الخصال الجامعة

O domine, aperi cordi meo oculum.

Auctor absolvit mense Rejeb anni 696 (inc. 30. Oct. 1296) — Molla noster *Wahshi*, qui a hemistichio incipit:

O domine pectus da igne inflammatum.

— *Asif Khán*, qui ita incipit:

O domine, cor nobis da laetum, a moerore liberum.

— *Abdallah Hátifi*, qui ita incipit:

O domine, amori meo vitam da.

Turcica composuerunt Molla noster *Sheikhi Kermiyáni*, qui jussu Sultani *Murád* Sultani *Mohammed* filii scribere incepit, nec tamen ad finem pervenit, qua de caussa ejus frater *Jemáli* carmen absolvit, quod lene est et poëtis multum placet — Molla noster *Ahi*, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuus — *Jelili*, cujus carmen ita incipit:

Qualis carminum liber hic, cui Deus sit titulus.

*Khalifa* — et *Moidzádeh*. — 1710. Khosrew-nameh, liber *Khosrew*ii. Carmen persicum, auctore Sheikh *Feríd-ed-din Mohammed Ben Ibrahím Attár Hemdáni*, anno 627 (inc. 20. Nov. 1229) mortuo. — 1711. El-Khisal El-Jamiat,

مختصل شرآئع الاسلام فى الواجب والحلال والحرام مجلّد شرحه ابو محمد على بن احمد المعروف بابن حزم الظاهرى المتوفى سنة ٤٥٦ وسمّاه الايصال الى فهم كتاب الخصال وهو شرح كبير اورد فيه اقوال الصحابة والتابعين ومن بعدهم من الائمّة فى مسآئل الفقه ودلآئله ٤٧١٢ خصال السلف فى آداب السلف والخلف لمولانا حسن بن حسين الطالشى وهو مختصر اوله الحمد لله مميت الاحيآء ومحيى الاموات الخ ذكر فيه انّه الّفه حين قدم من مكة ٤٧١٣ الخصال الكبير لابن كاس النخعى ٤٧١٤ الخصال المكفرة للذنوب المقدّمة والمؤخّرة لابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ وهو مختصر اوله الحمد لله غافر الذنب وفى بعض النسخ احمده والحمد لله الخ رتّبه على اربعة ابواب مشتملة على الاحاديث الواردة فيه والآثار ٤٧١٥ الخصال فى فروع الحنفيّة لابى ذر الطرسوسى وفى فروع الشافعية لابن سريج احمد بن عمر الشافعى المتوفى سنة ٣٠٦ وفى فروع المالكى لابى بكر محمد [بن يبقى بن زرب] المالكى

---

qualitates universales ei propriae, qui statuta Islami de officiis, et rebus licitis et illicitis discere studet. Volumen, quod *Abu Mohammed Ali Ben Ahmed Tzáhiri*, vulgo ***Ibn Hazm*** dictus et anno 456 (inc. 25. Dec. 1063) mortuus, commentatus est. Profert in hoc commentario satis magno et *El-Isál ila fahm Kitáb el-khisál* inscripto dicta sociorum prophetae, horum assectarum et Imamorum, qui post hos vixerunt, de quaestionibus et argumentis juridicis. — 4712. Khisal el-selef, virtutes primis prophetae asseclis propriae de moribus praecedentium Mohammedanorum et succedentium. Compendium, quod Molla noster *Hasan Ben Hosein Tálishi* se composuisse dicit, cum Mekka discederet. Incipit ita: Laus Deo, qui vivos morti subjicit et mortuos in vitam revocat etc. — 4713. El-Khisál El-Kebir, qualitates. Liber major, auctore *Ibn Kás Nakhaï*. — 4714. El-Khisal El-Mokaffiret, qualitates, quae peccata priora et recentiora expiant, auctore *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Asculáni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo peccata condonanti, sive ut in aliis exemplis legitur: Laudo eum et Laus Deo etc., et in quatuor capita dispositum est, quae traditiones de illa re revelatas et dicta sociorum prophetae continent. — 4715. El-Khisál, qualitates de partibus juris Hanefitici specialibus, auctore *Abu Dzarr Tarsúsi* — de partibus juris Shafiitici specialibus, auctore *Ibn Soreij Ahmed Ben Omar* Shafiita, anno 306 (inc. 14. Jun. 918) mortuo — et de jure speciali Malikitarum, auctore *Abu Bekr Mohammed* [*Ben Yabeki Ben Zerb*] *Cortubi* Malikita,

القرطبی المتوفی سنة ۳۸۱ مجلّد ذكر فی اوله نبذة من الاصول وسمّاه بالاقسام والخصال ولو سمّاه بالبيان لكان اولى لانّه ترجم الباب بقوله البيان عن كذا ۴۷۱۶ الخصال لابی الحسن علی بن مهدی الاصفهانی جمع فيه الاشعار والحكم والامثال ۴۷۱۷ خصائص السواك لشيخ ابی الخير احمد بن اسمعيل القزوينی الطالقانی وهو مختصر مشتمل علی اثنی عشر فصلاً ۴۷۱۸ خصائص الطرب لابی الفتح محمود بن الحسين المعروف بكشاجم المتوفی فی حدود سنة ۳۵۰ ۴۷۱۹ الخصائص النبويّة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابی بكر السيوطی المتوفی سنة ۹۱۱ وهو مجلّد اوله الحمد لله الذی اطلع فی سماء النبوة الخ ذكر فيه انّه تتبّع هذه الخصائص عشرين سنة الی ان زادت علی الالف ثمّ اختصره وسمّاه انموذج اللبيب روی انّه اخذه بعض معاصريه واسنده الی نفسه فكتب السيوطی فيه مقامة تسمّی الفارق بين المصنّف والسارق واختصره ايضا الشيخ عبد الوهاب بن احمد الشعرانی المتوفی سنة ۹۷۶ [وعلی انموذج المذكور شرحان كبير وصغير لعبد الرؤف المناوی المارّ ذكره

---

anno 381 (inc. 20. Mart. 991) mortuo. Volumen, cujus initio partem principiorum commemorat, inscriptum est *El-Acsám we El-Khisál*, et si *El-Beyán* illud appellasset, aptius fuisset: capita enim inscriptionem prae se ferunt *El-Beyán an* etc. i. e. Explicatio hujus vel illius rei. — 4716. El-Khisál, bonae qualitates, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Mehdi Isfaháni*, qui ibi poëmata, apophthegmata et proverbia collegit. — 4717. Khasäïs el-siwák, proprietates dentifricii, auctore Sheikh *Abu'lkheir Ahmed Ben Ismail Cazwíni Talecáni.* Compendium duodecim sectiones continens. — 4718. Khasäïs el-tarab, proprietates laetitiae, auctore *Abu'lfat'h Mahmúd Ben-elhosein*, vulgo *Koshájim* dicto et circa annum 350 (inc. 20. Febr. 961) mortuo. — 4719. El-Khasäïs El-Nebewiyet, proprietates propheticae, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui in coelo prophetiae effecit, ut prodiret etc. Narrat, se has proprietates per viginti annos persecutum esse, donec numerum millenarium excedebant. Serius librum excerpsit epitomenque *Inmúzej el-lebíb* inscripsit. Aequalium unus illum cepisse sibique vindicasse traditur, qua de caussa *Soyúti* Consessum *El-Fáric bein el-mosannif we el-sáric* inscriptum composuit. Porro Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sha'ráni*, anno 976 (inc. 26. Jun. 1568) mortuus, epitomen confecit, [et ad *Inmuzej* illud duo laudantur commentarii, major et minor, ab *Abd-el-rawuf Monawi*, qui supra saepius

نشرًا] وصنّف فيه ايضا سراج الدين عمر بن على ابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ وجلال الدين عبد الرحمن بن عمر البلقينى المتوفى سنة ٨٢٤ وامام الكاملية والقطب الخيضرى ويوسف [بن محمد] بن موسى الجذامى وابن حجر العسقلانى وسمّاه الانوار ٤٧٢٠ خصائص فى فضل على بن ابى طالب رضى الله عنه للامام ابى عبد الرحمن بن شعيب النسائى الحافظ المتوفى سنة ٣٠٣ ذكر انّه قيل له لم لا صنّفت فى فضائل الشيخين قال دخلت الى دمشق والمنحرف عن علىّ رضى الله عنه بها كثير فصنّفت رجاء ان يهديهم الله تعالى به فنادوا عليه واخرجوه من المسجد ثمّ من دمشق الى الرملة فمات بها ٤٧٢١ خصائص فى النحو لابى الفتح عثمان ابن جنى المتوفى سنة ٣٩٢ قال السيوطى فى اقتراحه وضعه فى اصول النحو وجدّ له لكنّ الاكثر خرج عن هذا المعنى فلخّص منه الاقتراح وضمّ اليه فوائد كما سبق واختصره ابو العباس احمد بن محمد الاشبيلى المتوفى سنة ٦٥١ ولموفّق الدين يوسف البغدادى حاشية على الخصائص المذكور ٤٧٢٢ خصائل فى الفروع لنجم الدين عمر بن محمد النسفى

---

commemoratus est, editi ]. De eadem re scripserunt *Siráj-ed-din Omar Ben Ali Ibn-elmolacckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus — *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Omar Bolckeini*, anno 824 (inc. 6. Jan. 1421) mortuus — *Imám El-Kámiliyet* — *Cotb-ed-dín Heidheri* — *Yusuf* [*Ben Mohammed*] *Ben Musa Jodzámi* — et *Ibn Hajr Ascaláni*, qui librum *Anwár* inscripsit. — 4720. **Khasaïs fi fadhl Ali Ben Abi Tálib**, proprietates de meritis *Ali*i *Ben Abi Tálib*, cui Deus propitius sit, auctore Imám *Abu Abd-el-rahman Ben Shoeib Nesáyi El-Háfitz*, anno 303 (inc. 17. Jul. 915) mortuo. Hic interrogatum se esse narrat, quidni de meritis duorum Sheikhorum scripserit? Intravi, respondit, Damascum, ubi odium *Ali*i magnum fuit. Itaque scripsi sperans, fore ut hac de caussa Deus eos dirigat, sed reprobantes eum e Mesquita et postea Damasco ejecerunt. Quo facto Ramlam se contulit, ubi mortuus est. — 4721. **Khasaïs fi el-nahw**, proprietates de grammatica, auctore *Abu'lfat'h Othmán Ibn Jinni*, anno 392 (inc. 20. Nov. 1001) mortuo. *Soyúti* in suo *Ictiráh:* Scripsit, inquit, opus magno studio adhibito de grammaticae principiis, attamen maxima ejus pars ab hoc argumento est aliena. Itaque inde *El-Ictiráh* excerpsit, cui, ut supra monitum est, observationes utiles adjecit. Deinde *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Ishbili*, anno 651 (inc. 3. Mart. 1253) mortuus, epitomen fecit, et *Mowaffic-ed-din Yusuf Baghdádi* glossas ad *Khasáïs* laudatum adjecit. — 4722. **Khasaïl fi el-forú'**, fragmenta de partibus juris specialibus. Liber magnus, auctore *Nejm-ed-din Omar Ben Mohammed Nesefi*

الحنفي المتوفى سنة ٥٣٧ وهو كتاب كبير والخصائل جمع خصيلة وهي القطعة المجمعة من اللحم كما في القاموس ٤٧٢٣ خضر خان دولراني منظومة فارسية من خمسة مير خسرو الدهلوي اوله

سر نامه بنام آن خداوند

## ٤٧٢٤ علم الخطأين

من فروع علم الحساب وهو علم يتعرف منه استخراج المجهولات العددية اذا امكن صيرورتها في اربعة اعداد متناسبة ومنفعته كالجبر والمقابلة الا انه اقل عموما منه واسهل عملا وانما سمي به لانه يفرض المطلوب شيئا ويختبر فان وافق فذاك والا حفظ ذلك الخطأ وفرض المطلوب شيئا آخر ويختبر فان وافق فذاك والا حفظ الخطأ الثاني ويستخرج المطلوب منهما هذا اتفق وقوع المسألة اولا في اربعة اعداد متناسبة امكن استخراجه بخطأ

Hanefita, anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) mortuo. — *Khasáïl* numerus pluralis est a voce *Khasilet*, quae, ut in *Camúso* legitur, magnum carnis frustum significat. — 4723. Khidhr Khán Dowelráni, *Khidhr Chán Dowelráni.* Poëma persicum Pentadis *Miri Khosrew Dehlewi*, quod ita incipit:

Initium libri a nomine illius Dei.

## 4724. Ilm el-khatayein. Doctrina duplicis erroris sive regula falsi.

Partem continet ex arte computandi derivatam, et doctrina est, qua ratio cognoscitur quantitates arithmeticas ignotas eliciendi, quando hae in quatuor numeros proportionales reduci possunt. Eandem habet utilitatem, quam doctrina *Reductionis per aequationem* (*Ilm el-jebr we el-mocábelet*), nisi quod minus communis est et praxi facilior quam haec. Dicta autem est doctrina duplicis erroris, quod quaesitum datur per rem (Cosa), et probatio fit. Quodsi congruit, inventum est quod quaeritur, sin minus, error memoria retinetur, et quaesitum per aliam rem datur, et probatur. Quodsi congruit, justum inventum est, sin minus, error secundus retinetur, et ex utroque errore quaesitum ratione certa efficitur. Cum quaestio primum in quatuor numeros proportionales forte cadit, uno errore quantitates arithmeticae ignotae elici

واحد ومن الكتب الكافية فيه كتاب لزين الدين المغربي وبرهن [ابو على الحسن بن الحسن] ابن الهيثم [الفيلسوف المتوفى سنة ۴۳۰] على طرقه

### ۴۷۲۵ علم الخطّ

وهو معرفة كيفيّة تصوير اللفظ بحروف هجائية الّا اسمآء الحروف اذا قصد بها المسمّى نحو قولك اكتب جيم عين فاء راء فانّما يكتب هذه الصور جعفر لانّه مسمّاها خطًّا ولفظًا ولذلك قال الخليل لمّا سألهم كيف تنطقون بالجيم من جعفر فقالوا جيم قال انّما نطقتم بالاسم ولم تنطقوا بالمسئول عنه والجواب جَهْ لانّ المسمّى فان سمّى به مسمّى آخر كتب كغيرها نحو ياسين وحاميم يس وحم هذا ما ذكر في تعريفه والغرض والغاية ظاهر لكنّهم اطنبوا في بيان احوال الخطّ وانواعه ونحن نذكر خلاصة ما ذكروا في فصول فصل في فضله اعلم انّ الله تعالى اضاف تعليم الخطّ الى نفسه وامتنّ به على عباده في قوله علّم بالقلم

---

possunt. — Inter libros, qui in hac doctrina satis bene versantur, laudatur ille, quem *Zein-ed-dín Maghrebi* edidit, cujus methodos [*Abu Ali Hasan Ben-elhasan*] *Ibn-elheithem* [philosophus, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuus] argumentis probavit.

### 4725. Ilm el-khatt. Ars scribendi.

Haec est cognitio rationis, verbum literis alphabeticis effingendi, ita ut nomina literarum non ponantur: his enim nonnisi denominatum sive res significatur, cui denominandae nomina sive voces inserviunt. Si quis v. c. praecipit: Scribe *Jím*, *Aïn*, *Fá* et *Rá*, hae figurae scripto nonnisi *Jafar* exprimunt, haec vox enim earum elementa scribendo et pronunciando exprimit, quibus denominandis literae illae inserviunt. Hac de caussa *Khalíl*, cum e discipulis quaereret, quomodo primam nominis *Jafar* literam pronunciarent illique „*Jím*“ responderent: Nomen, ait, pronunciatis, minime vero id, de quo quaeritur; respondendum enim est „*Jeh*,“ cum denominatum, etiamsi cum eo aliud denominatum nominetur, ad instar aliorum nominum scribatur, verbi caussa „*yásín*“ et „*hámím*“ signis „*ys*“ et „*hm*.“ Haec ad artem definiendam monent, cujus consilium et summus finis apparent. Attamen nimis prolixi fuerunt in iis quae ad artem scribendi pertinebant ejusque generibus exponendis. Summatim hic quae commemorarunt in sectionibus laudabimus.

**Sectio de hujus artis praestantia.** — Scias, Deum Excelsum institutionem artis scribendi sibi reservasse et cultores suos ejus beneficio donasse, dicentem: „Docuit

ويكفيك بذلك شرفا وقال عبد الله بن عبّاس الخطّ لسان اليد فما من امر الا والكتابة موكّل به ومدبّر له ومعبّر عنه وبه ظهرت خاصّة النوع الانسانى من القوّة الى الفعل وامتاز به عن سائر الحيوانات وقيل الخطّ افضل من اللفظ لانّ اللفظ يفهم الحاضر فقط والخطّ يفهم الحاضر والغائب وفضائله كثيرة معروفة فصل فى وجه الحاجة اليه واعلم انّ فائدة الخطّ التخاطب لما لم يتبيّن الا بالالفاظ واحوالها وكان ضبط احوالها ممّا اعتنى به العلمآء كان ضبط احوال ما يدلّ على الالفاظ ايضا ممّا يعتنى بشأنه وهو الخطوط والنقوش الدالّة على الالفاظ فبحثوا عن احوال الكتابة الثابتة نقوشها على وجه كلّ زمان وحركاتها وسكناتها ونقطها وشكلها وضوابطها من شدّاتها ومدّاتها وعن تركيبها وتسطيرها لينتقل منها الناظرون الى الالفاظ والحروف ومنها الى المعانى الحاصلة فى الاذهان فصل فى كيفيّة وضعه وانواعه قيل اول من وضع الخطّ ادم صلعم كتبه فى طين وطبخه ليبقى بعد الطوفان وقيل

(scripturam per) calamum,“ quod dictum tibi ad artis nobilitatem demonstrandam sufficiat. *Abdallah Ben Abbás* dicit: Scriptura lingua manus est. Dicitur: Nulla res est, cujus procuratrix, moderatrix et interpres non sit scriptura, eàque praestantia generis humani demonstratur, quatenus vi facultativa ad agendum utitur et ita a ceteris animalibus distinguitur. Porro dicitur: Scriptura praestantior est verbo, verbum enim docet praesentem tantum, scriptura praesentem et absentem. Ceterum qualitates ejus praestantes multae et satis notae sunt.

Sectio de ratione ejus necessitatis. — Scias, utilitatem scripturae esse mutuam collocutionem, quae nonnisi verbis iisque, quae huc pertinent, clara reddatur. De perfecta rerum huc spectantium definitione et cognitione viri docti curam adhibebant, cum cognitio earum, quatenus ad verba cognoscenda ducit, res sit, cui non minus opera danda est: huc enim pertinent lineae et signa, quae verba exprimunt. Quaesiverunt autem non solum de rebus ad scripturam pertinentibus, cujus figurae, vocales, literae quiescentes, puncta diacritica, signa graphica et nomina technica, qualia sunt ejus *Shidda* et *Medda* (signa corroborationis et prolongationis), cum genio cujusvis temporis conveniunt, sed etiam de ea componenda et delineanda, ut studiosi inde ad verba et literas et ab his ad sententias e mentibus proficiscentes transferantur.

Sectio de ratione, qua primum scriptura originem cepit de ejusque generibus. — Adamum dicunt primum fuisse scripturae inventorem, qui notas in luto scripserit et coxerit, ut haec scriptura post diluvium conservaretur. Alii *Idriso* artis inventionem

ادريس وعن ابن عبّاس رضى الله عنه انّ اوّل من وضع الخطّ العربى ثلثة رجال من بولان قبيلة من طىّ نزلوا مدينة الانبار فاوّلهم مرار وهو وضع الصور وثانيهم اسلم فهو وصل وفصل وثالثهم عامر فوضع الاعجام ثمّ انتشر وقيل اوّل من اخترعه ستّة اشخاص من طسم اسماؤهم ابجد هوّز حطى كلمن سعفص قرشت فوضعوا الكتابة والخطّ وما شذّ عن اسمائهم من الحروف الحقوها ويروى انّها اسمآء ملوك مدين وفى السيرة لابن هشام انّ اوّل من كتب الخطّ العربى حمير بن سبا وقال السهيلى فى التعريف والاعلام والاصحّ ما رويناه من طريق ابن عبد البرّ يرفعه الى النبى صلعم قال اوّل من كتب بالعربيّة اسمعيل صلعم قال المولى ابو الخير واعلم انّ جميع كتابات الامم اثنتى عشرة كتابة العربيّة والحميريّة واليونانيّة والفارسيّة والسريانيّة والعبرانيّة والروميّة والقبطيّة والبربريّة والاندلسيّة والهنديّة والصينيّة فخمس منها اضمحلّت وذهب من يعرفها وهى الحميريّة واليونانيّة والقبطيّة والبربريّة والاندلسيّة وثلث بقى استعمالها فى بلادها وعدم من يعرفها فى بلاد الاسلام وهى الروميّة والهنديّة والصينيّة

---

tribuunt, et *Ibn Abbás* haec tradidisse dicitur: Tres fuerunt viri e *Baulan* tribus Tayyitarum gente orti, qui primi scripturam arabicam invenerunt et in urbem Anbar habitatum venerant. *Morár* primus eorum literarum formas invenit — secundus *Aslam*, qui, quatenus disjungendae aut inter se conjungendae essent, iis formam dedit diversam — tertius, *Amir* nominatus, puncta diacritica invenit, quo facto scribendi ars inter Arabes propagata est. — Alii dicunt, primos scripturae inventores sex fuisse viros e tribu *Tasm* ortos et *Abujed*, *Hawaz*, *Hotiya*, *Kelemun*, *Safas* et *Corishet* appellatos, qui arte scribendi inventa ad finem alphabeti literas rejecerunt, quae in sex nominibus non legebantur. Alii haec nomina sex regibus *Medyen*ensibus tribuunt. In opere *Síret* ab *Ibn Hishám* edito primum legitur, qui scripturam arabicam exercuerit, *Himyar Ben Seba* fuisse, et *Soheili* in libro *El-Ta'ríf we El-Ilám* dicit: Veritati proxime accedunt, quae auctore *Ibn Abd-el-berr* prophetam dixisse tradimus: Primus, qui arabice scripsit, fuit *Ismail*. — Molla *Abu'lkheir:* Omnia, ait, scripturae genera variorum populorum duodecim sunt, arabicum, himyariticum, graecum, persicum, syriacum, hebraeum, rumaeum sive latinum, copticum, barbaricum, andalusenum, indicum et sinicum, quorum quinque evanuerunt, nec eorum, qui ea locuti sunt, ullus superstes mansit, himyariticum scilicet, graecum, copticum, barbaricum et andalusenum, tria adhuc in terris usu exercentur, sed vix

وبقيت اربع هي المستعملات في بلدان الاسلام وهي العربيّة والفارسيّة والسريانيّة والعبرانيّة اقول في كلامه بحث من وجوه اما اوّلا فلانّ الحصر في العدد المذكور غير صحيح اذ الاقلام المتداولة بين الامم الآن اكثر من ذلك سوى المنقرضة فانّ من نظر في كتب القدماء المدوّنة باللغة اليونانيّة واللاتينيّة وكتب اصحاب علم الحروف الذين بيّنوا فيه انواع الاقلام والخطوط علم صحّة ما قلنا وهذا الحصر منبئ عن قلّة الاطّلاع واما ثانيًا فلانّ قوله خمس منها اضمحلّت ليس بصحيح ايضا لانّ اليونانيّة مستعملة في خواصّ الملّة النصرانيّة اعني اهل اكاديميا المشهورة الواقعة في بلاد اسبانيا وفرانسا ونمسه وهي ممالك كثيرة واليونانيّة اصل علومهم وكتبهم واما ثالثًا فلانّ قوله وعدم من يعرفها في بلاد الاسلام وهي الروميّة كلام سقيم ايضا اذ من يعرف الروميّة في بلاد الاسلام خصوصًا في بلادنا اكثر من ان يحصى وينبغي ان يعلم انّ الروميّة المستعملة في زماننا منحرفة من اليونانيّة بتحريف قليل واما القلم المستعمل بين كفرة الروم فنظير القلم اليوناني واما رابعًا فلانّ جعله السريانيّة والعبرانيّة من

ullus, qui ea cognoscat, in terris mohammedanis reperiendus est, rumaeum, indicum et sinicum, et quatuor tantum in terris islamicis adhuc in usu sunt, arabicum, persicum, syriacum et hebraeum. — Quae hic ab *Abu'lkheir* relata traduntur, pluribus observationibus locum dant. Primum enim numerus linguarum commemoratus, in quo acquiescit, minime justus est, cum varia scribendi genera, quae nunc apud populos latissime in usu sunt, numerum illum excedant, exceptis iis, quae plane evanuerunt. Qui enim libros veterum inspicit graece et latine scriptos et opera auctorum doctrinae literarum gnarorum, qui ibi varia calami et scripturae genera explicant, veritatem eorum, quae diximus, intelliget: illa autem linguarum ratio a parva librorum lectione proficiscitur. Secundum, quod dicit, quinque illarum linguarum plane disparuisse, non minus a veritate aberrat: scriptura enim veterum Graecorum maxime in usu est apud viros Christianorum spectatissimos, apud membra scilicet academiarum celeberrimarum in Hispania, Francogallia et Germania florentium, quae terrae multa continent regna, et scriptura graeca ibi fons est omnium doctrinarum et librorum. Tertio perperam dictum est eodem modo, neminem inveniri in terris islamicis, qui eam i. e. scripturam rumaeam sive Romanorum recentiorum cognoscat, cum, qui illam scripturam in terris Mohammedanorum cognoscunt, et inter eas potissimum in hac nostra terra, plures sint, quam ut numerari possint. Sciendum autem est, scripturam rumaeam, quae hac nostra aetate in usu est, paucis mutatis e vetere graeca derivatam esse; et typus scripturae, quo ceteri infideles rumaei

المستعملات فى بلاد الاسلام ليس كما ينبغى لانّ السريانى خطّ قديم بل هو اقدم الخطوط منسوب الى سريان وهى البلاد الشاميّة واهلها منقرضون فلم يبق منهم اثر كما ثبت فى التواريخ والعبرانيّة المستعملة فيما بين اليهود وهى مأخذ اللغة العربيّة وخطّها والعبرانى يشبه العربى فى اللفظ والخطّ مشابهة قليلة فصل واعلم انّ جميع الاقلام مرتّبة على ترتيب ابجد الّا القلم العربى وجميعها منفصل الّا العربىّ والسريانى والمغولى واليونانيّة والروميّة والقبطيّة من اليسار الى اليمين والعبرانيّة والسريانيّة والعربيّة من اليمين الى اليسار وكذا التركيّة والفارسيّة الخطّ السريانى ثلثة انواع المفتوح المحقّق ويسمّى اسطرنجالا وهو اجلّها والشكل المدوّر ويقال له الخطّ الثقيل ويسمّى اسكوليثا وهو احسنها والخطّ الشرطا وبه يكتبون الترسل والسريانى اصل النبطى الخطّ العبرانى اوّل من كتب به عابر بن شالخ وهو مشتقّ من السريانى وانّما لقّب بذلك حيث عبر ابراهيم الفرات يريد الشأم وزعمت اليهود والنصارى لا

uluntur, toto coelo graeco veteri oppositus est. — Quarto *Abu'lkheir* scripturam syriacam et hebraeam in iis numerat, quae in terris islamicis in usu sint. Nec hoc juste dictum est. Syriaca enim scriptura vetus est, imo omnium vetustissima, et nomen habet a regione *Siryán*, quae nunc terra septentrionalis sive *Sham* dicitur, cujus incolae veteres nullo superstite interierunt, ut ex historia notum est. Scriptura autem hebraica, qua Judaei utuntur, primus fons est linguae et scripturae arabicae, et lingua hebraica, ratione pronunciationis et ductus literarum habita, cum arabica paulum similitudinis habet.

**Sectio.** Scias, omnes scripturas dispositionem sequi literarum A B J D alphabeticam praeter typum arabicum, et omnes esse disjunctas praeter arabicam, syriacam et mogolicam. Graeca, rumaea et coptica scriptura a sinistra ad dextram procedit, et hebraea, syriaca et arabica a dextra ad sinistram, pariter ac turcica et persica. — **Scriptura syriaca** tria habet genera, apertum et accuratum, quod *Estranjálá* appellatur et omnium rudissimum est — formam rotundam omnium pulcherrimam, quae scriptura gravis dicitur et vulgo *Eskuliná* appellatur — et scripturam *Sherta*, qua in epistolarum compositione utebantur. Praeterea lingua syriaca fons est nabataeae. — **Scriptura hebraica.** Primus qui hac scriptura e syriaca derivata usus est, *Aber Ben Shálekh* fuit. Appellata autem est hebraea, quatenus Ibrahim Euphratem transiit (*abara*) Syriam petiturus. Judaei et Christiani sine ulla opinionum discrepantia

خلاف بينهم انّ الكتبة العبرانيّة فى لوحين من حجارة وانّ الله تعالى دفع ذلك اليه الخطّ الرومى وهو اربعة وعشرون حرفًا كما ذكرنا فى المقدّمة ولهم قلم يعرف بالساميا ولا نظير له عندنا فانّ الحرف الواحد منه يدلّ على معان وقد ذكره جالينوس فى ثبت كتبه الخطّ الصينى خطّ لا يمكن تعلّمه فى زمان قليل لانّه يتعب كاتبها الماهر فيه ولا يمكن للخفيف اليد ان يكتب بها فى اليوم اكثر من ورقتين او ثلثة وبه يكتبون كتب دياناتهم وعلومهم ولهم كتابة يقال لها كتابة المجموع وهو انّ لكلّ كلمة يكتب بثلثة احرف او اكثر فى صورة واحدة ولكلّ كلام تطويل شكل من الحروف يأتى على المعانى الكثيرة فاذا ارادوا ان يكتبوا ما يكتب فى مأئة ورقة كتبوه فى صفحة واحدة بهذا القلم الخطّ المانوىّ مستخرج من الفارسى والسريانى استخرجه مانى كما انّ مذهبه مركّب من المجوسيّة والنصرانيّة وحروفه زائدة على حروف العربيّة وهذا القلم يكتبون به قديما اهل ما وراء النهر كتب شرائعهم وللمرقيونيّة قلم يختصّون به الخطّ الهندى والسندى وهو اقلام عدّة يقال انّ لهم نحو مأئة قلم

opinantur, scripturam hebraeam in duabus tabulis lapideis depositam esse, Deum vero eas hominibus ademtas recepisse. — Scriptura rumaea, quae viginti quatuor literas habet, ut in praefatione commemoravimus. Rumaei typo utuntur, qui nomine *Sámiyá* inclaruit, nec ullum similem apud nos habet, nam una litera plures sententias exprimit. Galenus eum in uno aliquo librorum sedecim genuinorum commemorat. — Scriptura sinica brevi tempore vix disci potest, nam scriba ejus vel peritissimus defatigatur, et qui levi manu gaudet, uno die plus duo aut tria folia scribere non potest. Sini hac scriptura in libris sacris et literariis utuntur, iidemque scripturam habent „conjuncta“ dictam, quae eo constat, quod ad verba singula exprimenda tres aut plures literae in unam figuram conjunctae scribuntur, et singula verba literarum figurae prolongationem admittunt, quae multas sententias exprimit, ut, quae in centum foliis scribere solent, quando ea exscribere volunt, illo typo adjuti in una pagina scribant. — Scriptura manichaea, cui Manes originem dedit, e persica et syriaca emanavit, quemadmodum ejus disciplina e Magismo et Christianismo composita est. Literae numerum arabicarum excedunt, et scriptura gentes in regionibus transoxanis habitantes ad leges literis consignandas antiquitus utebantur. Marcionitae quoque scripturam habent sibi propriam. — Scriptura indica et sindica. Plures scripturae hoc nomine insigniuntur; illis enim populis centum circiter

بعضهم يكتبون بالارقام التسعة على معنى ابجد وينقطون تحته نقطتين وثلثا  الخطّ الزنجى والحبشى  على ندرة لهم قلم حروفه متّصلة كحروف الحميرى يبتدى من الشمال الى اليمين يفرقون بين كلّ اسم منها بثلاث نقط  الخطّ العربى  قال ابن اسحق اوّل خطوط العربيّة الخطّ المكى وبعده المدنى ثمّ البصرى ثمّ الكوفى وامّا المكى والمدنى ففى الفاته تعويج الى يمنة اليد وفى شكله انضجاع يسير قال الكندى لا اعلم كتابة تحتمل من تجليل حروفها وتدقيقها ما يحتمل الكتابة العربيّة ويمكن فيها من السرعة ما لا يمكن فى غيرها من الكتابات  فصل  فى اهل الخطّ العربى قال ابن اسحق اوّل من كتب المصاحف فى الصدر الاول ويوصف بحسن الخطّ خالد بن ابى الهياج وكان سعد نصبه لكتب المصاحف والشعر والاخبار للوليد بن عبد الملك وكان الخطّ العربى حينئذ هو المعروف الآن بالكوفى ومنه استنبطت الاقلام كما فى شرح العقيلة من كتّاب المصاحف خشنام البصرى والمهدى الكوفى وكانا فى ايّام الرشيد ومنهم ابو حدى وكان يكتب المصاحف فى ايّام المعتصم من كبار

scripturae tribuuntur, quarum nonnullae novem signis eandem vim cum alphabeto *Abujed* habentibus utuntur, et duo aut tria puncta iis supponunt. — Scriptura zingitana et habessina, quae peculiarem sequitur ordinem. Typum habent, cujus literae cohaerent ut literae himyariticae, et a sinistra dextrorsum procedunt. Inter singula nomina tria ponuntur puncta. — Scriptura arabica. *Ibn Is'hac:* Prima, inquit, Arabum scriptura fuit Mekkana, quam Medinensis, Basrensis et Cufensis secutae sunt. In Mekkana et Medinensi literae *Elif* dextrorsum sunt curvatae, et literarum forma paululum in latus se inclinat. — *El-Kindi* dicit: Nullam cognosco scripturam, ubi literarum forma crassitudinem et gracilitatem tantam admittit, quantam arabica, nec ulla alia expeditius celeriusque scribi potest. — Sectio de iis, qui scripturam arabicam potissimum excolebant. *Ibn Is'hac* dicit: Primus, qui primo seculo codices Corani scripsit et scripturae pulchritudine gloriam consecutus est, *Khálid Ben Abi'lheyyáj* fuit, cui *Sa'd*, regnante *Welído Ben Abdelmelik*, codicum coranicorum, poëmatum et historiarum scribendorum provinciam demandaverat, et scriptura, quae tunc temporis in usu erat, eadem est, quae hodie Cufensis appellatur, unde ceteri typi originem traxerunt, ut in Commentario ad Casidam *Achílet* legitur. — Inter eos qui codices Corani descripserunt, *Khoshnám* Basrensis et *Mehdi* Cufensis fuerunt, qui tempore *Reshídi* floruerunt; porro *Abu Hodayyi*, qui sub Khalifa *Motasem* codices Corani exscribebat et in principibus Cufensibus et viris acutissimis

الكوفيّين وحذاقهم واوّل من كتب فى ايّم بنى اميّة قطبة وقد استخرج الاقلام الاربعة واشتقّ بعضها من بعض وكان اكتب الناس ثمّ كان بعده الضحاك بن عجلان الكاتب فى اوّل خلافة بنى العبّاس فزاد على قطبة ثمّ كان اسحق بن حمّاد فى خلافة المنصور والمهدى وله عدّة تلامذة كتبوا الخطوط الاصليّة الموزونة وهى اثنى عشر قلمًا فمن قلم الجليل قلم السجلات قلم الديباج قلم الطومار الكبير قلم الثلثين قلم الزنبور قلم المفتّح قلم الحرم قلم المؤامرات قلم العهود قلم القصص قلم الحرّفاج فحين ظهر الهاشميّون حدث خطّ يسمّى العراقى وهو المحقق ولم يزل يزيد حتى انتهى الامر الى المأمون فأخذ كتّابه بتجويد خطوطهم وظهر رجل يعرف بالاحول المحرّر فتكلّم على رسومه وقوانينه وجعله انواعًا ثمّ ظهر قلم المرصع قلم النسّاخ قلم الرياسى اختراع ذى الرياستين الفضل بن سهل قلم الرقاع قلم غبار الحلية ثمّ كان اسحق بن ابرهيم التميمى المكنّى بابى الحسين معلّم المقتدر واولاده اكتب اهل زمانه وله رسالة فى الخطّ سمّاها تحفة الوامق ومن الوزرآء الكتّاب ابو على

numerabatur. Primus, qui tempore Omayyadarum scribendi artem exercebat, *Cotba* fuit, qui quatuor typos elicuerat a se invicem derivatos, et certe inter homines omnium erat calami peritissimus. Hunc secutus est primo dynastiae Abbasidicae tempore *Dhahhák Ben Ajlán* scriba, qui inventionibus *Cotbae* novas addidit. Huic successit, Khalifis *Mansur* et *Mehdi*, *Is'hac Ben Hammád*, qui plures habuit discipulos, qui scripturas primitivas et certam mensuram tenentes exercebant. Sunt autem numero duodecim: Scriptura crassior — scriptura syngrapharum — scriptura praefationum ornatior — literarum capitalium — *Thelathín* — *Zonbúr* — *Miftah* — scriptura Haremi — mandatorum regiorum — pactorum — historiarum — *Hirrifáj*. — Cum Hashimidae exsisterent, scriptura inventa est Iracana dicta, quae nomine vulgari *Mohaccac* inclaruit nec unquam augeri desiit ad illud tempus usque, quo *Mamun* regno potitus est. Tunc enim scribae ejus scripturas exornare inceperunt, et vir exstitit *Ahwal* Corrector cognominatus, qui de scripturae legibus et regulis disseruit et plures species fecit. Deinde obtinuerunt typus *Morassa* — typus librariorum — typus *Riyási*, quae nova inventio est *Fadhli Ben Sahl* tam pennae quam gladii periti — typus libellorum supplicium (*ricá'*) et — *Ghobár el-hilyet*. Tum *Is'hac Ben Ibrahim Temimi*, *Abu'lhosein* cognominatus et doctor *Moctaderi* ejusque filiorum, artis scribendi sua aetate peritissimus fuit. Idem tractatum edidit de arte scribendi *Tohfet el-wámic* inscriptum. Inter Weziros scripturae gnaros inclaruit *Abu Ali*

محمد بن على ابن مقلة المتوفى سنة ثمن وعشرين وثلثمائة وهو اوّل من كتب الخطّ البديع ثمّ ظهر صاحب الخطّ البديع على بن هلال المعروف بابن البوّاب المتوفى سنة ثلث عشرة واربعمائة ولم يوجد فى المتقدّمين من كتب مثله ولا قاربه وان كان ابن مقلة اوّل من نقل هذه الطريقة من خطّ الكوفيّين وابرزها فى هذه الصورة وله بذلك فضيلة السبق وخطّه ايضا فى نهاية الحسن لكن ابن البوّاب هذّب طريقته ونقّحها وكساها طلاوةً وبهجة وكان شيخه فى الكتابة محمد ابن اسد الكاتب ثمّ ظهر ابو الدرّ ياقوت بن عبد الله الموصلى المتوفى ثمان عشرة وستمائة ثمّ ظهر ابو الدرّ ياقوت بن عبد الله الرومى الحموى المتوفى سنة ست وعشرين وستمائة ثمّ ظهر ابو الدرّ ياقوت بن ياقوت بن عبد الله الرومى المستعصمى المتوفى سنة ثمان وتسعين وستمائة وهو الذى سار ذكره فى الآفاق واعترفوا بالعجز عن مداناة رتبته ثمّ اشتهرت الاقلام الستّة بين المتأخّرين وهى الثلث والنسخ والتعليق والريحان والمحقق والرقاع ومن الماهرين فى هذه الانواع ابن مقلة وابن البوّاب وياقوت وعبد الله ارغون وعبد الله الصيرفى ويحيى الصوفى والشيخ احمد السهروردى ومبارك شاه السيوفى ومبارك

*Mohammed Ben Ali Ibn Mocla*, anno 328 (inc. 18. Oct. 939) mortuus, qui primus typo *Bedi'* usus est. Hunc secutus est scripturae *Bedi'* auctor *Ali Ben Hilál*, vulgo *Ibn-elbewwáb* dictus et anno 413 (inc. 6. Apr. 1022) mortuus, quo inter praecedentes artis scriptoriae peritior nullus invenitur, qui ei similis sit aut ad ejus similitudinem accedat. Si *Ibn Mocla* primus est, qui hunc literarum ductum e scriptura Cufensium repetiit et ita formatum evulgavit, eamque ob caussam palmam praecursionis ceteris praeripuit, cujus praeterea scriptura summa floret elegantia, attamen *Ibn-elbewwáb* eum perpolivit, bene composuit et recenti pulchriorique habitu exornavit. Artis scriptoriae magistrum *Mohammed Ben Ased* scribam habuerat. Eum secutus est *Abu'ldorr Yácút Ben Abdallah Mausili*, anno 618 (inc. 25. Febr. 1221) mortuus, hunc *Abu'ldorr Yácut Ben Abdallah Rumi Hamewi*, anno 626 (inc. 30. Nov. 1228) mortuus, et *Abu'ldorr Yácút Ben Yácút Ben Abdallah Rumi Mostasemi*, anno 698 (inc. 9. Oct. 1298) mortuus, qui terras gloria nominis sui implevit, et omnes alii scribae se nimis esse inferiores confessi sunt, quam ut ad ejus gradum accedere possent. Denique sex inter recentiores maxime usitatae inclaruerunt scripturae, *Tholoth*, *Neshk*, *Talíc*, *Rihán*, *Mohaccac* et *Ricá'*, et horum generum peritissimi fuerunt *Ibn Mocla*, *Ibn-elbewwáb*, *Yácút*, *Abdallah Arghún*, *Abdallah Seirefi*, *Yahya Sufi*, Sheikh *Ahmed Soharawerdi*, *Mobárek Sháh Soyúfi*, *Mobárek*

شاه القطب واسد الله الكرماني ومن المشهورين في البلاد الرومية حمد الله بن الشيخ الاماسي وابنه دده جلبي والجلال والجمال واحمد القره حصاري وتلميذه حسن وعبد الله الاماسي وعبد الله القريمي وغيرهم من النسّاخين ثمّ ظهر قلم التعليق والديواني والدشتي وممّن اشتهر في التعليق سلطان علي المشهدي ومير علي ومير عماد وفي الديواني تاج وخبرهم مدوّن في غير هذا المحلّ مفصّلًا ولسنا نخوض بذكرهم لانّ غرضنا بيان علم الخطّ وامّا المولى ابو الخير فاورد في الشعبة الاولى من مفتاح السعادة علومًا متعلّقة بكيفيّة الصناعة الخطّيّة فنذكرها اجمالًا فصلٌ فممّا ذكره اولًا علم ادوات الخطّ من القلم وطريق بريها واحوال الشقّ والقطّ ومن الدواة والمداد والكاغد فاقول هذه الامور من احوال علم الخطّ فلا وجه لافراده ولو كان مثل ذلك علمًا لكان الامر عسيرًا وذكر انّ ابن البوّاب نظم فيه قصيدة رائيّة بليغة استقصى فيها ادوات الكتابة وياقوت رسالة فيه ايضًا ومنها علم قوانين الكتابة اى كيفيّة نقش صور الحروف والبسائط وما ذلك الّا علم الخطّ ومنها

*Shah Cutb-ed-din. Ased-allah Kermáni.* In terris rumaeis inclaruerunt *Hamdallah Ben-elsheikh Amási* ejusque filius *Dedeh Jelebi*, *Jelál-ed-dín*, *Jemál-ed-dín*, *Ahmed Carahhisári*, *Hasan* ejus discipulus, *Abdallah Amasi*, *Abdallah Ckirimi* aliique librarii. Cum et scripturae *Talíc*, *Diwáni* et *Deshti* usu receptae essent, inter eos, qui *Talíc* egregie exararunt, *Sultan Ali Meshhedi*, *Mír Ali* et *Mír Imád* laudantur, et *Diwáni* cultorem habuit *Táj*, quorum virorum historiam alio loco continenter et speciatim persequemur; minime enim eorum res accuratius hic examinare propositum est, cum id agamus, ut ars scribendi exponatur. — Deinde Molla *Abu'lkheir* in primo Ramo (*Shobet*) libri *Miftáh el-seádet* doctrinas recenset, quae cum ratione artis scribendi cohaerent et hic summatim commemorabuntur. — **Sectio.** Prima quam laudat doctrina versatur in utensilibus scriptoriis, cujusmodi sunt calamus, ratio eos scribendo aptandi, findendi incidendique ars, atramentarium, atramentum et charta. At mea quidem sententia hae res ad artem scribendi referendae sunt, nec ulla ratio eas separatim tractandi comparet. Etenim si talia singulares esse volumus doctrinas, certe negotium esset difficile. Idem auctor *Ibn-elbewwáb Casidam* in *Ra* desinentem et disertam edidisse narrat, ubi in instrumentis artis scribendi recensendis summa usus sit diligentia. De eadem re *Yácút* tractatum composuit. — Porro huc retulit doctrinam regularum artis scribendi i. e. rationis, qua figurae literarum earumque elementa pingenda sint; haec vero ipsa ars scribendi

علم تحسين الحروف وهو ايضا من قبيل تكثير السواد قال ومبنى هذا الفنّ الاستحسانات الناشئة من مقتضى الطباع السليمة بحسب الالف والعادة والمزاج بل بحسب كلّ شخص شخص وغير ذلك ممّا يؤثر فى استحسان الصور واستقباحها ولهذا يتنوّع هذا العلم بحسب قوم قوم ولهذا لا يكاد يوجد خطّان متماثلان من كلّ الوجوه اقول ما ذكره فى الاستحسان مسلم لكن تنوّعه ليس بمتفرّع عليه وعدم وجدان الخطّين المتماثلين لا يترتّب على الاستحسان بل هو امر عادى قريب الى الجبلّى كسآئر اخلاق الكاتب وشمآئله وفيه سرّ الهى لا يطّلع عليه آلّا الافراد ومنها علم كيفيّة تولّد الخطوط عن اصولها بالاختصار والزيادة والتغيير وهو ايضا من هذا القبيل ومنه علم ترتيب حروف التهجى بهذا الترتيب المعهود وازالة التباسها بالنقط ولابن الجنى والخبزى رسالة فى هذا الباب امّا ترتيب الحروف فهو من احوال علم الحروف واعجامها من احوال علم الخطّ ذكر النقط والاعجام فى الاسلام

---

est — Calligraphiam, quae simili modo nonnisi pluri chartae atramento inquinandae inservit. Fundamenta autem, inquit, hujus artis sunt varii pulchri sensus, qui e sanis naturis necessario nascuntur secundum morem, consuetudinem et animi affectionem, imo singulis hominibus universisque convenienter, et aliae res, quae vim in sententiam de pulchritudine literarum et deformitate ferendam exercent, eamque ob caussam haec doctrina in varias secundum varias nationes distinguitur species, et vix duae fortasse inveniuntur scripturae sibi invicem omni ex parte similes. Quod de sensu pulchri dicit, ut quidem ego sentio, concedi potest, at ejus divisio in varias species nullo modo locum dat doctrinam secundum varias nationes diversam habendi, et quod duae scripturae inter se similes non inveniuntur, minime e pulchro recte judicando pendet, sed consuetudinis hoc est et ad res accedit a natura inditas, ut ceterae scribae indoles et affectiones. Inest iis arcanum divinum, quod pauci homines tantum perspiciunt — doctrinam, qua ductus literarum ex elementis derivantur ita, ut contrahantur, augeantur et mutentur. Hoc quoque ejusdem generis est — doctrinam literas alphabeti consueta ratione ordinandi et ambiguitatis punctis diacriticis adpositis amovendae. *Ibn-eljinni* et *Khobzi* tractatum ea de re ediderunt. Dispositio vero literarum pars est doctrinae literarum, ars autem eas punctis diacriticis insigniendi ad scripturam pertinet. —

Caput de punctis diacriticis et vocalibus tempore Islami. — Moham-

اعلم انّ الصدر الاوّل اخذ القران والحديث من افواه الرجال بالتلقين ثمّ لمّا كثر اهل الاسلام اضطرّوا الى وضع النقط والاعجام فقيل انّ اوّل من وضع النقط مرار والاعجام عامر وقيل الحجّاج وقيل ابو الاسود الدؤلى بتلقين على رضى الله عنه الّا انّ الظاهر انّهما موضوعان مع حروف اذ يبعد انّ الحروف مع تشابه صورها كانت عريّة عن النقط الى حين نقط المصحف وقد روى انّ الصحابة جرّدوا المصحف من كلّ شىء حتى النقط ولو لم يوجد فى زمنهم لما يصحّ التجريد وذكر ابن خلكان فى ترجمة الحجّاج انّه حكى ابو احمد العسكرى فى كتاب التصحيف انّ الناس مكثوا يقرؤن فى مصحف عثمان رضى الله عنه نيفًا واربعين سنة الى ايّام عبد الملك بن مروان ثمّ كثر التصحيف وانتشر بالعراق ففزع الحجّاج الى كتّابه وسألهم ان يضعوا لهذه الحروف المشتبهة علامات فيقال انّ نصر بن عاصم وقيل يحيى بن يعمر قام بذلك فوضع النقط وكان مع ذلك ايضا يقع التصحيف فاحدثوا الاعجام انتهى واعلم انّ النقط والاعجام فى زماننا واجبان فى المصحف وامّا فى غير المصحف فعند خوف اللبس واجب

medani seculi primi Coranum et traditiones ex ipsis viris acceperunt, qui utrumque docebant. Serius vero cum assectarum Islami numerus cresceret, ad scribenda puncta diacritica et vocales cogebantur. Primus qui puncta diacritica addidit, *Morár*, qui vocales, *Amir* fuisse dicitur. Alii hanc inventionem *Hejjájo*, alii *Abú'laswado Duli* tribuunt, quem *Ali* docuerat. Attamen illa puncta simul cum literis inventa esse apparet, cum minus probabile sit, literas, quarum figurae sibi similes sint, punctis diacriticis destitutas fuisse usque ad tempus, quo Coranus punctis illis diacriticis notabatur. Traditum etiam est, prophetae socios Coranum omnibus rebus, punctis diacriticis non exceptis, privasse, quae nisi eorum tempore exstitissent, perperam de privatione sermo esset. *Ibn Khallikan* in vita *Hejjáj*i haec habet: *Abu Ahmed Askeri* in libro *Tes'hif* dicit, homines in tractanda Corani recensione, quam *Othman* curaverit, quadraginta annos et quod excedit, perseverasse usque ad tempus *Abdelmelik*i *Ben Merwán*. Tum vero multi errores codicibus coranicis obrepserunt et per Iracam propagati sunt, quo facto *Hejjáj* auxilium scribarum imploravit ab iisque petiit, ut his literis ambiguis sibique similibus notas diacriticas adjicerent: quapropter *Nasr Ben Asim*, vel ut alii volunt, *Yahya Ben Yamor* hanc rem curandam suscepit et puncta diacritica apposuit. Nihilominus vero cum errores subreperent, vocales invenerunt. Haec ille. — Usus punctorum diacriticorum et vocalium nostra aetate res est in codicibus coranicis non minus necessaria, quam in

البتّة لاتيه ما وضعت الّا لازالته وامّا مع امن اللبس فتركه اولى سيّما اذا كان المكتوب اليه اجلّ وقد حكى انّه عُرض على عبد الله بن طاهر خطّ بعض الكتّاب فقال ما احسنه لولا انّه اكثر شونيزه وقيل كثرة النقط في كتاب سوء ظنّ بالمكتوب اليه وقد يقع بالنقط ضرر كما حكى انّ جعفر المتوكّل كتب الى بعض عمّاله ان احْصِ من قبلك من الذمّيّين وعرّفنا بمبلغ عددهم فوقع على الحاء نقطة فجمع العامل من كان في عمله منهم وخصاهم فماتوا غير رجلين الّا في حروف لا تحتمل غيرها كصورة الياء والنون والقاف والفاء المفردات وفيها ايضا تخيّر بما اورد في الشعبة الثانية علومًا متعلّقة باملاء الحروف المفردة وهي ايضا كالاولى فمنها علم ترتيب الشكل ببسائط الحروف من حيث حسنها فكما انّ للحروف حسنا حال بساطتها فكذلك لها حسن مخصوص حال تركيبها من تناسب الشكل ومباديها امور استحسانيّة ترجع الى رعاية النسبة الطبيعيّة في الاشكال وله استمداد من الهندسيّات

---

ceteris inevitabilis, quando ambiguitas metuenda est, cum tantum ad dubia removenda sint inventa. Sin vero dubium nullo modo metuendum est, ea omittere praestat, praesertim cum is, ad quem scribitur, vir sit spectatus et honestus. Narratur autem, cum *Abdallae Ben Táhir* scriptura scribae cujusdam offerretur, eum exclamasse: Quam pulchra, nisi tantum melanthii ei adspersum esset! Dicitur etiam: Nimia punctorum multitudo in scripto male nos opinari jubet de eo, ad quem scribitur. Interdum puncta adjecta multum nocere possunt, ut v. c. *Jafar Motewakkel* ad quendam praefectum scripsisse narratur: Dinumera (*ahsi*) tributarios, qui apud te sunt et certiores nos fac de numeri summa. Verbo „dinumera" autem punctum superscriptum erat, ut praefectus, quotquot in ditione erant, tributarios omnes colligeret et eviraret, unde omnes praeter duos mortui sunt. Praeterea literas habemus, quae nullam permutationem admittunt, qualis est forma literarum *Yá*, *Nún*, *Cáf*, *Fá* in fine separatim positarum, quae cum aliis confundi non possunt. Puncta diacritica ex arbitrio ponenda hic sunt vel omittenda. —

In secundo Ramo libri laudati *Abu'lkheir* doctrinas persequitur, quae orthographiam literarum separatim positarum spectant. Hoc quoque caput priori simile est. Primum huc pertinet doctrina, quae compositionem formarum elementorum literarum docet, ratione earum elegantia habita. Quemadmodum enim literarum elementis sua pulchritudo est, ita pulchritudo peculiaris ad compositionem accedere debet, spectata mutua formarum proportione. Earum principia res sunt a sensu pulchri pendentes, ubi ad observationem rationis naturalis in formis recurritur. Auxilium haec ars petit

وذلك التحسين نوعان حسن التشكيل في الحروف يكون بخمسة اوّلها التوفية وهى ان يوفى كلّ حرف من الحروف حظّه من النقوش والانحناء والانبطاح والثانى الاتمام وهو ان يعطى كلّ حرف قسمته من الاقدار في الطول والقصر والدقّة والغلظة والثالث الانكباب والاستلقاء والرابع الاشباع والخامس الارسال وهو ان يرسل يده بسرعة وحسن الوضع في الكلمات وهى ستّة الترصيف وهو وصل حرف الى حرف والتأليف وهو جمع حرف غير متّصل والتسطير وهو اضافة كلمة الى كلمة والتفصيل وهو مواقع المدّات المستحسنة ومراعاة فواصل الكلام وحسن التدبير في قطع كلمة واحدة بوقوعها الى آخر السطر وفصل الكلمة التامّة ووصلها بان يكتب بعضها في آخر السطر وبعضها في اوّله ومنها علم املاء الخطّ العربى اى الاحوال العارضة لنقوش الخطوط العربيّة لا من حيث حسنها بل من حيث دلالتها على الالفاظ وهو ايضا مستدرك من قبيل تكثير السواد ومنها علم خطّ المصحف على ما اصطلح عليه الصحابة

---

e doctrinis geometricis. Elegantia autem illa duplicis generis est: prius genus pulchritudinis formationem spectat in literis observatam et quincuplex est. Primo huc pertinet exsecutio perfecta, quae eo constat, quod singulis literis justa pigmenti, inflexionis et cubationis portio tributa est — secundo completio, quae eo constat, quod singulis literis justa longitudinis, brevitatis, gracilitatis et crassitudinis mensura obtingit — tertio, quod literae prona facie praeditae sunt et jacent — quarto, quod tinctura satiatae sunt — quinto, motus solutus et liber, quatenus motum celerem manus permittit. — Alterum genus elegantiae pulchritudinem positionis complectitur in verbis conspicuam, quae sex partibus constat. Prima est idonea appositio, quae eo constat, quod verbum verbo recte jungitur — secunda est conjunctio, quae in conjungendis literis non continuis cernitur — tertia compositio i. e. adjunctio verbi ad verbum in linea — quarta interpunctio i. e. cura locorum, ubi spatia elegantiae regulis convenienter facienda sunt et observatio finium orationis — quinta idonea moderatio in incidenda una voce, quod in extrema linea ponenda est — sexta incisura phrasis integrae ejusque copulatio eo, quod pars in extrema linea, pars in ejus initio ponitur. — Deinde huc refertur orthographia scripturae arabicae i. e. res formis literarum arabicarum accidere possunt, non spectata earum elegantia, sed quatenus totas voces exprimunt. Hoc quoque complementi caussa adjectum est, et nonnisi chartae inquinatae quantitatem auget — porro ars Coranum orthographice

عند جمع القرآن الكريم على ما اختاره زيد بن ثابت رضى الله عنه ويسمّى الاصطلاح السلفى ايضا وفيه العقيلة الرآئيّة للشاطبى ومنها علم خطّ العروض وهو ما اصطلح عليه اهل العروض فى تقطيع الشعر واعتمادهم فى ذلك على ما يقع فى السمع دون المعنى اذ المعتدّ به فى صنعة العروض انّما هو اللفظ لانّهم يريدون به عدد الحروف التى يقوم بها الوزن متحرّكا وساكنًا فيكتبون التنوين نونًا ساكنة ولا يراعون حذفها فى الوقف ويكتبون الحرف المدغم بحرفين ويحذفون اللام ممّا يدغم فيه فى الحرف الذى بعده كالرحمن والذاهب والضارب ويعتمدون فى الحروف على اجزآء التفعيل كما فى قول الشاعر        شعر

ستبدى لك الايام ما كنت جاهلا
ويأتيك بالاخبار من لم تزوّد

فيكتبون على هذه الصورة

---

exarandi regulis convenienter, quas praeeunte *Zeid Ben Thábit* socii prophetae summo consensu in colligendo Corano augusto instituerunt et observarunt: quapropter et methodus priorum Mohammedanorum usu recepta (*El-Istiláh El-Selefi*) appellatur, de eaque Casida *Ackilet* agit in *Rá* desinens et a *Shátibi* composita — denique ars secundum regulas prosodicas scribendi. Hic usus est, de quo artis metricae magistri in scandendis carminibus convenerunt, qua in re solo auditu nituntur nulla argumenti ratione habita, cum id, quod in arte metrica in numerum vocatur, sola vox sit. Etenim per eam numerum literarum, quae mensurae subjiciuntur, respiciunt, sive vocali sint motae sive quiescentes, et nunnationem ita scribunt, ut *Nun* quiescens sit, nec de eo demendo in pausa curam adhibent, literam insertam duabus literis scribunt, et literam *Lám* de iis demunt, in quae inseritur, ut in literam sequentem transeat. Ita v. c. pro *el-rahman*, *el-dzáhib*, *el-dhárib* dicunt *er-rahman*, *edz-dzáhib*, *edh-dhárib*, et in literis vim et auctoritatem sequuntur, quae partibus pedum inest, ut in versu poetae:

Sors tibi aperiet, quae nesciebas,
Et certiorem te faciet is, quem tu commeatu non instruxisti —

quem ad hunc modum scribunt:

سَتَبدِى. نَكَالْبِيَا. مَمَدِنْ. تَجَاهِلَن.
وَيَدِنِى. كَبِلْأَخْبَا. رِمَنْلَمْ. تَزَوِّدِى.

قال فى الكشّاف وقد اتّفقت فى خطّ المصحف اشياء خارجة عن القياس ثمّ ما عاد ذلك بغير ولا نقصان لاستقامة اللفظ وبقاء الحفظ وكان اتّبع خطّ المصحف سنّة لا تخالف وقال ابن درستويه فى كتاب الكتّاب خطّان لا يقاسان خطّ المصحف لانّه سنّة وخطّ العروض لانّه يثبت فيه ما اثبته اللفظ ويسقط عنه ما اسقط هذا خلاصة ما ذكروا فى علم الخطّ ومتفرّعاته وامّا الكتب المصنّفة فيه فقد سبق ذكر بعض الرسائل وما عداه نادر جدّا سوى اوراق ومختصرات كارجوزة عون الدين

١٧٢٦ خطاب الاهاب الناعب وجواب الشهاب الثاقب لشهاب الدين احمد بن محمد ابن عربشاه الدمشقى الحنفى المتوفى سنة ٨٥٤ ١٧٢٧ خطب ابن نباتة فى الادبيّات

Satobdi — lakal'aiya — momakon — tejâhilan —
Weyati — kabil'akhba — rimanlam — tozawwidi.

Auctor commentarii coranici *Keshshâf* dicit: Scripturae Corani casu res ingestae sunt, quae analogiam excedunt, nec serius ulla mutatione aut imminutione inflexae sunt, cum vox scripta recta maneat et memoria conservetur. Itaque orthographiae coranicae observatio lege ita sancita est, ut nemini repugnare liceat. *Ibn Dorostaweih* in libro de Scribis (*Kitab el-kottab*) dicit: Duo sunt scripturae genera, quae analogiam non admittunt, scriptura codicum coranicorum, cujus regulae lege traditionali sancitae sunt, et scriptura artis metricae, ubi omnia scribuntur, quae pronunciantur, et tolluntur, quae in pronunciando opprimuntur. Haec summa est eorum, quae viri periti de arte scribendi doctrinisque cum ea cohaerentibus monent. Inter libros de ea scriptos supra nonnulli tractatus laudati sunt, ceteri, qui praeter illos commemorantur, rarissimi sunt exceptis nonnullis foliis et compendiis, ut *Orjuzet* ab *Aun-ed-din* edita.

1726. Kitab el-ihab el-nackib we Jewab el-shehab el-thackib, alloquium pellis laceratae et responsio flammae ardentis, auctore *Shehab-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ibn Arabshâh Dimeshki* Hanefita, anno 854 (inc. 11. Febr. 1450) mortuo. 1727. Khotab (pluralis a *khotbet*) Ibn Nebata, orationes

وهي جمع خطبة لابي يحيى عبد الرحيم بن محمد بن اسمعيل بن نباتة الفارقي المتوفى سنة ٣٧٤ وله شروح منها شرح ابي البقاء عبد الله بن حسين العكبري المتوفى سنة ٦١٦ وشرح موفق الدين عبد اللطيف بن يوسف البغدادي المتوفى سنة ٦٢٩ وشرح تاج الدين ابي اليمن زيد بن حسن الكندي المتوفى سنة ٦١٣ فيه اشكالات اجاب عنها موفّق الدين وشرح عثمان بن يوسف الغلبوني المتوفى سنة ٦٤٤ ومن شروحه روضة الناصحين ٤٧٢٨ خطب الاربعون المعروفة بالودعانيّة جمعها ابو الودعان وذكره الصغاني في خطبة المشارق وقال زيّفها الاقدمون الّا انّهم شرحوها فمنهم ابو نصر عبد العزيز بن احمد البارجيلغي واول شرحه الحمد لله الصانع القديم الخ ذكر فيه انّه وقع المحنة في علم الحديث من الخطب الاربعين التمس بعضهم منه ان يكتب له فوائد مسموعة من الاسانيد ٤٧٢٩ خطب الخيل لابي العلاء احمد بن عبد الله المعري المتوفى سنة ٤٤٩ وهو في عشر كراريس يتكلّم على السنتها ٤٧٣٠ خطب النبي صلعم جمعها ابو العباس جعفر بن محمد المستغفري المتوفى سنة ٤٣٢

---

*Ibn Nebátae* de rebus ethicis, auctore *Abu Yahya Abd-el-rehím Ben Mohammed Ben Ismaíl Ben Nebáta Fáricki*, anno 374 (inc. 4. Jun. 984) mortuo. Eas commentati sunt *Abu'lbecá Abdallah Ben Hosein Okberi*, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuus — *Mowaffic-ed-dín Abd-el-latíf Ben Yusuf Baghdádi*, anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuus — *Táj-ed-dín Abu'lyemen Zeid Ben Hasan Kindi*, anno 613 (inc. 20. Apr. 1216) mortuus, cujus commentarius locos obscuros et dubios continet, ad quos *Mowaffic-ed-dín* respondit — *Othmán Ben Yusuf Ghalbúni*, anno 644 (inc. 19. Mai. 1246) defunctus. Commentarii *Raudhet el-násihín* auctor ignotus est. — 4728. El-Khotab El-Arbaúna, orationes quadraginta traditionales *Wed'aníyet* vulgo appellatae, quod *Abu'lwed'án* eas collegit. Laudantur a *Sagháni* in praefatione operis *Mesháric*, qui eas a veteribus corruptas esse dicit. Nihilominus commentati sunt eas, ut *Abu Nasr Abd-el-azíz Ben Ahmed Bárjíleghi*, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo creatori aeterno etc. Disputationem, quae in doctrina rei traditionariae versabatur, incidisse etiam dicit in quadraginta orationes, et disputantium quendam ab eo petiisse, ut observationes utiles de earum auctoritatibus, quas audivisset, scripto exararet. — 4729. Khotab el-kheil, colloquia equorum, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. Decem quiniones plagularum, ubi ita loquitur, quasi equi suis linguis loquantur. — 4730. Khotab el-nebi, orationes prophetae, quas *Abu'labbas Jafar Ben Mohammed Mostaghfiri*, anno 432 (inc. 11. Sept. 1040) mortuus, collegit. —

٤٧٣١ الخطب الهروية للشيخ ابى الحسن على بن ابى بكر الهروى [السائح المتوفى سنة ٦١١] ٤٧٣٢ خطبة البيان منسوبة الى على بن ابى طالب رضى الله عنه وهى سبعون كلمة اولها الحمد لله بديع السموات وفاطرها الخ [قيل انها من المفتريات] ولها شرح بالتركية مجلد ٤٧٣٣ خطبة الفصيح لابى العلاء احمد بن عبد الله المعرى المتوفى سنة ٤٤٩ وهى خمسة عشر كراسة يتكلم فيها على ابواب الفصيح وله تفسير خطبة الفصيح شرح فيه غريبه ٤٧٣٤ خطبة الوداع وهى التى خطبها رسول الله صلعم فى حجة الوداع قال الصغانى ان من الكتب الموضوعة خطبة الوداع المنسوبة الى النبى صلعم ٤٧٣٥ خطط مصر وهى جمع خطة بمعنى محلة او بلد لانه يخط عند التحديد واول من صنف فيه ابو عمر محمد بن يوسف الكندى [المتوفى سنة ٣٥٠] ثم القاضى ابو عبد الله محمد بن سلامة القضاعى المتوفى سنة ٤٥٤ سماه المختار فى ذكر الخطط والآثار فذكر اكثرها فى سنى الشدة المستنصرية من سنة

---

4731. El-Khotab El-Herewíyet, orationes Heraticae, auctore Sheikh *Abu'lhasan Ali Ben Abi Bekr Herewi* [devoto, anno 611 (inc. 13. Mai. 1214) mortuo]. — 4732. Khothet el-beyán, sermo eloquentiae *Alio Ben Abi Tálib* auctori tributa. Septuaginta dicta, quae ita incipiunt: Laus Deo, coelorum creatori et opifici etc. [In scriptis effictis et spuriis esse dicuntur], et eorum commentarius uno volumine comprehensus turcice scriptus est. — 4733. Khothet el-fesíh, oratio eloquentis, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. Quindecim fasciculi decem foliorum, ubi ad ordinem capitum libri *Fesih* disserit. Idem interpretationem libri *Khothet el-fesíh* edidit, ubi dictiones rariores explicuit. — 4734. Khothet el-wedá', oratio valedictoria, quam legatus Dei habuit, cum valedicendi caussa ultimum sacrum iter Mekkanum faceret. *Sagháni* monet, librum *Khothet el-wedá'* prophetae tributum ex scriptis esse suppositiciis. — 4735. Khotat Misr, divisiones (*khotet*, lineae, pluralis est vocis *khottat* locum sive regionem significantis, quod in terminis ejus describendis lineae ducuntur) terrarum Aegyptiacarum. *Abu Omarum Mohammed Ben Yusuf Kindi*, [anno 350 (inc. 20. Febr. 961) mortuum], qui primus de hac re scripsit, secutus est Judex *Abu Abdallah Mohammed Ben Selámet Codhái*, anno 454 (inc. 15. Jan. 1062) mortuus, qui librum *Mokhtár fi dzikr el khotat we el-athár* inscripsit. Maxima eorum pars, quae hic commemorantur, destructa est annis calamitatis, ubi regnante *Mostanser* ab anno 457

سبع وخمسين الى سنة اربع وستين من الغلآء والوبآء ثمّ كتب تلميذه ابو عبد الله بن بركات النحوى المتوفى سنة عشرين وخمسمائة عن مائة سنة وثلثة اشهر ثمّ كتب الشريف محمد بن اسمعيل الجوانى المتوفى سنة وسمّاه النقط لمعجم ما اشكل من الخطط ثمّ كتب القاضى تاج الدين محمد بن عبد الوهّاب بن المتوج [المتوفى سنة ٧٣٠] وسمّاه اتّعاظ المتأمّل وايقاظ المتغفّل فبيّن احوال مصر الى حدود سنة خمس وعشرين وسبعمائة وقد دثر بعده معظم ما ذكره ثمّ كتب القاضى محيى الدين عبد الله بن عبد الظاهر [بن نشوان المتوفى سنة ٦٩٢] وسمّاه الروضة البهيّة الزاهرة والخطط المعزّيّة القاهرة ثمّ صنّف الشيخ تقى الدين احمد بن عبد القادر المقريزى المتوفى سنة ٨٤٥ كتابًا مفيدًا وسمّاه المواعظ والاعتبار بذكر الخطط والآثار احسن فيه واجاد وهو المشهور المتداول الآن ولهذا الكتاب ترجمة بالتركيّة عملها بعض العلمآء للامير ابرهيم الدفترى سنة ٩٦٩ ٤٧٣٦ خطف البارق وقذف المارق للفقيه الامام ذى الوزارتين ابى عبد الله [محمد] بن [مسعود بن] ابى الخصال الغافقى [المقتول شهيدًا

(inc. 13. Dec. 1064) usque ad annum 464 (inc. 29. Sept. 1071) annonae caritas et pestis terras vexabant. Post hunc discipulus ejus *Abu Abdallah Ben Berakát* Grammaticus, qui centum annos et tres menses natus anno 520 (inc. 27. Jan. 1126) obiit, de eadem re scripsit, itemque Sherif *Mohammed Ben Ismaíl Jewàni*, anno . . . mortuus, qui opus *El-Nocat limo'jim má ashkala min el-khotat* inscripsit. — Hunc Cádhi *Táj-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-wehháb Ben-el-motewwej*, [anno 730 (inc. 25. Oct. 1329) mortuus], excepit, qui librum *Ittiátz el-moteammil we Icátz el-moteghaffil* inscripsit, et historiam Aegypti circiter usque ad annum 725 (inc. 18. Dec. 1324) narravit. Attamen post ejus mortem magna eorum pars, quorum mentionem fecit, obliterata est. Tum Cádhi *Mohyi-ed-dín Abdallah Ben Abd-el-táhir* [*Ben Neshwán*, anno 692 (inc. 12. Dec. 1292) mortuus], librum *El-Raudhet El-Behiyet El-Záhiret we El-Khotat El-Moizziyet El-Cáhiret* inscriptum edidit. Denique Sheikh *Tacki-ed-dín Ahmed Ben Abd-el-cádir Macrízi*, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuus, librum eruditionis plenum et *El-Mewáïtz we El-Itibár bi dzikr el-khotat we el-athár* inscriptum confecit, ubi rem propositam egregie persecutus est et optime absolvit. Hac aetate notus est et in omnium manibus versatur, et vir doctus aliquis eum Emiro *Ibrahim Defteri*, anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuo, turcice tradidit. — 4736. Khatf el-báric we Cadzf el-máric, fulmen visu privans et damnatio a religione deflectentis, auctore Jurisconsulto et Imám *Abu Abdallah* [*Mohammed*] *Ben* [*Mes'úd Ben*] *Abi'lkhisál Gháficki* duplici Weziratu ornato, [qui anno 540 (inc. 24. Jun.

سنة ٥٤٠] رد فيه على ابن غرسية في رسالته في تفضيل العجم على العرب

### ٤٧٣٦ علم الاخفاء

وهو علم يتعرف منه كيفية اخفاء الشخص نفسه عن الحاضرين بحيث يراهم ولا يرونه ذكره ابو الخير من فروع علم السحر وقال وله دعوات وعزائم الا ان الغالب على ظني ان ذلك لا يمكن الا بالولاية بطريق خرق العادة لا بمباشرة اسباب يترتب عليها ذلك عادة وكثيرا ما نسمع هذا لكن لم نر من فعله او راى من فعله الا ان خوارق العادات لا تنكر سيما من اولياء هذه الامة النقية اقول كونه علما من جهة تفرعه على السحر لا من جهة الكرامة فلا وجه لغلبة ظنه في عدم امكانه اذ هو بطريق السحر ممكن لا شبهة فيه بل بطريق الدعوة والعزائم ايضا كما يدعيه اهله وعدم الرؤية لا يدل على عدم الوقوع

٤٧٣٧ خفى علائى في الطب فارسى مجلد لزين الدين اسمعيل بن حسين الجرجانى المتوفى سنة

1145) martyrium subiit]. Refutavit hic tractatum de Persis genti arabicae praeferendis, quem conjugis filius edidit.

### 4737. Ilm el-khafá. Ars se invisibilem reddendi.

Haec est ars, unde ratio cognoscitur, qua quis se ipsum praesentibus invisibilem reddere possit, ut hos videat, hi eum non videant. *Abu'lkheir* eam in artibus ad magiam pertinentibus numerat, et: Precibus, inquit, et incantamentis ad eam pervenitur. Puto tamen multo magis, eam nonnisi sanctis ope miraculi concedi posse, non tractandis rebus, quibus illa ars ad morem usitatum disponatur. Saepe de hac re loqui audimus, nec tamen cognoscimus ullum, qui eam fecerit, sive facientem viderit. Minime vero miraculorum extraordinariorum operatio negatur, praesertim respectu virorum nostrae religionis sanctorum. Haec ille. — Ego quoque artem in doctrinis numero, quatenus partem ad magiam pertinentem complectitur, non vero habita miraculorum a sanctis efficiendorum ratione. Nec caussa est opinioni ejus praevalenti assentiendi, artem simpliciter exerceri non posse, cum ope magiae sine ullo dubio non minus exerceri possit quam precibus et incantamentis, ut ipsi viri ejus periti contendunt, nec inde, quod visus non sit, qui eam exercuerit, minime sequitur, eam omnino non exerceri.

4738. Khafi Alayi, arcanum *Aláïticum*. Volumen de medicina, quod *Zein-ed-din Ismaïl Ben Hosein Jorjani*, anno 530 (inc. 11. Oct. 1135) mortuus,

ألفه لعلاء الدين الب ارسلان محمد ٤٧٣٩ الخفية الشمسية رسالة في تيسير المتعسّر وتسخير المطالب اوله الحمد لله رب العالمين الخ ونقل لها خافية ايضا ٤٧٤٠ خلاصة المفتي في الفروع للسيد الامام ناصر الدين ابي القسم بن يوسف السمرقندي الحنفي ٤٧٤١ خلاصة الاحكام في فروع الحنفية ٤٧٤٢ خلاصة الاحكام في مهمات السنين وقواعد الاسلام للامام محيي الدين يحيى بن شرف النووي الشافعي المتوفى سنة ٤٧٤٣ خلاصة الاخبار في احوال النبي صلعم المختار مختصر للشيخ محمود افندي الاسكداري المتوفى سنة ١٠٣٨ اوله الحمد لله الذي علم الانسان ما لم يعلم الخ رتبه على خمسة ابواب ١ في خلق العالم ٢ في خلق آدم ٣ في شأن نبينا صلعم ٤ في العلم والمعرفة ٥ في التسبيح والذكر والدعاء والتوحيد ٤٧٤٤ خلاصة الاخبار في احوال الاخيار فارسي مجلد لغياث الدين محمد بن همام الدين الملقب بخواندمير الفه لمير عليشير في حدود سنة تسعمائة

---

*Alá-ed-díno Alparslan Mohammed* persice composuit. — 4739. El-Kháfíyet El-Shemsíyet, arcanum solare. Tractatus de rebus necessariis facilius comparandis et thesauris reconditis eliciendis, qui ita incipit: Laus Deo mundorum domino etc. Idem *Kháfiyet* inscribitur. — 4740. Khiláset el-mufti, liber Muftii subsidiarius delectum partium juris specialium continens, auctore Seyyid Imám *Násir-ed-dín Abu'lcásim Ben Yusuf Samarcandi* Hanefita. — 4741. Khilaset el-ahkam, medulla statutorum de partibus juris Hanefitici specialibus. — 4742. Khiláset el-ahkám, medulla statutorum de quaestionibus annorum gravioribus et praeceptis Islami, auctore Imám *Mohyi-ed-din Yahya Ben Sheref Newewi* Shafiita, anno . . . mortuo. — 4743. Khiláset el-akhbár, medulla historiarum de rebus ad prophetam electum pertinentibus, auctore Sheikh *Mahmúd Efendi Uskudári*, anno 1038 (inc. 21. Aug. 1628) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui homines docuit, quae ignorabant etc., et in quinque capita dispositum est — 1. de creatione mundi — 2. de creatione Adami — 3. de statu prophetae nostri — 4. de scientia et cognitione — 5. de laudatione, invocatione, comprecatione et cultu unius Dei. — 4744. Khiláset el-akhbár fi ahwál el-akhyár, summa historiarum selecta de rebus viros bonos et sanctos spectantibus. Volumen, quod *Ghiyáth-ed-dín Mohammed Ben Hemmám-ed-dín*, honorifice *Khundemír* cognominatus, *Miro Alishír* circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) persice composuit, et in

ورتّب على مقدّمة وعشر مقالات وخاتمة المقدّمة في بدء الخلق والمقالات في الانبياء والحكماء وملوك العجم والسير والخلفاء وبنى امية والعباسية ومعاصريهم من الملوك وآل جنكيز خان وآل تيمور والخاتمة في اوصاف هراة وسكّانها لخّص فيه روضة الصفاء لابيه ١٧٤٥ خلاصة الادوار في مطالب الاحرار رسالة فارسيّة في الموسيقى لرستم بن سار بن محمد بن سالار الّفه سنة ٨٥٨ ١٧٤٦ خلاصة الاعراب في شرح ديباجة المصباح يأتي ١٧٤٧ خلاصة الاعمال فارسي ١٧٤٨ خلاصة الافكار في شرح لبّ الالباب يأتي ١٧٤٩ خلاصة التبيين في المعاني والبيان ارجوزة للشيخ اثير الدين ابي حيان محمد بن يوسف الاندلسي المتوفى سنة ٧٤٥ ولم يكمله ١٧٥٠ خلاصة التجارب في الطبّ فارسي مجلّد لبهاء الدولة بن مير قوام الدين [قاسم] نوربخش الرازي الّفه سنة ٩٠٧ في بلدة ري ١٧٥١ خلاصة التفاسير ١٧٥٢ خلاصة التمهيد في نهاية التجريد لزين الدين سريجا بن محمد الملطي المتوفى سنة ٧٨٨

praefationem, decem dissertationes et conclusionem divisit. Praefatio agit de initio mundi, dissertationes de prophetis, sapientibus, antiquis regibus Persarum et aliorum populorum, prophetae vita et expeditionibus, Khalifis, Omayyadis, Abbasidis, aliis principibus eorum aequalibus, dynastia *Jinkiz Khâni*, dynastia *Timuri*, et conclusio de descriptione Heratae hujusque urbis incolarum, ibique opus patris *Raudhet el-sefa* excerpsit. — 1745. Khilaset el-adwâr, summa circulorum selecta de virorum justorum desideriis. Tractatus persicus de musica, quem *Rustem Ben Sâr Ben Mohammed Ben Sâlâr* anno 858 (inc. 1. Jan. 1454) composuit. — 1746. Khilaset el-irâb, medulla expositionis. Commentarius praefationis operis *Misbâh*, de quo infra videatur. — 1747. Khilaset el-amal, summa operationum selecta. Persice. — 1748. Khilaset el-afkar, summa cogitationum selecta. Commentarius operis *Lubb el-albâb*, de quo infra dicetur. — 1749. Khilâset el-tibyan, medulla clarae expositionis de doctrina sententiarum et expositionis. Carmen, quod Sheikh *Athir-ed-din Abu Hayyân Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuus, metro *Rejez* composuit, at imperfectum reliquit. — 1750. Khilaset el-tejarib, summa experientiarum selecta. Volumen de medicina, quod *Behâ-ed-deulet Ben Mir Chiwâm-ed-din* [*Câsim*] *Nurbakhsh Razi* anno 907 (inc. 17. Jul. 1501) in urbe Rei persice composuit. — 1751. Khilaset el-tefasir, medulla interpretationum coranicarum. — 1752. Khilaset el-temhid fi nihayet el-tejrid, medulla rectae dispositionis de summo contemplationis solitariae gradu, auctore *Zein-ed-din Serija Ben Mohammed Melcti*, anno 788 (inc.

٤٧٥٣ خلاصة الحاصل في احوال الامم مختصر محمد بن الخطيب ٤٧٥٤ خلاصة الدفاتر
٤٧٥٥ خلاصة الدلائل في تنقيح المسائل شرح مختصر القدوري يأتي في الميم ٤٧٥٦ خلاصة
الديوان في الطبّ تركي محمد المترجم من الافرنجيّة ذكر انّه جمع ما في كتب الطبّ
من الامراض والعلاج ٤٧٥٧ خلاصة سير سيّد البشر صاحبه محبّ الدين احمد بن عبد الله
الطبري المتوفى سنة ٦٩٤ اوله الحمد لله على نواله الخ وهو مختصر مرتّب على اربعة وعشرين
فصلًا جمعه من اثنى عشر موئّفًا ما بين كبير التخبه وصغير الحقه ٤٧٥٨ خلاصة الصلوة
٤٧٥٩ خلاصة العبر يأتي في العين ٤٧٦٠ خلاصة الفتاوى للشيخ الامام طاهر بن احمد [بن
عبد الرشيد] البخاري الحنفي المتوفى سنة ٥٤٢ وهو كتاب مشهور معتمد في مجلّد ذكر في
اوّله انّه كتب في هذا الفنّ خزانة الواقعات وكتاب النصاب فسأل بعض اخوانه تلخيص نسخة
قصيرة يمكن ضبطها فكتب الخلاصة جامعة لرواية خالية عن الزوائد مع بيان مواضع

2. Febr. 1386) mortuo. — 4753. Khiláset el-hasil, summa proventus selecta de statu populorum, auctore *Mohammed Ben-elkhatib.* Compendium. — 4754. Khiláset el-defátir, summa selecta codicum. — 4755. Khiláset el-deläïl, summa argumentorum selecta de quaestionibus recte componendis. Commentarius compendii a *Codúri* editi, de quo in litera *Mim* videatur. — 4756. Khiláset el-díwán, summa concilii selecta. Opus medicum, quod *Mohammed* Interpres Francogallicus edidit, et collecta dicit continere omnia, quae in libris medicorum de morbis eorumque medela scripta legantur. — 4757. Khiláset siyer seyyid el-besher, summa selecta vitae et expeditionum domini humani generis, auctore *Mohibb-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Taberi*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo pro ejus liberalitate etc., et in viginti quatuor sectiones dispositum est, quas e duodecim operibus congessit, ita ut plura potiorem partem excerperet, parvum adjiceret. — 4758. Khiláset el-salat, medulla precum. — 4759. Khiláset El-Iber, medulla operis *Iber*, de quo in litera *Aïn* sermo erit. — 4760. Khiláset el-fetáwi, summa responsorum juridicorum selecta, auctore Sheikh et Imám *Táhir Ben Ahmed* [*Ben Abd-el-reshid*] *Bokhári* Hanefita, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo. Volumen notissimum et magnae auctoritatis, cujus initio auctor monet, se de eadem re libros *Khizánet el-wackiát* et *Kitáb el-nisáb* conscripsisse et amicorum quendam petiisse, ut in exemplari parvo, quod memoria comprehendi posset, summam rei selectam deponeret. Ea de caussa librum *Khiláset* composuit, qui traditionem contineret additamentis superfluis deprivatam, ita

المسائل وكتب فهرسة الفصول والاجناس على رأس كل كتاب ليكون عونا لمن ابتلى بالفتوى وزيلعي المحدث تخريج احاديثه ٤٧٦١ خلاصة القانون في الطب يأتي ٤٧٦٢ خلاصة القواعد لعز الدين محمد بن ابي بكر ابن جماعة المتوفى سنة ٨١٩ ٤٧٦٣ خلاصة القول البديع في الصلوة على الحبيب الشفيع صلعم لبعض الوعاظ المعاصر لملا عرب الواعظ المذكور في خطبته اوله الحمد لله الذي اعلى قدر حبيبه الخ جمع فيه اربعين حديثا عن اربعين صحابيا

٤٧٦٤ خلاصة الكلام في تأويل الاحكام لعبد الرحمن بن نصر بن عبد الله وهو مختصر على اربعة وعشرين بابا اوله الحمد لله الذي سلك بنا المنهج اليقين الخ ٤٧٦٥ خلاصة ما يحصل عليه الساعون في [ادوية] دفع الوباء والطاعون للاديب فتح الله بن محمود البيلوني [الحلبي المتوفى سنة ١٠٤٢] مختصر على ابواب اوله بسم الله خير الاسماء الخ فرغ منه في اواخر ربيع الثاني سنة ثمان وعشرين بعد الالف ٤٧٦٦ خلاصة المفاخر في

tamen, ut loca quaestionum explicarentur, et indicem sectionum et generum in cujusvis libri capite posuit, ut ei auxilio esset, qui in responsi dandi discrimen incurreret. *Zeilai* Traditionarius ejus traditiones extraxit. — 4761. Khilaset el-canun, summa Canonis selecta. Liber medicus, de quo infra dicetur. — 4762. Khiläset el-cawäïd, summa statutorum selecta, auctore *Izz-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Jemáa*, anno 819 (inc. 1. Mart. 1416) mortuo. — 4763. Khilaset el-caul el-bedi', medulla effati diserti de precatione pro amico intercessore, cui Deus faveat, auctore quodam concionatore, concionatoris Molla *Arab* in praefatione laudati aequali. Incipit auctor ita: Laus Deo, qui amici sui pretium extulit etc., et hic quadraginta traditiones ex auctoritate quadraginta *Mohammed*is sociorum collegit, qui pauca tantum ejus verba tradiderunt. — 4764. Khilaset el-kelam fi tawíl el-ahkam, summa doctrinae selecta de statutorum interpretatione, auctore *Abd-el-rahman Ben Nasr Ben Abdallah.* Compendium in viginti quatuor capita distributum, quod ita incipit: Laus Deo, qui nobiscum certam fidei viam incedit etc. — 4765. Khilaset ma yahsol aleihi el-sau'n, summa selecta eorum, ad quae praefecti perveniunt in [remediis] morbi epidemii et pestilentiae depellendi. Compendium in capita dispositum, quod ita incipit: Nomine Dei, quod omnium nominum praestantissimum est etc., et a Philologo *Fat'h allah Ben Mahmud Beiluni* [*Halebi*, anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) mortuo], fine mensis Rebi' II. anno 1028 (inc. 9. Dec. 1618) absolutum est. — 4766. Khilaset el-mefakhir, summa

اخبار شيخ عبد القادر للامام عبد الله بن اسعد اليافعي اليمنى نزيل مكة المتوفى سنة ٧٧١ ٤٧٦٧ خلاصة المجمعات لمحمود بن احمد الفارابي المتوفى سنة ٦٠٧ ٤٧٦٨ الخلاصة المرضية في سلوك طريق الصوفية لشمس الدين محمد بن احمد بن عبد الدائم الاشموني [المالكي] المتوفى سنة ٨٨١ [وهي تشتمل على ابواب] ٤٧٦٩ خلاصة النهاية في فوائد النهاية وهو مختصر شرح السغناقي للهداية يأتي في الهاء ٤٧٧٠ خلاصة الوسائل الى علم المسائل للامام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٥٠٥ مجلد ذكر انه لخصه من مختصر المزني وزاد عليه ٤٧٧١ خلاصة الوفاء باخبار دار المصطفى يأتي في الواو ٤٧٧٢ خلاصة في تاريخ المدينة ايضا فارسي لعمر الحافظ الرومي من المتأخرين وترجمته بالتركية لولده محمد عاشق ٤٧٧٣ خلاصة في اختصار النوادر لابي الليث يأتي في النون ٤٧٧٤ خلاصة في الاصول لزين الدين محمد بن عبد الله المعروف بخطيب دمشق الشافعي ٤٧٧٥ خلاصة في الفروع

factorum gloriosorum selecta de historia Sheikhi *Abd-el-cádir*, auctore Imam *Abdallah Ben As'ad Yáfii Yemeni* Mekkae inquilino, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuo. — 4767. Khiláset el-mecámat, summa consessuum selecta, auctore *Mahmúd Ben Ahmed Fárábi*, anno 607 (inc. 25. Jun. 1210) mortuo — 4768. El-Khiláset El-Merdhiyet, medulla grata de via Sufurum ingredienda, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Ben Abd-el-dáïm Oshmúni* [Malikita], anno 881 (inc. 26. Apr. 1476) mortuo. [Opus in capita divisum est]. — 4769. Khiláset el-niháyet, medulla gradus extremi, observationes utiles in opus *Niháyet* continens. Epitome commentarii, quem *Saghanáchi* in opus *Hidáyet* scripsit. Confer infra literam *Há*. — 4770. Khiláset el-wesaïl, summa adjumentorum selecta, quibus ad scientiam quaestionum pervenitur. Volumen, quod Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuus, se meliorem partem e compendio *Mozeni* excerpsisse additamentisque auxisse dicit. — 4771. Khiláset el-wefa, medulla promissi in familia prophetae electi describenda servati. Vide infra literam *Wáw*. — 4772. Khiláset fi taríkh El-Medínet, summa selecta historiae Medinensis. Opus persicum, quod recentior auctor *Omar Rumi* El-Hafitz conscripsit ejusque filius *Mohammed Ashic* turcice reddidit. — 4773. Khiláset fi ikhtisár El-Newádir, summa selecta. Epitome operis *Newadir* ab *Abu'lleith* editi, de quo litera *Nún* videatur. — 4774. Khiláset fi el-osúl, summa selecta de juris et theologiae scholasticae principiis, auctore *Zein-ed-dín Mohammed Ben Abdallah* Shafiita, vulgo *Khatib Dimeshc* dicto. — 4775. Khiláset fi el-forú',

للقاضى وجيه الدين اسعد بن المنجّى الحنبلى الدمشقى المتوفى سنة ٦٠٦ ٤٧٧٦ خلاصة في النحو تعرف بالفيّة ابن مالك سبق ذكرها ٤٧٧٧ خلاصة في مختصر البدر المنير سبق [ذكره] في الباء ومختصر هذا المختصر المسمّى بالمنتقى وفي مختصر الهداية وفي مختصر البزّازيّة ٤٧٧٨ خلاصة في الجدل للمراغى [لعلّه هو البرهان محمود بن عبيد الله الشافعى الاصولى المراغى المتوفى سنة ٦٨١] ٤٧٧٩ خلاصة في الفرائض لزين الدين عبد الجبّار بن احمد ولاحمد بن محمد الازدى ٤٧٨٠ خلاصة في الحساب لبهاء الدين محمد بن حسين [وهو من علماء الدولة الصفويّة في زمن شاه طهماسب بن شاه اسمعيل الاردبيلى] مختصر على مقدّمة وعشرة ابواب اوله نحمدك يا من لا يحيط بجميع نعمه الخ ٤٧٨١ خلاصة في نظم الروضة في الفقه يأتى في الراء ٤٧٨٢ خلاصة في حديث كلّ بدعة ضلالة للشيخ عبد الله الانصارى اوله الحمد لله على افضاله الخ [وهى رسالة] ٤٧٨٣ خلاصة في اصول الحديث

summa selecta de partibus juris specialibus, auctore Cádhi *Wejih ed-din As'ad Ben-elmonajja Dimeshki* Hanbalita, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo. — 4776. Khilaset fi el-nahw, summa selecta. Opus grammaticum, vulgo *Alfiyet* dictum et ab *Ibn Málik* compositum. Vide supra literam *Elif*. — 4777. Khilaset fi mokhtasar El-Bedr El-Monír, medulla. Epitome operis *El-Bedr El-Monír*, de quo in litera *Bá* dictum est. Haec epitome rursus in epitomen *Munteca* inscriptam coacta est. Eundem titulum „*Khiláset*“ prae se fert epitome operum *Hidáyet* et *Bezzáziyet*. — 4778. Khilaset fi el-jadl, summa selecta de topica, auctore *Merághi*, [qui forte idem est cum *Borhán-ed-dín Mahmúd Ben Obeidallah Osuli Merághi* Shafiita, anno 681 (inc. 11. Apr. 1282) mortuo — 4779. Khiláset fi el-feraidh, summa selecta de doctrina juris hereditarii, auctoribus *Zein-ed-din Abd-el-jebbár Ben Ahmed* et *Ahmed Ben Mohammed Azdi*. — 4780. Khilaset fi el-hisab, summa selecta de arte computandi, auctore *Behá-ed-din Mohammed Ben Hosein*, [qui tempore *Sháh Tahmásp Ben Sháh Ismail Erdebíli* inter viros doctos aulae Sofidarum floruit]. Compendium in praefationem et decem capita divisum, quod ita incipit: Laus Deo, cujus beneficia omnia non comprehendit is etc.

4781. Khilaset fi natzm El-Raudhet, summa selecta. Poëtica operis *Raudhet* de jurisprudentia exaratio, de quo litera *Rá* videatur. — 4782. Khilaset fi hadith, summa selecta de traditione, quae dicit: Novam quamque rem errorem esse, auctore Sheikh *Abdallah Ansari*. [Tractatus], qui ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis etc. — 4783. Khilaset fi osul el-hadith, summa selecta de principiis

لشرف الدين حسين بن محمد الطيبي المتوفى سنة ٧٤٣ وهو مختصر على مقدّمة واربعة ابواب وخاتمة ذكر انّه لخّصه من علوم الحديث لابن الصلاح ومن مختصر النووي والقاضي ابن جماعة واضاف الى ذلك زيادات مهمّة من جامع الاصول وغيره وعليه حاشية للعلّامة السيّد الشريف على بن محمد الجرجاني المتوفى سنة ٨١٦

## ٥٧٨٤ علم الخلاف

وهو علم يعرف به كيفيّة ايراد الحجج الشرعيّة ودفع الشبهة وقوادح الادلّة الخلافيّة بايراد البراهين القطعيّة وهو الجدل الذي قسم من المنطق الّا انّه خصّ بالمقاصد الدينيّة وقد يعرف بانّه علم يقتدر به على حفظ ايّ وضع وهدم ايّ وضع كان بقدر الامكان ولهذا قيل الجدليّ امّا مجيب يحفظ وضعًا او سائل يهدم وضعًا وقد سبق في علم الجدل وذكر ابن خلدون في مقدّمته انّ الفقه المستنبط من الادلّة الشرعيّة كثير فيه الخلاف بين المجتهدين

---

doctrinae traditionariae, auctore *Sheref-ed-dín Hosein Ben Mohammed Tayyibi*, anno 743 (inc. 6. Jun. 1342) mortuo. Compendium in praefationem, quatuor capita et conclusionem divisum, quod auctor meliorem partem se e libro *Olúm el-hadíth* ab *Ibn-elsaláh* edito, e compendio *Neweweï* et Cadhii *Ibn Jemáa* excerpsisse dicit, eique nova additamenta gravioris argumenti adjecit e *Jámi' el-osúl* et aliis. Glossas in hunc librum vir doctissimus *Seyyid Sherif Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus, composuit.

## 5784. Ilm el-khiláf. Doctrina theologiae controversae.

Haec est ea doctrina, qua ratio cognoscitur, probationes legitimas proponendi et dubia et difficultates argumentorum controversorum afferendis demonstrationibus acerrimis tollendi. Ita non differt a topica (*Jadl*), quae pars est logicae, nisi quod speciatim in propositis ad religionem pertinentibus versatur. Constat autem esse doctrinam, qua propositiones quaecumque quantum fieri potest aut defendi aut dirimi possint. Itaque disputator (*jadli*) esse dicitur aut responsor propositionem defendens, aut percontator propositionem refellens, de qua re supra in doctrina *Jadl* dictum est. — *Ibn Khaldún* in Praefatione (*Mocaddemet*): In jurisprudentia, ait, ex argumentis legalibus elicita controversia inter doctores summos (secundum intelligentiarum et

باختلاف مداركهم وانظارهم خلافًا لا بدّ من وقوعه واتّسع فى الملّة اتّساعًا عظيمًا وكان للمقلّدين ان يقلّدوا من شآؤا ثمّ لمّا انتهى ذلك الى الائمّة الاربعة وكانوا بمكان من حسن الظنّ اقتصر الناس على تقليدهم فاقيمت هذه الاربعة اصولاً للملّة واجرى الخلاف بين المتمسّكين بها مجرى الخلاف فى النصوص الشرعيّة وجرت بينهم المناظرات فى تصحيح كلّ منهم مذهب امامه يجرى على اصول صحيحة ويحتجّ بها على صحّة مذهبه فتارة يكون الخلاف بين الشافعى ومالك وابو حنيفة يوافق احدهما وتارة بين غيرهم كذلك وكان فى هذه المناظرات بيان مأخذ هؤلآء فيسمّى بالخلافيّات ولا بدّ لصاحبه من معرفة القواعد التى يتوصّل بها الى استنباط الاحكام كما يحتاج اليها المجتهد الّا انّ المجتهد يحتاج اليها للاستنباط وصاحب الخلاف يحتاج اليها لحفظ تلك المسآئل من ان يهدمها المخالف بادلّته وهو علم جليل الفائدة وكتب الحنفيّة والشافعيّة اكثر من تواليف المالكيّة لانّ اكثرهم اهل المغرب وهو بادية والغزالى

judiciorum diversitatem magnam partem habitat, nec illa controversia ullo modo evitari potest, et in religione islamica longe lateque patet, imitatoribus auctoritatem eorum, quos velint, sequentibus. Quae opinionum diversitas cum usque ad tempus Imamorum quatuor propagata esset, qui tantam bonae famae celebritatem habebant, ut homines in eorum imitatione subsisterent, hi quatuor viri tanquam fundamenta sectae mohammedanae primaria constituti sunt, et controversia inter eorum disciplinae asseclas semper eodem modo continuabatur, quo in legis mohammedanae sanctionibus: disputabatur enim saepissime inter singulos de disciplina Imami sui confirmanda, quae verissimis principiis munita esset: quibus tanquam argumentis veritatis ejus doctrinae utebantur, ut modo controversia esset inter *Sháfii* et *Málik*, *Abu Hanifa* cum alterutro consentiente, modo inter alios eadem ratione. In his disputationibus capita cognitionum altercantium „contradictoria" (*Khiláfiyát*) appellata patefacta sunt, quorum studiosus regularum fundamentalium cognitione minime carere potest, quibus ad statuta elicienda pervenitur, quemadmodum doctori summo iis opus est, nisi quod hic ad eliciendum iis eget, disputator vero controversiae studiosus ad quaestiones illas defendendas, quatenus eas adversarius argumentis suis refellere studet. — Doctrina est magnae utilitatis, et Hanefitarum et Shafiitarum libri plures sunt numero quam Malikitarum, cum major hujus sectae pars occidentales Africae regiones occupet et vitam campestrem degat. *Ghazali* de hac doctrina librum *Makhadz* edidit et

فيه كتاب المأخذ ولابى بكر ابن العربى من المالكيّة كتاب التلخيص جلبه من المشرق ولابى زيد الدبوسى كتاب التعليقة ولابن القصار من المالكيّة عيون الادلّة انتهى ومن الكتب المؤلّفة ايضا المنظومة النسفيّة وخلافيّات الامام الحافظ ابى بكر احمد بن الحسين بن على البيهقى المتوفى سنة ۴۵۸ جمع فيه المسآئل الخلافيّة بين الشافعى وابى حنيفة

۴۷۸۵ خلد برين فارسى منظوم لمولانا وحشى اوله

خامه برآورد صداى حديد

۴۷۸۶ [خلع الانوار فى الصلوة على النبى المختار للشيخ العارف ابى اليسر محمود بن محمد العنابى العمرى الفه فى سنة ۱۰۹۵] ۴۷۸۷ خلع العذار فى وصف العذار لصلاح الدين خليل بن ايبك الصفدى ذكره صاحب سحر العيون وقال لبس ثوب الخلاعة حيث خلع عذاره فى الاستطاعة ۴۷۸۸ خلع النعلين فى الوصول الى حضرة الجمعين للشيخ ابى القاسم او ابن قسى شيخ الصوفيّة وهو مختصر اوله الحمد لله الذى اوجد بالحرفين دآئرة الوجود الخ

---

*Abu Bekr Ibn-elarabi* Malikita librum *Telkhis* e *Mashrec* extractum: porro *Abu Zeid Debbúsi* opus *Ta'lícat* et *Ibn-elcassár* Malikita *Oyún el-adillet.* — Haec ille. — Praeterea huc pertinent carmen a *Nesefi* compositum et opus *Khiláfiyát*, in quo Imám Háfitz *Abu Bekr Ahmed Ben-elhosein Ben Ali Beihacki*, anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuus, quaestiones inter *Sháfii* et *Abu Hanífa* controversas collegit.

4785. Khuldi berín, paradisus amoenus. Carmen persicum Mollae nostri *Wahshí*, quod ita incipit:

Calamus producit tinnitum ferri.

4786. [Khilo' el-anwár, pretiosissimum luminum de precatione pro propheta electo, auctore Sheikh spiritali *Abu'lyesr Mahmúd Ben Mohammed Ounábi Omari*, qui anno 1095 (inc. 10 Dec. 1683) scripsit]. — 4787. Khal'o el-idzár, dimissio pudoris de descriptione barbae in genis, auctore *Saláh-ed-dín Khalil Ben Ibek Safedi.* Auctor operis *Sihr el-oyún* librum his verbis commemorat: Induit vestem vitae dissolutae, ut quantum potuit seducere studeret. — 4788. Khal'o' el-na'lein, mutatio calceorum de perveniendo ad praesentiam duorum statuum bonorum, auctore Sheikh *Abu'lcásim* sive *Ibn Cossi* Suforum Sheikho. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui duabus literis orbem existentiae existere jussit etc. Commentarium

وشرحه الشيخ محيي الدين محمد بن على ابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ ذكر فيه ان المصنف كان من اهل الادب والفضل متضلّع من اللغة فلا يقصد الى كلمة الا لحكمة يراها وشرح ايضا الشيخ عبدى شارح الفصوص ١٧٨٩ خلعيّات من اجزاء حديث لتخريج القاضى ابى الحسن على بن حسن بن حسين الخلعى الموصلى المتوفى سنة ٤٤٨ جمعها احمد بن حسين الشيرازى فى عشرين جزءا ١٧٩٠ خلعة الزين فى نشر طىّ سلك العين يأتى فى السين ١٧٩١ خلق افعال العباد للامام ابى عبد الله محمد بن اسمعيل البخارى المتوفى سنة ٢٥٦ صنّفه بسبب ما وقع بينه وبين الذهلى ويرويه عنه يوسف بن ريحان بن عبد الصمد الفربرى ايضا وهو من تصانيفه الموجودة عند ابن حجر العسقلانى ١٧٩٢ خلق الانسان اى فى اسماء اعضائه وصفاته صنّف فيه جماعة من الادباء واللغويين لانّه من اللغة منهم ابن قتيبة عبد الله بن مسلم النحوى المتوفى سنة ٢٧٦ وابو الحسين احمد بن فارس اللغوى المتوفى سنة ٣٩٥ وابو سعيد عبد الملك بن قريب الاصمعى وابو عبد الله محمد بن زياد ابن الاعرابى وابو القسم

operis Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuus, composuit, et: Auctor, ait, philologiae gnarus et eruditione plenus fuit, linguam cognitam perspectamque habuit, nec voce usus est nisi ob rationem philosophicam, quam spectavit. Sheikh *Abdi* quoque, libri *Fosús* interpres, commentarium hujus libri edidit. — 1789. Khilaïyat, traditiones *Khilaï*ticae dictae, quas Cadhi *Abu'lhasan Ali Ben Hasan Ben Hosein Khilai Mausili*, anno 448 (inc. 21. Mart. 1056) mortuus, elicuit, et *Ahmed Ben Hosein Shirázi* in viginti fasciculis collegit — 1790. Khil'at el-zein, vestimentum ornatus de explicanda complicatione operis *Salk el-ain*, de quo litera *Sín* videatur. — 1791. Khalc af'al el-ibad, quaeritur, num cultores Dei actiones ipsi producant, auctore Imam *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismaïl Bokhári*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo, qui propter controversiam scripsit, quam de illa quaestione cum *Dzohli* habuit. *Yusuf Ben Reihan Ben Abd-el-samed Firabri* quoque rem ex illius auctoritate retulit, et, teste *Ibn Hajr Ascalani*, liber in iis auctoris operibus est, quae adhuc exstant.

1792. Khalc el-insan, constitutio hominis i. e. de ejus membrorum nominibus et qualitatibus, de qua re ad lexicologiam spectante multi philologi et lexicographi scripserunt, ut *Ibn Coteiba Abdallah Ben Moslim* Grammaticus, anno 276 (inc. 6. Mai. 889) mortuus — *Abu'lhosein Ahmed Ben Faris* Lexicologus, anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuus — *Abu Said Abd-el-melik Ben Coreib Asmaï* — *Abu Abdallah Mohammed Ben Ziyad Ibn-elarabi* — *Abu'lcasim Yusuf Ben Abdallah Zejjáje*

يوسف بن عبد الله الزجاجي وابو بكر محمد بن قاسم الانباري النحوي وابو مالك عمرو
ابن كركرة والقاضي بيان الحق محمود بن ابي [الحسن بن] الحسين النيسابوري وابو علي
حسن بن عبد الله الاصفهاني [المعروف بلُكْذَه] وثابت بن علي الكوفي وابو القاسم محمد بن
محمود النيسابوري وابو عبيدة معمر بن المثنى اللغوي وابو بكر محمد بن عثمن المعروف
بالجعد وابو عمرو اسحق بن مرار الشيباني وابو الطيّب محمد بن احمد الوشّآء النحوي
وابو علي اسمعيل بن القسم القالي وابو اسحق ابرهيم بن محمد الزجاج النحوي المتوفي
سنة ٣١٠ وابو موسى سليمن بن محمد المعروف بالحامض النحوي [المتوفي سنة ٣٠٥] وابو
حاتم سهل بن محمد السجستاني وابو زيد سعيد بن اوس الخزرجي [المتوفي سنة ٢١٥]
وابو جعفر احمد بن محمد النحاس النحوي وابو القسم عمر بن محمد الهيثم ومحمد بن
حبيب النحوي وابو سعيد داود بن الهيثم التنوخي وابو محلم محمد بن هشام اللغوي
المتوفي سنة ٢٤٥ والشيخ ابو عبد الله محمد بن عيسى بن اصبغ نظم فيه وشرف الدين الرجي
لم يسبق الى مثله والشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفي سنة ٩١١

---

*Abu Bekr Mohammed Ben Cásim Anbári* Grammaticus — *Abu Málik Amru Ben Kirkira* — Cadhi *Beyán-elhacc Mahmud Ben Abi'l* [*hasan Ben*]-*elhosein Nisábúri* — *Abu Ali Hasan Ben Abdallah Isfaháni*, [vulgo *Lokdzah* dictus] — *Thábit Ben Ali Kufi* — *Abu'lcásim Mohammed Ben Mahmúd Nisábúri* — *Abu Obeida Ma'mar Ben-elmothanna* Lexicologus — *Abu Bekr Mohammed Ben Othmán*, vulgo *Ja'd* dictus — *Abu Amru Is'hac Ben Morár Sheibani* — *Abu Tayyib Mohammed Ben Ahmed Weshshá* Grammaticus — *Abu Ali Ismail Ben-elcásim Cáli* — *Abu Is'hac Ibrahim Ben Mohammed Zejjáj* Grammaticus, anno 310 (inc. 4. Mai. 922) mortuus — *Abu Musa Soleimán Ben Mohammed* Grammaticus, vulgo *Hámidh* dictus [et anno 305 (inc. 24. Jun. 917) mortuus] — *Abu Hátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni* — *Abu Zeid Said Ben Aus Khazreji*, [anno 215 (inc. 28. Febr. 830) mortuus] — *Abu Ja'far Ahmed Ben Mohammed Nehhás* Grammaticus — *Abu'lcásim Omar Ben Mohammed Heithem* — *Mohammed Ben Hebib* Grammaticus — *Abu Said Dawud Ben-elheithem Tonúkhi* — *Abu Mohallim Mohammed Ben Hishám* Lexicologus, anno 245 (inc. 8 Apr. 859) mortuus — Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Isa Ben Asba'*, qui metrice scripsit — *Sheref-ed-din Reji*, qui sui similem non habet — Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun.

سمّاه غاية الاحسان

٤٧٩٣ خلف الدنيا وما فيها للشيخ ابى الحسن محمد بن عبد الله الكسائى مجلّد اوله الحمد لله الذى انبت الخلق نباتا الخ بدأ فيه باللوح والقلم ثمّ ذكر خلق السموات والارض والانبيآء والجنّ والانس بسرد الآثار والاخبار

٤٧٩٤ خلف الفرس صنّف فيه جماعة ايضا منهم ابو القاسم يوسف بن عبد الله الزجاجى النحوى وابو بكر محمد ابن قاسم الانبارى وابو سعيد عبد الملك بن قريب الاصمعى وابو عبد الله محمد بن زياد ابن الاعرابى وثابت بن على الكوفى وابو على حسن بن عبد الله الاصفهانى وابو الحسن نصر ابن اسمعيل النحوى المتوفى سنة ٢٠٤ وابو اسحق ابرهيم بن محمد الزجاج وابو طيب محمد بن احمد الوشّآء

٤٧٩٥ خمسة الجامى وهى عبارة عن خمسة كتب فى المثنويات داخلة فى هفت اورنك الآتى ذكره فى الهآء وكذا بواقى الخمسة

٤٧٩٦ خمسة الجليلى البرسوى

٤٧٩٧ خمسة خسرو الدهلوى المتوفى سنة ٧٢٥ وهى تعلّق نامه وقران سعدين ومفتاح الفتوح

1505) mortuus, qui librum *Ghâyet el-ihsân* inscripsit. — 4793. Khalc el-dunya, creatio mundi et rerum in eo existentium, auctore Sheikh *Abu'lhasan Mohammed Ben Abdallah Kisayi*, qui a tabula fatorum et calamo incipit, tum creationem coelorum et terrae, prophetarum, geniorum et hominum commemorat, adjecta continua factorum praeclarorum et historiarum narratione. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui fecit, ut natura plantas produceret etc. — 4794. Khalc el-feres, constitutio equorum, de qua pariter multi scripserunt, ut *Abu'lcâsim Yusuf Ben Abdallah Zejjaji* Grammaticus — *Abu Bekr Mohammed Ben Câsim Anbâri* — *Abu Said Abd-el-melik Ben Coreib Asmaï* — *Abu Abdallah Mohammed Ben Ziyâd Ibn-elarâbi* — *Thabit Ben Ali Kufi* — *Abu Ali Hasan Ben Abdallah Isfahâni* — *Abu'lhasan Nasr Ben Ismaïl* Grammaticus, anno 204 (inc. 28. Jun. 819) mortuus — *Abu Ishac Ibrahim Ben Mohammed Zejjâj* — *Abu Tayyib Mohammed Ben Ahmed Weshsha.* — 4795. Khamset El-Jami, quinio i. e. quinio sive pentas carminum *Methnewi* dictorum et libro *Heftureng*, de quo in litera *Ha* videatur, insertorum. Eadem est ratio ceterorum corporum *Khamset* inscriptorum. — 4796. Khamset El-Jelili, quinio carminum, auctore *Jelili Bursewi.* — 4797. Khamset Khosrew Dehlewi, quinio carminum a *Khosrew Dehlewi*, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuo, editorum. Continet *Tealloc-nameh* i. e. liber amicitiae — *Chirân sa'dein* i. e. conjunctio stellarum Jovis et Veneris — *Miftâh el-fotuh* i. e. clavis victoriarum —

ومه سپهر وغرة الكمال كذا قيل والصحيح على ما رأيته انّ الاوّل مطلع الانوار والثانى خسرو وشيرين والثالث ليلى ومجنون والرابع آينهء اسكندرى والخامس هشت بهشت ۴۷۹۸ خمسة خواجه كمال الدين ابى العطآء محمد بن على الكرمانى ويقال له خلاق المعانى يتبع فيه خمسة النظامى وارّخ تمامه بقوله شعر

شد بتاريخ هفت صد وچل وچار
در اين نقش آزرى چو نگار

الاوّل روضة الانوار ۴۷۹۹ خمسة سنان بن سليمان من امرآء السلطان بايزيد خان وهو اوّل من نظم الخمسة بالتركيّة الاوّل وامق وعذرآء والثانى يوسف وزليخا والثالث حسن ونگار والرابع سهل ونوبهار والخامس ليلى ومجنون ۴۸۰۰ خمسة العطآئى وهو عطآء الله بن يحيى الشهير بنوعى زاده المتوفى سنة ۱۰۴۴ الاوّل ساقى نامه والثانى نفحة الازهار فى بحر الخبن والثالث

---

*Mehi sipehr* i. e. luna coeli — *Ghorret kemál* i. e. splendor perfectionis. Ita saltem vulgo dicitur; ad veritatem autem propius accedit, ut quidem ego vidi, haec enumeratio, ut primum carmen sit *Metáli' el-anwár* i. e. ortus luminum, secundum *Khosrew* et *Shirín*, tertium *Leila* et *Mejnún*, quartum *Aineï Iskenderi* i. e. speculum Alexandri, quintum *Hesht behisht* i. e. octo paradisi. — 4798. Khamset Khoja Kemál-ed-dín, quinio carminum a *Kemál-ed-din Abu'latá Mohammed Ben Ali Kermáni*, vulgo *Khallác el-meáni* i. e. creator sententiarum dicto, editorum. Imitatur hic quinionem *Nitzámi*i, tempusque, quo suum absoluit, versu hoc significavit:

Factum est tempore anni septingentesimi quadragesimi quarti.
Confectio hujus scripturae pretium est picturae instar.

٥١٣٤ دمعة الباكي ويقظة الساهي لابن فضل الله شهاب الدين احمد بن يحيى العدوي العمري المتوفى سنة ٧٤٩ ٥١٣٥ الدمني من كتب الفروع نقل عنه ابراهيم شرعته ٥١٣٦ دمية القصر وعصرة اهل العصر في ذيل اليتيمة للثعالبي لابي الحسن علي بن حسن الباخرزي قتل في سنة ٤٦٧ وشرحه عبد الوهاب المالكي المتوفى سنة ... وقال ابن خلكان قد وضع عليه ابو الحسن علي بن زيد البيهقي كتاباً سمّاه وشاح الدمية وهو كالذيل عليه انتهى وذيل زينة الدهر ايضا ذيله ٥١٣٧ دواء النفس من النكس لكمال الدين عبد الله بن علي بن ايوب مختصر اوله امّا بعد حمد الله الحسن وضع الاشياء الخ ذكر انّه رسالة تحتوي على معرفة ما داخله السمّ ومعرفة مزاجه وعلاجه وفصّلها بثلاثة فصول وذكر له اسمًا آخر وهو ادلّة الطلّاب صيانة الانسان من اذاء المعدن والنبات والحيوان ٥١٣٨ الدواهي والنواهي في الردّ على ابي محمد بن حزم لابي بكر ابن العربي [المغربي المالكي] المتوفى سنة [٥٤٦] ٥١٣٩ دواء الامراض

1122 mortuo. — 5134. Dem'at el-baki we Yacatzat el-sáhi, lacryma flentis et vigilia negligentis, auctore *Ibn Fadhlallah Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Yahya Adewi Omarí*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. — 5135. El-Dimni, liber bene curans de partibus juris specialibus, unde *Ibrahím* librum suum regium hausit. — 5136. Dumyet el-casr we Usret ahl el-asr, idolum castelli et refugium aequalium. Appendix, qua opus *Yetímet* a *Theálibi* compositum continuatur, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Hasan Bákharzi*, anno 467 (inc. 27. Aug. 1074) interfecto. Commentarium ejus edidit *Abd-el-wehháb* Malikita anno ... mortuus, et, ut *Ibn Khallikán* dicit, *Abu'lhasan Ali Ben Zeid Beihacki* librum ad archetypum composuit *Wisháh El Dumyet* inscriptum, quo quasi illud continuatur. Haec ille. — Liber *Zinet el-dahr* quoque ejus appendix est. — 5137. Dewá el-nefs, medicamentum animae contra morbum recidivum, auctore *Kemál-ed-dín Abdallah Ben Ali Ben Eiyúb*. Compendium, quod ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus, qui conditionem rerum primitivam egregiam reddit etc. Tractatum esse dicit, qui cognitionem eorum comprehendat, quibus venenum insit, et cognitionem ejus mixtionis et curationis. Divisit eum in tres sectiones et alium ejus titulum commemorat *Adillet el-tollâb siyánet el-insán min azá el-ma'din we el-nebát we el-heiwan*. — 5138. El-Dewahi we El-Newahi, infortunia et res vetitae. Refutatio *Ali Abu Mohammed Ben Hazm*, auctore *Abu Bekr Ibn-el-arabi* [*Maghribi* Malikita], anno [546 (inc. 20. Apr. 1151)] mortuo. — 5139. [Dewa el-

فى علم الطبّ ألّفه المولى عيسى الساقزى رئيس الاطبّاء فى زمن السلطان ابراهيم المتوفى سنة ١٠٥٩ وهو كتاب نافع كامل شامل مفيد عدد اسمه تأريخ التأليف] ٥١٤٠ الدوران الفلكى على ابن الكركى لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو من مقاماته ٥١٤١ دول الاسلام فى التأريخ لشمس الدين الذهبى المتوفى سنة ٧٤٦ وهو مختصر على ترتيب السنين ينتهى الى سنة ٧٤٠ ثمّ ذيّله السخاوى [من سنة احدى واربعين الى سنة احدى وتسعمائة ذيلًا مختصرًا كاصله] وسمّاه الذيل التمّ بدول الاسلام ٥١٤٢ الدول المنقطعة للوزير جمال الدين ابى الحسن على بن ابى منصور ظافر الازدى المتوفى سنة ٦٢٣ وهو كتاب بديع [فى بابه] فى نحو اربع مجلّدات ٥١٤٣ ده مرغ تركى منظوم نظمه شمس [العجمى] الشاعر من شعرآء السلطان سليم [خان] الماضى حين قدم من ديار العجم وهو كتاب مشتمل على نصائح من لسان الطيور ٥١٤٤ ده نامه فرسى منظوم للشيخ اوحدى [بن خواجه اصيل الدين المراغى] المتوفى سنة ٦٩٧ نظمه باسم ضياء الدين يوسف من احفاد نصير

---

amradh, remedium morborum de doctrina medicinae. Liber utilis, perfectus, amplus et eruditionis plenus, cujus auctor Molla *Isa Sáckizi* medicorum princeps tempore Sultani *Ibrahím* anno 1059 (inc. 5. Jan. 1649) mortui floruit. Numerus tituli compositionis tempus indicat]. — 5140. El-Deweran El-Feleki, conversio coelestis contra *Ibn-elkereki*, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Legitur in ejus *Mecámát*. — 5141. Dowel el-islam, dynastiae islamicae, auctore *Shems-ed-dín Dzehebi*, anno 746 (inc. 4. Mai. 1345) mortuo. Compendium historicum ad ordinem annorum dispositum, quod ad annum 740 (inc. 9. Jul. 1339) descendit. Postea continuavit *Sekháwi* [ab anno 741 (inc. 27. Jun. 1340) ad annum 901 (inc. 21. Sept. 1495) eadem ratione brevi, qua archetypum compositum est] et hanc appendicem *El-Dzeil El-Támm bi Dowel el-islám* appellavit. — 5142. El-Dowel El-Moncatiat, dynastiae quae periere, auctore Wezír *Jemál-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Abi Mansúr Táhir Azdi*, anno 623 (inc. 2. Jan. 1226) mortuo. Liber [in suo genere] egregius, qui circiter quatuor volumina complectitur. — 5143. Deh Murgh, decem aves. Carmen turcicum compositum a *Shemsi* [*Ajemi*] Poëta ad aulam Sultani *Selím* [*Khán*], qui obiit, cum e regionibus Persarum rediret. Liber bona consilia ex ore avium continet. — 5144. Deh-námeh, liber denarius. Carmen persicum, quod Sheikh *Auhadi* [*Ben Khojá Asíl-ed-dín Merághi*], anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuus, nomine *Dhiyá-ed-dín*

الدين الطوسى ٥١٤٥ دعى العطش وانس الواحش لابن العماد [وفى نسخة دعى العاطن وانس الواسن] ٥١٤٦ ديرات لابى الحسن على بن محمد الشابشتى الكاتب المتوفى سنة ذكر فيه كلّ دير بالعراق والجزيرة والشأم ومصر وقد جمع فيه تواليف كثيرة وجمع الاشعار المقولة فى كلّ دير وما جرى فيه وهو مؤخّر من ديارات الخالدى والاصفهانى لابى الفرج على بن حسين الاصفهانى المتوفى سنة والخالد ٥١٤٧ ديباج المذهب فى علماء المذهب هو طبقات المالكيّة لبرهان الدين ابرهيم بن على بن فرحون [اليعمرى المدنى] المالكى المتوفى سنة ٧٩٩ وهو كتاب لطيف ذيّله بدر الدين العراقى المتوفى سنة ٩٧٥ وسمّاه توشيح الديباج وحلية الابتهاج ٥١٤٨ ديباج لابى عبيدة معمر بن مثنى اللغوى المتوفى سنة [٢١٠] مختصر ذكر فيه انّ حكماء العرب فى الجاهليّة ثلثة وكذا ههنا وغير ذلك ٥١٤٩ ديباج على صحيح مسلم بن الحجّاج للسيوطى [مرّ] ٥١٥٠ ديباجة فى شرح سنن ابن ابى ماجه يأتى ٥١٥١ ديباجة الاسماء

*Yusuf* nepotis *Nasir-ed-dini Tusi* scripsit. — 5145. **Dei el-átish we Ons el-wahish**, excitatio sitientis et societas humana feri, auctore *Ibn-elimád*. [In alio exemplo legitur: *Dei el-átin we Ons el-wásin*, excitatio ad aquam repulsi et societas humana somnolenti]. — 5146. **Diyárát**, monasteria, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Sháshi* Scriba, anno … mortuo, qui hic omnia Jracae, Mesopotamiae, Syriae et Aegypti monasteria describit. Multa hic collegit opera, et carmina de singulis monasteriis condita et quae ibi eveneraut congessit. Hoc opus recentius est scriptis *Khalidi* et *Isfahanii* etenim de eadem re *Abu'lfaraj Ali Ben Hosein Isfahani*, anno … mortuus, et *Khalid* scripserunt. — 5147. **Dibáj el-modzehheb**, praefatio inaurata de viris doctis sectae. Classes Malikitarum, auctore *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Ali Ben Ferhun* [*Yamori Medeni*], anno 799 (inc. 5. Oct. 1396) mortuo. Liber elegans, quem *Bedr-ed-din Irácki*, anno 975 (inc. 8. Jul. 1567) mortuus, continuavit in appendice *Taushih El-Dibáj we Hilyet el-ibtiháj* inscripta. — 5148. **Dibaj**, praefatio. Compendium, ubi *Abu Obeida Ma'mar Ben Mothunna* Lexicologus, anno [210 (inc. 21. Apr. 825)] mortuus, docet, Arabes tres habuisse tempore ignorantiae philosophos, et ita hic (?) esse, et quae sunt alia. — 5149. **Dibaj ala Sahih Moslim Ben-elhajjaj**, praefatio ad opus *Sahih* a *Moslim Ben-elhajjáj* editum, auctore *Soyuti* [Vide supra]. — 5150. **Dibajet**, praefatio. Commentarius operis *Sonen* ab *Ibn Abi Májeh* editi. Vide infra. — 5151. **Dibajet el-asma**, praefatio

للشيخ الامام موسى الاديب الفاروثى   ٥١٥٢ دبرينه مختصر فى لغة الفرس   ٥١٥٣ ديسقوريدوس من كتب الادوية لبعض القدماء

٥١٥٤ علم الدواوين

٥١٥٥ ديوان ابراهيم بن سهل الاشبيلى الغريق سنة ٦٤٩ فى سفره الى افريقيّة كان اديبًا متفننًا اسرائيليًّا فاسلم ومدح النبى صلعم وكان قبل اسلامه يهوى غلامًا يهوديًّا اسمه موسى ويهوى فى الاسلام غلاما اسمه محمد فانشد من شعره   شعر

تركت هوى موسى لحبّ محمّد
ولولا هدى الرحمن ما كنت اهتدى
وما عن ملامى تركته وانّما
شريعة موسى عُطّلت بمحمّد

واهل افريقيّة يقولون مات مسلمًا ويستدلّون بشعره واهل الاندلس يقولون بل مات على

---

nominum, auctore Sheikh et Imám *Musa Fárúí* Philologo. — 5152. Dirineh, liber antiquus. Lexicon breve persicum. — 5153. Diyoscúridús, Dioscorides. Liber medicamentorum a quodam auctore vetere compositus. —

5154. Ilm el-dewawín. Doctrina Syllogarum carminum.

5155. Diwán Ibrahím, Diwanus sive Sylloge carminum *Ibrahím*i *Ben Sahl Ishbíli*, qui anno 649 (inc. 26. Mart. 1251), cum in Africam iter faceret, aquis mersus periit. Israelita fuit elegantiore doctrina instructus et ingeniosus, qui Islami religionem amplexus est et prophetam carminibus celebravit. Antequam Muhammedanus factus est, puerum Judaeum *Músa* (Moses) appellatum amavit: Islamo addictus puerum *Mohammed* nominatum dilexit, de qua re hoc recitatur ejus carmen:

Reliqui amorem *Músa*e propter amorem *Mohammed*is,
Et nisi Deus misericors me duxisset, certe non ductus essem.
Nec ob contemtum eum reliqui, sed eam tantum ob caussam,
Quod lex Mosis *Mohammed*is lege abrogata est.

Africae incolae eum Muhammedanum mortuum esse dicunt et argumenta ex ejus carminibus repetunt: Andaluseni vero infidelem obiisse contendunt, cum major pars carminum

لغيره والمر شعره في موسى المذكور كذا في المنهل الصافي ٥١٥٦ ديوان للشيخ ابراهيم | بن يحيى بن عثمان الشاعر المشهور | الغزى | المتوفى سنة ٥٢٤ | ٥١٥٧ ديوان ابراهيم المعمار | وقيل الحجار | الاديب الظريف المعروف بغلام النورى المصرى المتوفى سنة ٧١٩ وهو في غاية الظرف والرقة كذا في المنهل ٥١٥٨ ديوان الابله ابى عبد الله محمد بن بختيار المعروف بالبغدادى المتوفى سنة ٥٨٠ قال ابن خلكان جمع في شعره بين الصناعة والرقة وديوانه كثير الوجود بايدى الناس ومديحه جيد وتخلصه من الغزل الى المديح في غاية الحسن قل من يلحقه فيها ٥١٥٩ ديوان ابن الابار هو ابو جعفر احمد بن محمد الخولانى الاندلسى الاشبيلى المتوفى سنة ٤٣٣ ٥١٦٠ ديوان ابن ابرص | خلف بن يوسف بن فرتون الشنتمرينى النحوى الشاعر المتوفى سنة ٥٣٢ | ٥١٦١ ديوان ابن ابى حجلة ابى العباس احمد بن يحيى التلمسانى المتوفى سنة ٧٧٦ كذا في المنهل وله خمس دواوين في المدائح النبوية وسبع اراجيز سبعة الاف بيت وله اليد

Musam laudatum celebraret. Ita in *El-Menhel El-Sáfi* legitur. — 5156. Diwan, sylloge carminum Sheikhi *Ibrahim* | *Ben Yahya Ben Othmán Ghazzi* | Poëtae illustris, anno 524 (inc. 15. Dec. 1129) mortui |. — 5157. Diwán Ibrahim, sylloge carminum *Ibrahími El-Ammár* | alii dicunt *Hejjáz* | *Misri* Philologi elegantis, vulgo *Gholám El-Nuri* dicti et anno 719 (inc. 1. Apr. 1318) defuncti. Liber, *El-Menhel* teste, cum summa elegantia et mollitia scriptus est. — 5158. Diwan El-Ablah, Diwanus *Abu Abdallae Mohammed Ben Bakhtyár*, vulgo *Ablah Baghdádi* dicti et anno 580 (inc. 11. Apr. 1184) mortui. Auctore *Ibn Khallikán* in carminibus artem cum mollitie conjunxit et ejus Diwanus multum in hominum manibus invenitur. Carmina laudativa praestantissima sunt ejusque transitio a carmine amatorio ad laudativum summa gaudet pulchritudine, et pauci tantum in hoc genere ad ejus praestantiam accedunt. — 5159. Diwan Ibn-elabbar, Diwanus *Jafari Ahmed Ben Mohammed Khauláni Andalusi Ishbili*, anno 433 (inc. 31. Aug. 1041) mortui. — 5160. Diwan Ibn Abras, Diwanus | *Khalafi Ben Yusuf Ben Fertún Shentemerini* Grammatici et Poetae, vulgo | *Ibn Abras* | dicti et anno 532 (inc. 19. Sept. 1137) mortui |. — 5161. Diwan Ibn Abi Hejla, Diwanus *Abu'labbási Ahmed Ben Yahya Tilimsani*, vulgo *Ibn Abi Hejla* dicti et, testante *Menhel*, anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortui. Huic poëtae quinque Diwani tribuuntur encomia prophetae et septem carmina metro *Rejez* composita, quae septem versuum millia explent, continentes. Egregie versatus

الطولى فى الشعر انتهى ٥١٦٢ ديوان ابن ابى حصينة ابى الفتح حسن بن عبد الله
٥١٦٣ ديوان ابن ابى سلمى ٥١٦٤ ديوان ابن ابى عص ٥١٦٥ ديوان ابن احمر ٥١٦٦ ديوان
ابن احنف وهو ابو الفضل عباس الحنفى [اليمانى] المتوفى سنة ١٩٢ قال ابن خلكان جميع
شعره فى الغزل لا يوجد فى ديوانه مديح ٥١٦٧ ديوان ابن اعمى ٥١٦٨ ديوان ابن افلح
هو ابو القاسم على العبسى [المتوفى سنة ٥٣٥] قال ابن خلكان رأيت ديوانه فى مجلّد وسط
وقد جمعه بنفسه وعمل له خطبة وقفاه وذكر عدد ما فى كلّ قفية من بيت واعتنى بامره
انتهى ٥١٦٩ ديوان ابن بابك هو ابو القسم عبد الصمد بن منصور [احد الشعرآء
المجيدين] المتوفى سنة ٤١٠ وقال ايضا رأيت ديوانه فى ثلث مجلّدات وله اسلوب رآئق فى
نظم الشعر ٥١٧٠ ديوان ابن التعويذى وهو ابو الفتح محمد بن عبيد الله الكاتب المتوفى
سنة ٥٨٣ قال ابن خلكان جمع ديوانه بنفسه قبل العمى وعمل له خطبة ظريفة ورتّبه اربعة

---

est in arte poëtica. — Hactenus *Menhel.* — 5162. **Diwán Ibn Abi Hasínet**, Diwanus *Abu'lfat'hi Hasan Ben Abdallah*, vulgo *Ibn Abi Hasínet* dicti. — 5163. **Diwán Ibn Abi Sollami**, Diwanus ab *Ibn Abi Sollami* editus. — 5164. **Diwán Ibn Abi As**, Diwanus ab *Ibn Abi As* editus. — 5165. **Diwán Ibn Ahmar**, Diwanus *Ibn Ahmari.* — 5166. **Diwán Ibn Ahnaf**, Diwanus *Abu'lfadhli Abbás* [*Yemáni*] Hanefitae, vulgo *Ibn Ahnaf* dicti et anno 192 (inc. 6. Nov. 807) mortui. Omnia ejus carmina, ut *Ibn Khallikán* dicit, amatoria sunt; nulla in Diwano inveniuntur poëmata laudativa. — 5167. **Diwán Ibn A'má**, Diwanus ab *Ibn A'má* editus. — 5168. **Diwán Ibn Aflah**, Diwanus *Abu'lcásimi Ali Absi*, vulgo *Ibn Aflah* dicti [et anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortui]. *Ibn Khallikán*: Vidi, ait. Diwanum medio volumine comprehensum, quem ipse collegit. Praemisit praefationem, carmina secundum homoeotelenta ordinavit et numerum versuum commemoravit, qui unum idemque homoeoteleuton habent, et summa cura rem gessit. Haec ille. — 5169. **Diwán Ibn Bábek**, Diwanus *Abu'lcásimi Abd-el-samed Ben Mansúr*, vulgo *Ibn Bábek* dicti et anno 410 (inc. 9. Mai. 1018) mortui. [In poëtis egregiis numeratur. et] idem *Ibn Khallikán:* Vidi, inquit, ejus Diwanum tribus voluminibus constantem, et rationem mirabilem sequitur in metris carminum componendis. — 5170. **Diwan Ibn-elteáwidzi**, Diwanus *Abu'lfat'hi Mohammed Ben Obeidallah* Scribae, vulgo *Ibn-elteáwidzi* nominati et anno 583 (inc. 13. Mart. 1187) mortui. Teste *Ibn Khallikán* ipse Diwanum collegit, antequam luminibus orbatus esset. Scripsit ei

فصول وكلما جدده بعد ذلك سماه الزيادات ولهذا يوجد في بعض النسخ خاليا من الزيادات وبعضها مكملا بالزيادات انتهى ٥١٧١ ديوان ابن تولو تقي الدين عثمان بن سعيد الفهري المصري المتوفى سنة ٦٨٥ ٥١٧٢ ديوان ابن ثور ٥١٧٣ ديوان ابن حجة هو ابو بكر بن علي الحموي المتوفى سنة ٨٣٧ وهو كبير فيه قصائد ومقاطيع ٥١٧٤ ديوان ابن حجاج ابي عبد الله حسين بن احمد الكاتب | الخليع ذي المجون | البغدادي المتوفى سنة ٣٩١ قال ايضا وديوانه كبير اكثر ما يوجد في عشر مجلدات والغالب عليه الهزل وله في الجد ايضا اشياء حسنة اختاره هبة الله بن الحسن المعروف ببديع الاصطرلابي الشاعر المتوفى سنة ٥٣٤ ودونه ورتبه على احد واربعين ومائة باب وجعل كل باب في فن من فنون شعره وقفاه وسماه درة التاج من شعر ابن الحجاج ٥١٧٥ ديوان ابن حجر | الحافظ ابي الفضل | احمد بن علي العسقلاني المتوفى سنة ٨٥٢ كبير وصغير وقد انتخب من الكبير قطعة ورتبها على سبعة ابواب

praefationem elegantem et quatuor fecit sectiones, et quotiescunque postea Diwanum denuo edidit, editionem auctiorem appellavit, quapropter in aliis exemplis illa additamenta non inveniuntur, alia additamentis completa sunt. — Haec ille. — 5171. Diwán Ibn Tulu, Diwanus *Tacki-ed-dini Othmán Ben Saíd Fihri Misri*, vulgo *Ibn Tulu* dicti et anno 685 (inc. 27. Febr. 1286) mortui. — 5172. Diwan Ibn Thaur, Diwanus ab *Ibn Thaur* compositus. — 5173. Diwán Ibn Hojjet, Diwanus *Abu Bekri Ben Ali Hamawi*, vulgo *Ibn Hojjet* dicti et anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortui. Sylloge magna, quae *Casidas* totas et fragmenta continet. — 5174. Diwán Ibn Hejjaj, Diwanus *Abu Abdallae Hosein Ben Ahmed Baghdádi* Scribae, vulgo *Ibn Hejjáj* dicti et anno 391 (inc. 1. Dec. 1000) mortui. Diwanus hujus poëtae |negligentis et incuriosi|, ut *Ibn Khallikán* dicit, magnus est et plerumque in decem voluminibus invenitur, quorum major pars carmina faceta et jocosa continet, at in severis quoque res pulchrae leguntur. Potiora *Hibatallah Ben-elhasan Istarlábi* Poeta, vulgo *Bedí* dictus et anno 534 (inc. 28. Aug. 1139) mortuus, in epitomen coëgit, in syntagma digessit et in centum quadraginta unum caput disposuit. Singulis capitibus genus proprium carminum attribuit, secundum homoeoteleuta ordinavit et epitomen *Dorret el-táj min shi'r Ibn-elhejjáj* appellavit. 5175. Diwan Ibn Hajr, Diwanus |Hafitzi *Abu'lfadhl*| *Ahmed Ben Ali Asculani*, vulgo *Ibn Hajr* dicti et anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortui. Diwanum majorem et minorem edidit. E majore potiorem partem selegit et in septem capita disposuit. Haec epitome, quae ita incipit:

وسمّاه السبعة السيّارة النيّرات اوّل المنتخب امّا بعد حمد الله على احسانه المسمّى
بمنظوم الدرر ٥١٧٦ ديوان ابن الحدّاد محمد بن احمد بن عثمان الاندلسي الشاعر
المتوفى سنة ٤٨٠ ٥١٧٧ ديوان ابن الحنبلي هو شمس الدين محمد بن ابراهيم الحلبي المتوفى
سنة ٩٧١ ٥١٧٨ ديوان ابن حيّوس ابي الفتيان محمد بن سلطان [ابن محمد بن حيّوس]
الغنوي الملقّب بمصطفى الدولة المتوفى سنة ٤٧٣ قال وديوانه كبير ٥١٧٩ ديوان ابن خازن
هو ابو الفضل احمد بن محمد الدينوري البغدادي المتوفى سنة ٥١٨ قال ابخ واعتنى بجمع
شعر والده [نصر الله الكاتب المشهور] فجمع منه ديوانًا وهو شعر جيّد حسن السبك جميل
المقاصد ٥١٨٠ ديوان ابن الخراساني هو ابو العزّ محمد بن محمد [ابن مواهب] الاديب
المتوفى سنة ٥٧٦ قال العماد ديوانه يشتمل على خمسة عشر مجلّدًا ٥١٨١ ديوان ابن خفاجة
ابي اسحق ابراهيم بن ابي الفتح الاندلسي المتوفى سنة ٥٣٣ قال احسن فيه ما
الاحسن ٥١٨٢ ديوان ابن الخيّاط احمد بن محمد الدمشقي الشاعر المتوفى سنة ٥١٧

Laus Deo pro ejus beneficentia „ margaritae certa serie ordinatae " appellata etc., *El-Seb'at El-Seyyáret El-Neyyirát* inscripta est. — 5176. Diwan Ibn-elhaddad, Diwanus *Mohammed*is *Ben Ahmed Ben Othmán Andalusi* Poëtae, vulgo *Ibn-elhaddád* dicti et anno 480 (inc. 8. Apr. 1087) mortui. — 5177. Diwán Ibn-elhanbali, Diwanus *Shems-ed-dín*i *Mohammed Ben Ibrahím Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbali* dicti et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortui. — 5178. Diwán Ibn Hayyúsh. Diwanus *Abu'lfotyán*i *Mohammed Ben Sultán* [*Ben Mohammed Ben Hayyush*] *Ghanewi*, honorifice *Mustafa ed-dewlet* cognominati et anno 473 (inc. 22. Jun. 1080) mortui. Teste *Ibn Khallikán* Diwanus ejus magnus est. — 5179. Diwán Ibn Khazin, Diwanus *Abu'l-fadhl*i *Ahmed Ben Mohammed Dineweri Baghdádi*, vulgo *Ibn Kházin* dicti et anno 518 (inc. 19. Febr. 1124) mortui. — Eodem *Ibn Khallikán* auctore, carmina patris [*Nasrallah* Scribae illustris] colligenda curavit, et inde Diwanum fecit, cujus carmina praestantia, forma eleganti et sententiis pulchris plena sunt. — 5180. Diwán Ibn-elkhorasani, Diwanus Philologi *Abu Izz-ed-dín Mohammed Ben Mohammed* [*Ben Mewáhib*], vulgo *Ibn-elkhorasáni* dicti et anno 576 (inc. 28. Mai. 1180) mortui. Diwanus ejus, ut *Imád-ed-dín* dicit, quindecim volumina complectitur. — 5181. Diwán Ibn Khafaja, Diwanus *Abu Is'hack*i *Ibrahím Ben Abi'lfat'h Andalusi*, vulgo *Ibn Khafája* dicti et anno 533 (inc. 8. Sept. 1138) mortui. *Ibn Khallikán*: Egregie, quantum potuit, inquit, in re versatus est. — 5182. Diwan Ibn-elkhayyat. Diwanus Poëtae *Ahmed Ben Mohammed Dimeshcki*, vulgo *Ibn-elkhayyát* dicti et anno 517

٥١٨٣ ديوان ابن خليل ٥١٨٤ ديوان ابن الدهّان هو ابو الفرج عبد الله بن اسعد الموصلى الحمصى الشافعى المتوفى سنة ٥٨١ قال وديوانه صغير وشعره جيّد ٥١٨٥ ديوان ابن درّاج هو ابو عمر احمد بن محمد القسطلى الاندلسى المتوفى سنة ٤٢١ وديوانه هذا جزآءن ٥١٨٦ ديوان ابن الرومى هو ابو الحسن على بن العباس المتوفى سنة ست وسبعين ومئتين [ وقيل سنة ثلث وثمنين ] قال وكان شعره غير مرتّب ثمّ عمله ابو بكر الصولى ورتّبه على الحروف وجمعه ابو الطيب ورّاق بن عبدوس من جميع النسخ فزاد على نسخة ما هو على الحروف وغيرها نحو الف بيت وابن سينا نخبه وشرح مشكلات شعره ٥١٨٧ ديوان ابن زياد الاعجم ٥١٨٨ ديوان ابن الساعاتى هو ابو الحسن على بن رستم المتوفى بمصر سنة ٦٠٤ قال ديوانه يدخل فى مجلّدين اجاد فيه كلّ الاجادة وله ديوان آخر لطيف سمّاه مقطّعات النيل ٥١٨٩ ديوان ابن سكّرة هو ابو الحسن محمد بن عبد الله الهاشمى البغدادى المتوفى سنة ٣٨٥

(inc. 1. Mart. 1123) mortui. — 5183. D i w á n I b n K h a l í l, Diwanus *Ibn Khalíli*. — 5184. D i w a n I b n - e l d e h h á n, Diwanus *Abu'lfaraji Abdallah Ben As'ad Mausili Himsi* Shafiitae, vulgo *Ibn-eldehhán* dicti et anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortui. Ejus Diwanus, ut *Ibn Khallikán* testatur, quamvis parvus, carmina tamen praestantia continet. — 5185. D i w á n I b n D e r r á j, Diwanus *Abu Omari Ahmed Ben Mohammed Castali Andalusi*, vulgo *Ibn Derráj* dicti et anno 421 (inc. 9. Jan. 1030) mortui. Hic Diwanus duas partes continet. — 5186. D i w á n I b n - e l r ú m i, Diwanus *Abu'lhasani Ali Ben-elabbás*, vulgo *Ibn-elrúmi* dicti et anno 276 (inc. 6. Mai. 889) [ sive, ut alii volunt, anno 283 (inc. 19. Febr. 896) ] mortui. Teste *Ibn Khallikán* ejus carmina in ordinem non disposita erant, quod serius *Abu Bekr Sauli* fecit, qui ordinem alphabeticum secutus est. — *Abu'ltayyib Werrác Ben Abdus* ex omnibus exemplis collegit, et exemplo mille circiter versus addidit et ex alphabetice dispositis et ex aliis. *Ibn Siná* inde potiora in epitome selegit et difficiliora carminum loca commentatus est. — 5187. D i w á n I b n Z i y á d, Diwanus *Ibn Ziyádi* barbari. — 5188. D i w a n I b n - e l s á á t i, Diwanus *Abu'lhasani Ali Ben Rostom*, vulgo *Ibn-elsáati* dicti et anno 604 (inc. 28. Jul. 1207) Misrae defuncti. *Ibn Khallikán:* Ejus Diwanus, inquit, duobus voluminibus comprehendi potest, et omni modo auctor se egregium poëtam praestitit. Idem alium Diwanum elegantem edidit *Mocattaát el-neil* inscriptum. — 5189. D i w a n I b n S o k k a r a, Diwanus *Abu'lhasani Mohammed Ben Abdallah Háshimi Baghdádi*, vulgo *Ibn Sokkara* dicti et anno 385 (inc. 5. Febr. 995) mortui.

قال وديوانه يزيد على خمسين الف بيت ٥١٩٠ ديوان ابن سنا الملك القاضى السعيد هو ابو القسم هبة الله بن القاضى الرشيد ابى الفضل جعفر [السعدى] المصرى المتوفى سنة ٦٠٨ قال فديوانه جميعه موشحات سمّه دار الطراز ٥١٩١ ديوان ابن سوارة ٥١٩٢ ديوان ابن سيار ٥١٩٣ ديوان ابن الشبلى محمد بن الحسين البغدادى المتوفى سنة ٤٧٣ ٥١٩٤ ديوان ابن الظهير الاربلى محمد [بن احمد] بن عمر العلامة الحنفى المتوفى سنة ٦٧٧ فى مجلدين ٥١٩٥ ديوان ابن عدى ٥١٩٦ ديوان ابن العفيف ٥١٩٧ ديوان ابن عنين هو ابو المحاسن شرف الدين محمد بن نصر [الله] الكوفى الدمشقى المتوفى سنة ٦٣٠ وقال ولم يكن له غرض فى جمع شعره فلذلك لم يدوّنه فهو يوجد مقاطيع فى ايدى الناس وقد جمع له بعض اهل دمشق ديوانًا صغيرًا لا يبلغ عشر ما له من النظم ومع هذا ففيه اشياء ليست له ٥١٩٨ ديوان ابن غلبون المعروف بالصورى يأتى ٥١٩٩ ديوان ابن الفارض عمر بن على [بن

---

*Ibn Khallikán:* Ejus Diwanus, inquit, plus quinquaginta millia versuum continet. — 5190. Diwán Ibn Sená, Diwanus *Abu'lcásimi Hibatallah Ben-elcádhi El-Reshíd Abu'lfadhl Jafar* [*Sa'di*] *Misri*, vulgo *Ibn Sená El-Melik El-Cádhi Saíd* dicti et anno 608 (inc. 15. Jul. 1211) mortui. Teste eodem *Ibn Khallikán* totus Diwanus carmina *Mowashshehát* i. e. cingulo circumdata continet et *Dár el-tiráz* inscriptus est. — 5191. Diwán Ibn Suwáreh, Diwanus ab *Ibn Suwáreh* editus. — 5192. Diwán Ibn Seyyár, Diwanus ab *Ibn Seyyár* editus. — 5193. Diwán Ibn-elshibli, Diwanus *Mohammedis Ben-elhosein Baghdádi*, vulgo *Ibn-elshibli* dicti et anno 473 (inc. 22. Jun. 1080) mortui. — 5194. Diwán Ibn-eltzahír, Diwanus *Mohammedis* [*Ben Ahmed*] *Ben Omar* doctissimi Hanefitae, vulgo *Ibn-eltzahír Irbili* dicti et anno 677 (inc. 25. Mai. 1278) mortui. Duo volumina. — 5195. Diwán Ibn Adi, Diwanus ab *Ibn Adi* editus. — 5196. Diwán Ibn-elafíf, Diwanus ab *Ibn-elafíf* editus. — 5197. Diwán Ibn Onein, Diwanus *Abu'lmehásini Sheref-ed-dín Mohammed Ben Nasr* [*allah*] *Kufi Dimeshki*, vulgo *Ibn Onein* dicti et anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortui. *Ibn Khallikán:* Nullum, ait, certum consilium in carminibus colligendis secutus est, qua de caussa ea non in syntagma digessit: sed fragmenta tantum in hominum manibus inveniuntur. Collegit Damascenus quidam Diwanum parvum ex ejus carminibus, qui minime decimam eorum partem continet, quae metrice composuit, et nihilominus illi versus insunt, qui eum minime auctorem habent. — 5198. Diwán Ibn Ghalbún, Diwanus *Ibn Ghalbúni*, vulgo *Suri* dicti. Vide infra. — 5199. Diwán Ibn-elfáridh, Diwanus *Omari Ben Ali* [*Ben*

مرشد] المتوفى سنة [٦٣٢] جمعه سبطه على متلقيّ من ولد الشيخ كمال الدين محمد حين قرأه عليه وشرحه حسن البوريني المتوفى سنة اربع وعشرين بعد الالف وذكر فيه انّه لم يعثر على شرح سوى سمعه من البعض انّ الشيخ جلال الدين السيوطي شرح سائق الاظعان لكن ما نظرت ولا طالعته اوله الحمد لله الذي رفع الادب الخ وفرغ في ربيع الاول سنة الف [وشرحه ايضا العلّامة عبد الغني النابلسي شرحًا حافلًا اوجز فيه كلّ الايجاز وهو ينوف عن خمسين كراسة] ٥٢٠٠ ديوان ابن فرحون علي بن محمد المدني المالكي المتوفى سنة ٦٤٦ ٥٢٠١ ديوان ابن قادوس هو ابو الفتح محمود بن اسمعيل الدمياطي الكاتب المتوفى سنة ٥٥٣ في مجلّدين ٥٢٠٢ ديوان ابن قرناص ابراهيم بن محمد الحموي الشاعر الاديب المتوفى سنة ٦٧١ ٥٢٠٣ ديوان ابن القطان هو ابو القاسم [هبة الله] بن الفضل البغدادي المتوفى سنة ٥٥٨ قال ابن خلّكان واكثر شعره جيد وعبث فيه بجماعة من الاعيان وثلبهم ولم يسلم منه احد

*Murshid*], vulgo *Ibn-elfâridh* dicti et anno [632 (inc. 26. Sept. 1234)] mortui. Nepos ejus hunc Diwanum e carminibus a filio Sheikhi *Kemâl-ed-dîn Mohammed* acceptis congessit, qui ea coram auctore legerat. Commentarium *Hasan Burini*, anno 1024 (inc. 21. Jan. 1615) mortuus, edidit, qui nullum se commentarium cognovisse dicit, nisi quod e quodam audiverit, Sheikh *Jelâl-ed-dîn Soyûti* ejus carmen, quod a verbis *Sâïe el-atz'ân* incipit, explicuisse, attamen hunc commentarium nec vidi nec legi. *Burini* incipit ita: Laus Deo qui doctrinam morum prae ceteris elevavit etc., et mense Rebi' I anni 1000 (inc. 9. Oct. 1591) absolvit. [Porro vir doctissimus *Abd-el-ghani Nabulusi* commentarium amplum composuit, qui amplius quinquaginta fasciculos decem foliorum continet, quamvis auctor summa brevitate usus esset]. — 5200. Diwan Ibn Ferhun, Diwanus *Alîi Ben Mohammed Medeni* Malikitae, vulgo *Ibn Ferhun* dicti et anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortui. — 5201. Diwan Ibn Cadus, Diwanus *Abu'lfat'hi Mahmud Ben Ismaîl Dimyâti* Scribae, vulgo *Ibn Cádûs* dicti et anno 553 (inc. 2. Febr. 1158) mortui. Duo volumina. — 5202. Diwan Ibn Ckirnas, Diwanus *Ibrahimi Ben Mohammed Hamawi* Poëtae Philologi, vulgo *Ibn Ckirnas* dicti et anno 671 (inc. 29. Jul. 1272) mortui. — 5203. Diwan Ibn-elcattan, Diwanus *Abu'lcásimi* [*Hebatallah*] *Ben-elfadhl Baghdâdi*, vulgo *Ibn-elcattân* dicti et anno 558 (inc. 10. Dec. 1172) mortui. *Ibn Khallikân:* Major carminum pars, inquit, bona est, ibique multos viros illustres ludit et nullo salvo perstringit.

٥٢٠٤ ديوان ابن قلاقس هو ابو الفتوح نصر الله بن عبد الله اللخمى الازهرى الملقب بالاعز الاسكندرى المتوفى سنة ٥٦٩ ٥٢٠٥ ديوان ابن القيسرانى ابى عبد الله محمد بن نصر المخزومى الخالدى الحلبى الملقب بشرف المعالى عدّة الدين المتوفى سنة ٥٤٨ قال فظفرت بديوانه ٥٢٠٦ ديوان ابن لؤلؤ يوسف [بدر الدين الدمشقى الذهبى المتوفى سنة ٦٨٠] ٥٢٠٧ ديوان ابن مبارك ٥٢٠٨ ديوان ابن مجبر هو ابو بكر يحيى بن عبد الجليل الاندلسى المرسى المتوفى سنة ٥٨٧ قال ابن خلكان نظرت فيه فوجدت اكثر مدائحه فى الامير يعقوب من بنى عبد المؤمن ٥٢٠٩ ديوان ابن مرداس ٥٢١٠ ديوان ابن المستوفى هو شرف الدين ابو البركات مبارك بن احمد الاربلى المتوفى سنة ٦٣٧ قال اجاد فيه ٥٢١١ ديوان ابن مسك الشيخ عبد الرحمن بن احمد السخاوى المتوفى بعد سنة ١٠١٥ وله ثلث دواوين غزل ومدح وحكم ٥٢١٢ ديوان ابن مسهر هو ابو الحسن على بن سعد مهذب الدين الموصلى المتوفى سنة ٥٤٣

5204. Diwán Ibn Caláckis, Diwanus *Abu'lfotúhi Nasrallah Ben Abdallah Lakhmi Azheri Iskenderi*, vulgo *Ibn Caláckis* et honorifice *Aazz* cognominati. Obiit anno 569 (inc. 12. Aug. 1173). — 5205. Diwán Ibn-elcaisaráni, Diwanus *Abu Abdallae Mohammed Ben Nasr Makhzúmi Khálidi Halebi*, vulgo *Ibn-elcaisaráni* et honorifice *Sheref-elmeáli Oddet-ed-dín* cognominati. Obiit anno 548 (inc. 29. Mart. 1153), et *Ibn Khallikán:* Mihi, inquit, ejus Diwanum comparavi. — 5206. Diwán Ibn Lulu, Diwanus *Yusuf*i [*Bedr-ed-din Dimeshcki Dzehebi*], vulgo *Ibn Lulu* dicti [et anno 680 (inc. 22. Apr. 1281) mortui]. — 5207. Diwan Ibn Mobárek, Diwanus ab *Ibn Mobárek* editus. — 5208. Diwán Ibn Mojir, Diwanus *Abu Bekri Yahya Ben Abd-el-jelíl Andalusi Mursi*, vulgo *Ibn Mojír* dicti et anno 587 (inc. 29. Jan. 1191) mortui. *Ibn Khallikán:* Eum inspexi, ait, et maximam carminum partem encomia esse inveni in honorem Emiri *Yacub Abdolmumin*idae. — 5209. Diwán Ibn Mirdás, Diwanus ab *Ibn Mirdás* editus. — 5210. Diwan Ibn-elmostaufi, Diwanus *Sheref-ed-dín*i *Abu'lberakát Mobárek Ben Ahmed Irbili*, vulgo *Ibn-elmostaufi* dicti et anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortui. Teste *Ibn Khallikán* rem bene gessit. — 5211. Diwan Ibn Misk, Diwanus Sheikhi *Abd-el-rahman Ben Ahmed Sekhávi*, vulgo *Ibn Misk* dicti et post annum 1015 (inc. 29. Apr. 1606) mortui. Tres ei sunt Diwani, amatorius, laudativus, didacticus. — 5212. Diwán Ibn Mos'hir, Diwanus *Abu'lhasani Ali Ben Sa'd Mohadzdzib-ed-dín Mausili*, vulgo *Ibn Mos'hir* dicti et anno 543 (inc.

قال رأيت ديوانه في مجلّدين وذكر انّه ولد بمدينة آمد ٥٢١٣ ديوان ابن منيع ٥٢١٤ ديوان ابن مطروح جمال الدين يحيى بن عيسى الامير المتوفى سنة ٦٤٩ واوصى ان يكتب على قبره

اصبحت بقعر حفرة مرتهنا

لا املك من دنياى الّا كفنا

يا من وسعت عباده رحمته

من بعض عبادك المسيئين انا

٥٢١٥ ديوان ابن المعلم الواسطى هو ابو القاسم محمد بن على الملقّب نجم الدين المتوفى سنة ٥٩٢ قال يكاد شعره يذوب من رقّته وكان سهل الالفاظ صحيح المعانى يغلب على شعره وصف الحبّ والشوق وذكر الصبابة والغرام فعلق بالقلوب ولطف مكانه عند اكثر الناس ومالوا اليه واستشهد به الوعّاظ وبالجملة [فشعره] يشبه النوح ولا يسمعه من عنده ادنى هوى الّا فتنه وهاج غرامه ولا حاجة الى الاطالة في ذكر فوآئده مع شهرة ديوانه وكثرة وجوده

22. Mai. 1118) mortui. *Ibn Khallikán*: Vidi, inquit, Diwanum duobus voluminibus comprehensum, et ipse commemorat se in urbe *Amid* natum esse. — 5213. Diwán Ibn Motá', Diwanus ab *Ibn Motá'* editus. — 5214. Diwán Ibn Matruh, Diwanus *Jemál-ed-dín*i *Yahya Ben Isa* Emiri, vulgo *Ibn Matrúh* dicti et anno 649 (inc. 26. Mart. 1251) mortui, qui testamento mandavit, ut in sepulchro hi versus inscriberentur:

Factus sum in ima fossa pigneratus.

Nihil bonorum terrestrium possideo nisi velamentum funebre.

O Tu, cujus misericordia servos amplectitur,

Sum ego quidam tuorum servorum maleficorum.

5215. Diwán Ibn-elmoallim, Diwanus *Abu'lkásim*i *Mohammed Ben Ali*, vulgo *Ibn-elmoallim* et honorifice *Nejm-ed-din* cognominati. Mortuus est anno 592 (inc. 6. Dec. 1195), et *Ibn Khallikán*: Prope est, inquit, ut ejus versus mollitie liquescant; faciles sunt sermone et sententia proba. Auctor plerumque in describendo amore et desiderio versatur, depingit teneriorem animi affectionem et cupidinem, ut cordibus amorem injiciat et apud plurimos homines benigne et honorifice excipiatur. Et sane homines se ad eum inclinarunt et concionatores ejus testimonio utuntur. Ut uno verbo utar, ejus poësis planctum reddit atque refert, quem nullus vel minimo amore affectus audit, quin fascinetur et ejus cupido incitetur. At cum hic Diwanus notus sit et multum in hominum manibus inveniatur, nihil opus est pluribus verbis ad ejus

بايدى الناس انتهى ٥٢١٦ ديوان ابن مقبل ٥٢١٧ ديوان ابن منير هو ابو الحسن احمد بن منير مهذّب الملك عين الزمن الطرابلسى المتوفى سنة ٥٤٨ قل وكان رافضيّا كثير الهجآء خبيث اللسان واشعاره لطيفة فائقة ٥٢١٨ ديوان ابن ناقيآء هو ابو القسم عبد الله وقيل عبد الباقى بن محمد الظاهرى البغدادى المتوفى سنة ٤٨٥ قل وديوانه كبير وله ديوان الرسآئل ٥٢١٩ [ديوان ابن نباتة] ٥٢٢٠ ديوان ابن النبيه على [بن محمد بن يوسف المصرى المتوفى سنة ٦١٩] ٥٢٢١ ديوان ابن نعدة احمد بن عبد الرحمن السلمى المتوفى سنة ٦٠١ ٥٢٢٢ ديوان ابن النقيب نصير الدين حسن بن شاور [بن طرخان الكنانى] المتوفى سنة ٦٨٧ فى مجلدين مشهور كذا فى عقود الجمان ٥٢٢٣ ديوان ابن نوبخت ابى الحسن على بن احمد المتوفى سنة ٤١٦ قل وله ديوان شعر صغير الحجم ٥٢٢٤ ديوان ابن الوفآء وهو الشيخ العارف بالله سيدى على بن الوفآء [الاسكندرى الشاذلى المالكى المتوفى سنة ٨٠٧] على ترتيب

utilitates monstrandas. — Haec ille. — 5216. Diwan Ibn Mocbil, Diwanus ab *Ibn Mocbil* editus. — 5217. Diwán Ibn Monír, Diwanus *Abu'lhasani Ahmed Ben Monír Mohadzdzib el-mulk Ain-elzemán Tarábolosi*, vulgo *Ibn Monír* dicti et anno 548 (inc. 29. Mart. 1153) mortui. *Ibn Khallikán*: Fuit, inquit, Rafidita, satyrae amantissimus et lingua petulantissimus. Carmina ejus elegantia sunt et praestantia. — 5218. Diwan Ibn Nackiya, Diwanus *Abu'lcásimi Abdallah*, sive ut alii volunt *Abd-el-bácki*, *Ben Mohammed Tzáhiri Baghdádi*, vulgo *Ibn Náckiyá* dicti et anno 485 (inc. 12. Febr. 1092) mortui. Teste *Ibn Khallikán* ejus Diwanus magnus est, et idem Diwanum epistolarum edidit. — 5219. [Diwan Ibn Nobáta, Diwanus *Ibn Nobátae*]. — 5220. Diwán Ibn-elnebih, Diwanus *Alii* [*Ben Mohammed Ben Yusuf Misri*], vulgo *Ibn-elnebih* dicti [et anno 619 (inc. 15. Febr. 1222) mortui]. — 5221. Diwán Ibn Noada, Diwanus *Ahmedis Ben Abd-el-rahman Sollemi*, vulgo *Ibn Noáda* dicti et anno 601 (inc. 29. Aug. 1204) mortui. — 5222. Diwán Ibn-elnackib, Diwanus *Násir-ed-dini Hasan Ben Shawur* [*Ben Tarkhán Kináni*], vulgo *Ibn Nackib* dicti et anno 687 (inc. 6. Febr. 1288) mortui. Hic Diwanus, ut in *Ocud el-jomán* dicitur, notus est et duo volumina complectitur. — 5223. Diwán Ibn Nubakht, Diwanus *Abu'lhasani Ali Ben Ahmed*, vulgo *Ibn Nubakht* dicti et anno 416 (inc. 4. Mart. 1025) mortui. *Ibn Khallikán*: Hic, inquit, auctor est Diwani poëtici, qui parvum volumen explet. — 5224. Diwan Ibn-elwefá, Diwanus Sheikhi *Arif-billah Seyyidi Ali Ben-elwefá* [*Iskenderi Shádzili* Malikitae, anno 807 (inc. 10. Jul. 1404) mortui]. Carmina ad ordinem alphabeticum

الحروف ٥٢٢٥ ديوان ابن وكيع هو ابو محمد حسن بن على العتبى التنيسى المتوفى سنة ٣٩٣ هـ وشعره جيد ٥٢٢٦ ديوان ابن هانى هو ابو القسم محمد الازدى الاندلسى المقتول سنة ٣٦٢ هـ وديوانه كبير ولولا ما فيه من الغلو فى المدح والافراط المفضى الى الكفر لكان من احسن الدواوين وهو اشعر المغاربة وعندهم كالمتنبّى عند المشارقة وكانا متعاصرين ٥٢٢٧ ديوان ابن الهبّارية الشريف هو ابو يعلى محمد بن محمد الهاشمى العباسى الملقّب بنظام الدين البغدادى المتوفى سنة ٥٠١ بكرمن قال وديوانه كبير يدخل فى اربع مجلّدات ٥٢٢٨ [ديوان ابن هندو ابى الفرج على بن الحسين الكاتب المتوفى سنة ٤٢٠ ديوان شعره غزل] ٥٢٢٩ ديوان ابى الاسعف بن السيد على الوفائى المصرى ذكره الشهاب فى الخبايا ٥٢٣٠ ديوان ابى الاسود ظالم بن عمرو الدؤلى المتوفى سنة ١٠١ ٥٢٣١ ديوان ابى الاكرام بن اسند على الوفائى المصرى ذكره الشهاب فى الخبايا ٥٢٣٢ ديوان ابى امية الهذلى

disposita sunt. — 5225. **Diwan Ibn Weki'**, Diwanus *Abu Mohammedis Hasan Ben Ali Otbi Tinnisi*, vulgo *Ibn Weki'* dicti et anno 393 (inc. 10. Nov. 1002) mortui. Testante *Ibn Khallikân* carmina praestantia sunt. — 5226. **Diwân Ibn Hani**, Diwanus *Abu'lcâsimi Mohammed Azdi*, vulgo *Ibn Hâni* dicti et anno 362 (inc. 12. Oct. 972) mortui. *Ibn Khallikân*: Diwanus ejus, ait, magnus est, et nisi in carminibus laus modum excederet et nimia ad impietatem inclinatio appareret, hic Diwanus in optimis numerandus esset. Inter Occidentis incolas ceteris poëtis palmam praeripuit et apud illos eundem tenet locum, quem *Motenebbi* apud Orientis incolas. Hi poetae aequales erant. — 5227. **Diwân Ibn-elhebbariya El-Sherif**, Diwanus *Abu Yalii Mohammed Ben Mohammed Hâshimi Abbâsi Baghdadi*, vulgo *Ibn-elhebbariya El-Sherif* dicti et honorifice *Nitzâm-ed-din* cognominati. Obiit in urbe Kerman anno 501 (inc. 20. Jul. 1110), et *Ibn Khallikân* ejus Diwanum magnum appellat, qui quatuor voluminibus insertus sit. — 5228. [**Diwan Ibn Hindu**, Diwanus *Abu'lfaraji Ali Ben-elhosein* Scribae, vulgo *Ibn Hindu* dicti et anno 420 (inc. 20. Jan. 1029) mortui. Diwanus carmina jocosa continet]. — 5229. **Diwan Abi'lis'âf**, Diwanus *Abu'lis'âfi Ben-elseyyid Ali Wefâyi* Misri. Laudat eum *Shehâb-ed-din* in opere *Khabâyâ*. — 5230. **Diwan Abi'laswad**, Diwanus *Abu'laswadi Tzâlim Ben Omar Doweli*, anno 101 (inc. 21. Jul. 719) mortui. — 5231 **Diwan Abi'likram**, Diwanus *Abi'likrâmi Ben Astah Ali Wefâyi Misri*. *Shehâb-ed-din* ejus in opere *Khabaya* mentionem facit. — 5232. **Diwân**

٥٢٣٣ ديوان ابى بردة ٥٢٣٤ ديوان ابى بكر الخوارزمى وهو محمد بن العبّاس يقال له الطبرخزى المتوفى سنة ٣٨٣ قال وله ديوان رسائل ايضا وهو احد المشاهير المجيدين الكبار

٥٢٣٥ ديوان ابى تمّام حبيب بن اوس الطّائى المتوفى سنة ٢٣١ قال وكان واحد عصره فى ديباجة لفظه وصنعة شعره ولم يزل شعره غير مرتّب حتى جمعه ابو بكر الصولى ورتّبه على الحروف ثمّ جمعه على بن حمزة الاصفهانى ولم يرتّب على الحروف بل على الانواع وقد شرحه ابو زكريا يحيى بن على الخطيب التبريزى المتوفى سنة ٥٠٢ قال فيه فانّى نظرت فى شعر ابى تمّام وفيما ذكر فيه من التفسير فرأيت بعضهم يتحامل عليه ويهجّن معانيه ويزيف استعاراته وبعضهم يتعصّب له ويقول من جهل شيأً عابه وقال ابو العلآء المعرّى فى ذكرى حبيب انّما اغلق شعر الطّائى انّه لم يؤثر عنه فتداولته الضعفة من الرواة والجهلة من الناسخين فبدّلوا الحركة وغيّروا بعض الاحرف بسوء التصحيف وذكر ابو العلآء فى هذا الكتاب الابيات المشكلة من شعره متفرّقة وانا اذكر واكتب شعره من اوّله الى آخره من غريبه واعرابه ومعانيه

---

Abi Omayya, Diwanus Hodzelidae *Abu Omayya.* — 5233. Diwán Abi Borda, Diwanus ab *Abu Borda* editus. — 5234. Diwán Abi Bekr, Diwanus *Abu Bekri Mohammed Ben-elabbás Khowarezmi*, *Tabarkhazi* nominati et anno 383 (inc. 26. Febr. 993) mortui. Idem auctore *Ibn Khallikán* Diwanum epistolarum edidit et in notissimis et optimis poëtis magnis numeratur. — 5235. Diwán Abi Temmám, Diwanus *Abu Temmámi Habíb Ben Aus Táyi*, anno 231 (inc. 7. Sept. 845) mortui. *Ibn Khallikán*: Unicus fuit suo tempore, inquit, in ornatiore dicendi genere et arte poëtica, et ejus carmina incomposita esse non cessarunt, donec *Abu Bekr Sauli* ea colligeret et alphabetice disponeret. Postea *Ali Ben Hamza Isfaháni* ea collegit, ita ut neglecto ordine alphabetico genera carminum sequeretur. *Abu Zakaríya Yahya Ben Ali Khatíb Tebrízi*, anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuus, commentarium eorum composuit, ibique: Perlegi, inquit, *Abu Temmámi* carmina et interpretationes de iis propositas, et alios vidi in eum invehi, sententias ejus contemnere, metaphoras adulterare, alios ejus caussae favere, et dicere: Qui rem nescit, eam vituperat. *Abu'lalá Maarri* in opere *Dzikrá Habíb*: Tayitae poëmata, ait, claudebantur, cum eorum vestigia non intelligerentur. Etenim relatores hebetes et librarii ignari ea corrupta sibi invicem tradiderunt, ut vocales literas mutarent, et nonnullas literas orthographia male administrata permiscerent. In eodem libro *Abu'lalá* versus difficiliores disperse recenset, ego contra recenseo et describo carminum a primo ad ultimum dictionem rariorem, analysin grammaticalem, sententias et quaecunque

وما لا بدّ منه واشير الى ما ذكره ابو العلآء من الابيات المشكلة فى مواضعه والى ما ذكره ابو على احمد بن محمد المرزوقى فى كتابه المعروف بالانتصار من ظَلَمَة ابى تمام والى ما ذكره ابو القسم الحسن بن بشر الآمدى فى معنى شعره وما ذكره ابو بكر محمد بن يحيى الصولى | المتوفى سنة ٣٣٥ | وما وقع الىّ ممّا روى عن ابى على القالى وعدّة من شيوخ المغرب واجتهد فى التلخيص والاختصار انتهى وجعل علامة ابى العلآء ع وعلامة المرزوقى ق وقال ابن خلّكان فى ترجمة ابى العلآء احمد بن عبد الله المعرى التنوخى المتوفى سنة ٤٤٩ واختصر ديوان ابى تمام وسمّاه ذكرى حبيب وفى بعض التواريخ انّه فسّر شعر ابى تمام فى ستين كراسة وللخطيب شرح مختصر اوله الحمد لله الذى جعل معرفة المعترفين بالتقصير عن شكره شكرًا ثم انه ذكر انّ شعره سبعة اصناف مديح وهجآء ومعاتبات واوصاف وفخر وغزل ومراثى والاكثر المديح وهو مرتّب على الحروف وشرح ايضا حسين بن محمد الرافعى المعروف بالخالع وكان حيًّا فى حدود سنة ٣٨٠ وابو الريحان محمد بن احمد الخوارزمى المتوفى بعد سنة ٤٤٠

explicatione egent, versus difficiliores ab *Abu'lalá* laudatos suis locis indico, quorum *Abu Ali Ahmed Ben Mohammed Merzucki* in apologia *Abu Temmámi Intisár min tzalamati Abi Temmám* inscripta mentionem facit, quae *Abu'lcásim El-Hasan Ben Besher Amidi* de sententiis ejus carminum dicit, quae *Abu Bekr Mohammed Ben Yahya Sauli* | anno 335 (inc. 2. Aug. 946) mortuus | affert, quae se mihi ex iis obtulerunt, quae ex ore *Abu Ali Cáli* et plurium aliorum Occidentis Sheikhorum relata sunt, ea omnia commemoro, et summam in potioribus eligendis et breviter narrandis collocavi operam. — Ita *Tebrízi*, qui *Abu'lalam* litera *Aïn*, *Merzucki* litera *Caf* significat. — *Ibn Khallikán* in biographia *Abu'lalae Ahmed Ben Abdallah Maarri Tenúkhi*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortui, haec dicit: Diwanum *Abu Temmámi* in epitomen coegit, quam *Dzikrá Habib* inscripsit, et in aliis libris historicis eum in sexaginta foliorum decadibus carmina *Abu Temmámi* explicuisse legitur. *Khatib* commentarium breviorem edidit, qui ita incipit: Laus Deo, qui cognitionem eorum, qui se Deo satis gratias agere non posse haud ignorant, praemium iis ipsis tributum facit etc. Carmina *Abu Temmámi*, ait, septem genera complectuntur, encomia, satyras, carmina objurgatoria, describentia, gloriosa, amatoria, epicedia. Major pars laudativa est eaque alphabetice disposita. Porro commentarios scripserunt *Hosein Ben Mohammed Ráfii*, vulgo *Khálí'* dictus et circa annum 380 (inc. 31. Mart. 990) vivus, — *Abu'lrihán Mohammed Ben Ahmed Khowarezmi*, qui post annum 440

وسرح ابو البركات ابن المستوفى مبارك بن احمد الاربلى فى عشر مجلّدات توفى سنة ٦٣٧ وفسّر
ابو منصور محمد بن احمد الازهرى المتوفى سنة ٣٧٠ ٥٢٣٦ ديوان ابى حجلة الفزارى
٥٢٣٧ ديوان ابى الحسن التهامى على بن محمد المقتول فى سنة ٤١٦ قال وديوانه صغير اكثره
نخب ٥٢٣٨ ديوان ابى الحكم عبيد الله بن مظفر الباهلى المغربى الحكيم المتوفى سنة ٥٤٩
قال وديوانه جيد والخلاعة والمجون غالبة عليه ٥٢٣٩ ديوان ابى خراش الهذلى المتوفى
سنة ... ٥٢٤٠ ديوان ابى دلامة زيد بن الجون الاديب الشاعر المتوفى سنة ١٦١ ٥٢٤١ ديوان
ابى ذؤيب [خويلد بن خالد] الهذلى [المخضرمى المتوفى سنة ٢٦] ٥٢٤٢ ديوان ابى زهدم
٥٢٤٣ ديوان ابى سعيد مؤيد بن محمد الالوسى المتوفى سنة ٥٥٧ قال كثير الغزل والهجاء
٥٢٤٤ ديوان ابى الصلت امية بن عبد العزيز الاندلسى المتوفى سنة ٥٢٩ ٥٢٤٥ ديوان ابى الطحال

(inc. 16. Jun. 1018) obiit — *Abu'lberakát Ibn-elmostaufi Mobárek Ben Ahmed Irbili*, anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuus, cujus commentarius decem volumina complectitur. Denique *Abu Mansúr Mohammed Ben Ahmed Azheri*, anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuus, interpretatus est. — 5236. Diwan Abi Hejla, Diwanus *Abu Hejlae Fezári*. — 5237. Diwán Abi'lhasan, Diwanus *Abu'lhasani Tihámi Ali Ben Mohammed*, anno 416 (inc. 4. Mart. 1025) interfecti. *Ibn Khallikán* ejus Diwanum parvum esse dicit et maximam partem carmina selecta continere. — 5238. Diwán Abi'lhakem, Diwanus *Abu'lhakemi Obeidallah Ben Motzaffer Báhili Maghribi* Philosophi, anno 549 (inc. 18. Mart. 1154) mortui. *Ibn Khallikán* Diwanum praestantem appellat et vitam dissolutam incuriamque prae ceteris ibi describi dicit. — 5239. Diwán Abi Khirásh, Diwanus *Abu Khiráshi Hodzeli*, anno ... mortui. — 5240. Diwán Abi Doláma, Diwanus *Zeidi Ben-eljaun* Philologi et Poëtae, vulgo *Abu Doláma* dicti et anno 161 (inc. 9. Oct. 777) mortui. — 5241. Diwán Abi Dzoweib, Diwanus *Abu Dzoweibi* [*Khoweilid Ben Khálid*] *Hodzeli*, [qui tempore ignorantiae et Mohammedis vixit et anno 26 (inc. 17. Oct. 646) mortuus est]. — 5242. Diwán Abi Zehdem, Diwanus *Abu Zehdemi*. — 5243. Diwán Abu Saïd, Diwanus *Abu Saïdi Mowayyed Ben Mohammed Olusi*, anno 557 (inc. 21. Dec. 1161) mortui. Multa continere dicit *Ibn Khallikán* carmina amatoria et satyras. — 5244. Diwán Abi'lsalt, Diwanus *Abu'lsalti Omayya Ben Abd-el-aziz* Andalusi, anno 529 (inc. 22. Oct. 1134) mortui. — 5245. Diwán Abi'ltihál, Diwanus

العتبي المتوفى سنة ... ٥٢٤٦ ديوان ابي العباس الكوكبي الحكيم المروزي تلميذ بهمنيار وشعره متين ذكره الشهرزوري في تاريخ الحكماء ٥٢٤٧ ديوان ابي عمرو جميل بن عبد الله المصري المتوفى سنة اثنين وثمانين قال وديوان شعره مشهور ٥٢٤٨ ديوان ابي العلاء احمد بن عبد الله المعرّي المتوفى سنة ٤٤٩ وسمّاه سقط الزند يأتي في السين مع شروحه ٥٢٤٩ ديوان ابي علي ابزون بن مهبرد العماني | الكافي المجوسي المتوفى سنة ٤٣٠ | جمعه | محمد بن احمد المعروف | بابن حاجب وذكر انّ قصائده اعجبته وهو بفارس ولمّا نزل بعمان وسمع انّ مقامه بنزوى قصد اليه ليرويه منه فوجده كثير الاشتغال بالامور السلطانيّة والاعمال الديوانيّة وهو غير معجب بشعر نفسه وخاصّة اذا انضافت الى جودة المعرفة والذكاء والتبحّر في العلوم وشعره مع بهائه وصفائه متناسب الالفاظ متناصر المعاني خال عن ايراد ما تمجّه السمع والغريب الذي يبعد عن الافهام فما يخلو قصيدة من مصنوع تجري مجرى امثال

*Abu'lithâli Othi*, anno ... mortui. — 5246. **Diwan Abi'labbás**, Diwanus *Abu'labbási Kaukeri Merwezi* Philosophi, discipuli *Behmenyári*. Ejus carmina solida sunt, et *Shahrezuri* in *Taríkh el-hokamá* laudat auctorem. — 5247. **Diwán Abi Amru Jemil**, Diwanus *Abu Amrui Jemíl Ben Abdullah Misri*, anno 82 (inc. 15. Febr. 701) mortui. Hanc carminum syllogen *Ibn Khallikán* magna laude celebratam dicit. — 5248. **Diwan Abi'lala**, Diwanus *Abu'l-ilá'i Ahmed Ben Abdullah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortui. Inscriptus est *Sict el-zend* et infra in litera *Sín* cum commentariis laudabitur. — 5249. **Diwan Abi Ali**, Diwanus *Abu Ali Abzun Ben Mehbered Ománi* [*Káfi* Magi, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortui]. Hanc syllogen [*Mohammed Ben Ahmed* vulgo] *Ibn Hájib* dictus congessit et commemoravit, se in Persia versantem Casidarum ejus admiratione affectum esse. Cum vero in provinciam *Omán* habitatum venisset eumque in loco remoto commorari audivisset, ad eum se contulit, ut carmina ab eo ipso audita traderet. At eum multum occupatum in rebus principis et negotiis tabularii sanctioris administrandis et minime carminum suorum admiratorem invenit, et praesertim, quando ad ejus dignitatem cognitio, ingenii acumen, alta doctrinarum scientia accedent. In carminibus enim, quibus et magna pulchritudo et puritas inest, verba bene inter se congruunt, sententiae se invicem veritate sustinent, et illa libera sunt ab eorum prolatione, quae auditus abhorret, et rebus peregrinis, quae longe ab intellectu alienae sunt, ut nulla *Casida* artificiosa careat constructione, quae proverbiis recenter inventis similis

مخترعة فجمعت ديوانه وبدأت بمدائحه في الامير الاجلّ نصر الدين اذ كانت جلّ مدائحه في نشر محاسن ايّامه ولم اجد في غيرها الّا اليسير وبقي من شعره الكثير كنت سمعته يقول قديمًا فلم اجد نسخة عنده ٥٢٥٠ ديوان ابي الطيّال ٥٢٥١ ديوان ابي الفتح علي بن محمد البستي المتوفى سنة ٤٣٠ ٥٢٥٢ ديوان ابي الفتح محمود بن اسمعيل بن الحسن العمري الدمياطي الكاتب المتوفى سنة ٥٥٣ استاذ القاضي الفاضل وهو من شعراء صالح بن رزيك وديوانه في مجلّدين ٥٢٥٣ ديوان ابي الفتيان محمد بن سلطان [بن محمد] بن حيوس [الغنوي مصطفى الدولة المرّ ذكره في ديوان ابن حيوس] ٥٢٥٤ ديوان ابي فراس حارث بن سعيد الحمداني المتوفى سنة ٣٥٧ قال الثعالبي وشعره مشهور سائر بين الحسن والجودة والعذوبة والحلاوة وكان الصاحب يقول بُدئ الشعر بملكٍ وختم بملكٍ يعني امرأ القيس وابا فراس ٥٢٥٥ ديوان ابي الفرج الببّغا عبد الواحد بن نصر المخزومي المتوفى سنة ٣٩٨ [لقّبوه ببّغا لفصاحته] ٥٢٥٦ ديوان ابي الفرج السجزي المتوفى سنة

est. Itaque ejus Diwanum collegi et a carminibus in laudem Emiri illustrissimi *Násir-ed-din* incepi, cum praestantissimae ejus *Casídae* in describendis factis pulchris illo regnante perpatratis versarentur. De aliis rebus nonnisi pauca inveni, et incognita manent multa carmina, quae olim eum cecinisse audiveram, cum nullum eorum apud poëtam invenirem exemplum. — 5250. **Diwan Abi'ltayyal**, Diwanus *Abu'ltayyál*i. — 5251. **Diwan Abi'lfat'h**, Diwanus *Abu'lfat'h*i *Ali Ben Mohammed Bosti*, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortui. — 5252. **Diwan Abi'lfat'h Mahmud**, Diwanus *Abu'lfat'h*i *Mahmud Ben Ismaíl Ben-elhasan Omari Dimyáti* Scribae, qui anno 553 (inc. 2. Febr. 1158) obiit et *Cadhi*i bene meriti praeceptor fuit. Inter poëtas *Sálih*i *Ben Rozzeik* fuit ejusque Diwanus duo volumina complectitur. — 5253. **Diwan Abi'lfotyan**, Diwanus *Abu'lfotyán*i *Mohammed Ben Sultán* [*Ben Mohammed*] *Ben Hayyush* [*Ghanewi Mustafa ed-dewlet.* Vide supra sub *Diwán Ibn Hayyúsh*]. — 5254. **Diwan Abi Firas**, Diwanus *Abu Firás*i *Hárith Ben Saíd Hamdáni*, anno 357 (inc. 7. Dec. 967) mortui. *Theálibi* ejus poëmata multum celebrata dicit, quae pulchritudinem cum bonitate, suavitate et dulcedine conjungant: et auctor dicebat: Incipit poësis a rege et desinit in servo, quibus verbis *Amru'lkeis* et *Abu Firás* significat. — 5255. **Diwan Abi'lfaraj**, Diwanus *Abu'lfaraj*i *Babbeghá Abd-el-wahid Ben Nasr Makhzúmi*, anno 398 (inc. 17. Sept. 1007) mortui. [Ob facundiam psittacus cognominabatur]. — 5256. **Diwán Abi'lfaraj**, Diwanus

٥٢٥٧ ديوان ابي الفرج الواو | محمد بن احمد | الدمشقي | المتوفى سنة ٣٩٠ وديوانه صغير الحجم خفيف الحجم | ٥٢٥٨ ديوان ابي الفضل جعفر بن شمس الخلافة محمد | بن مختار | الافضلي | المصري | المتوفى سنة ٦٢٢ قال اجاد فيه ٥٢٥٩ ديوان ابي كثير الهذلي المتوفى سنة ... ٥٢٦٠ ديوان ابي مطاع ٥٢٦١ ديوان ابي الملثم ٥٢٦٢ ديوان ابي منصور ظافر ابن القاسم الاسكندراني المعروف بالحداد المتوفى سنة ٥٤٦ قال اكثره جيد ٥٢٦٣ ديوان ابي منصور علي بن الحسن بن الفضل الكاتب | المعروف بصردر المتوفى سنة ٤٦٥ | ٥٢٦٤ ديوان ابي المواهب الصديقي البكري المسمّى بروضة العرفان ونزهة الانسان اوله الحمد لله الذي جعل من البيان سحرًا حلالًا الخ وهو مرتّب على الحروف ٥٢٦٥ ديوان ابي النحاس خلف المصري ولد سنة ٨٤٧ نظمه في السلوك ٥٢٦٦ ديوان ابي نزار ملك النحاة حسن بن صافي النحوي المتوفى سنة ٥٦٨ ٥٢٦٧ ديوان ابي نصر عبد العزيز بن عمر | بن نباتة | التميمي

*Abu'lfaraji Sijzi*, anno . . . mortui. — 5257. Diwán Abi'lfaraj, Diwanus *Abu'lfaraji* | *Mohammed Ben Ahmed* | *Dimeshki*, vulgo *Wáw* cognominati [et anno 390 (inc. 13. Dec. 1399) mortui. Ejus Diwanus parvus corpore et levis onere est. — 5258. Diwán Abi'lfadhl, Diwanus *Abu'lfadhli Ja'far Ben Shems-elkhiláfet Mohammed* | *Ben Mokhtár* | *Afdhali* | *Misri*], anno 622 (inc. 13. Jan. 1225) mortui, quem *Ibn Khallikán* egregia hic dedisse carmina dicit. — 5259. Diwán Abi Kethír, Diwanus *Abu Kethiri Hodzeli*, anno . . . mortui. — 5260. Diwán Abi Motá', Diwanus *Abu Motá'i*. — 5261. Diwán Abi'lmilthem, Diwanus *Abu'lmilthemi*. — 5262. Diwán Abi Mansúr, Diwanus *Abu Mansúri Tzáfir Ben-elcásim Iskenderáni*, vulgo *Haddád* dicti et anno 546 (inc. 20. Apr. 1151) mortui. *Ibn Khallikán* majorem horum carminum partem praestantem appellat. — 5263. Diwán Abi Mansúr, Diwanus *Abu Mansuri Ali Ben-elhasan Ben-elfadhl* Scribae, [vulgo *Sarrderr* dicti et anno 465 (inc. 17. Sept. 1072) mortui]. — 5264. Diwán Abi'lmewáhib, Diwanus *Abu'lmewáhibi Sadicki Bekri*, *Raudhat el-urfán we Nuzhet el-insán* inscriptus. Alphabetice dispositus est et incipit ita: Laus Deo, qui ex eloquentia incantamentum licitum fecit etc. — 5265. Diwán Abi'lnehhás, Diwanus *Abu'lnehhási Khalaf Misri*, anno 847 (inc. 1. Mai. 1443) nati. Composuit haec carmina de via mystica. — 5266. Diwán Abi Nizár, Diwanus *Abu Nizári Hasan Ben Sáfi* Grammatici, Rex Grammaticorum dicti et anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortui. — 5267. Diwán Abi Nasr, Diwanus *Abu Nasri Abd-el-aziz Ben Omar* | *Ben*

السعدى المتوفى سنة ٤٠٥ قال شعره جيد وديوانه كبير ٥٢٦٨ ديوان ابى نواس حسن بن هانى الحكمى المتوفى سنة ١٩٥ قال وهو فى الطبقة الاولى من المولّدين وشعره عشرة انواع وهو مجيد فى العشرة وقد اعتنى بجمع شعره جماعة من الفضلآء منهم ابو بكر الصولى وعلى بن حمزة الاصفهانى وابراهيم بن احمد الطبرى المعروف بتوزون فلهذا يوجد ديوانه مختلفًا ٥٢٦٩ ديوان ابيوردى وهو ابو المظفر محمد بن احمد الاموى المتوفى سنة ٥٠٧ قال قسم ديوانه الى اقسام منها العراقيّات والنجديّات والوجديّات وغير ذلك ٥٢٧٠ ديوان ابى يوسف رواية بن سماعة ٥٢٧١ ديوان احمد پشا بن ولىّ الدين الحسينى المتوفى سنة ٩٠٢ تركى منه فى الزبدة تسعة عشر بيتًا ٥٢٧٢ ديوان احمد بيك دوقه‌كين زاده المتوفى فى اواسط الدولة السليمانية منه فى الزبدة بيتان ٥٢٧٣ ديوان الشيخ احمد بن ابى الحسن اليافعى الجامى المتوفى سنة ٥٣٦ فارسى ٥٢٧٤ ديوان احمدى تركى الكرميانى المتوفى سنة ٨١٥

---

*Nebáta*] *Temími Sadi*, anno 405 (inc. 2. Jul. 1014) mortui. *Ibn Khallikán* carmina praestantia et Diwanum magnum appellat. — 5268. Diwán Abi Nowás, Diwanus *Abu Nowási Hasan Ben Háni Hakemi*, anno 195 (inc. 4. Oct. 810) mortui. Hic poëta, ut *Ibn Khallikán* dicit, in prima classe recentiorum poëtarum est et carmina decem genera complectuntur, in quibus omnibus egregie versatus est. Plures viri bene meriti in iis colligendis operam posuerunt, ut *Abu Bekr Sauli*, *Ali Ben Hamza Isfaháni*, *Ibrahím Ben Ahmed Taberi*, vulgo *Tuzún* dictus; qua de caussa hic Diwanus diversus invenitur. — 5269. Diwán Abiwerdi, Diwanus *Abu'lmotzafferi Mohammed Ben Ahmed* Omayyadae, vulgo *Abiwerdi* dicti et anno 507 (inc. 18. Jun. 1113) mortui. *Ibn Khallikán*: Diwani carmina, ait, in diversa genera divisit, qualia sunt Iracana, in provincia *Nejd* composita, exstatica et alia. — 5270. Diwan Abi Yusuf, Diwanus *Abu Yusuf*i *Riwáya Ben Semáa.* — 5271. Diwán Ahmed Pásha, Diwanus *Ahmed Páshae Ben Weli-ed-dín Hoseini*, anno 902 (inc. 9. Sept. 1496) mortui. Diwanus turcicus, unde in anthologiam *Zubdet el-ash'ár* undeviginti versus recepti sunt. — 5272. Diwán Ahmedbeg, Diwanus *Ahmedbeg*i *Ducakhinzádeh*, qui obiit, cum *Soleimán* usque ad medium imperii tempus regnasset. Ex ejus carminibus duo versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5273. Diwán El-Sheikh Ahmed, Diwanus Sheikhi *Ahmed Ben Abu'lhasan Yáfii Jámi*, anno 536 (inc. 6. Aug. 1141) mortui. Persice. — 5274. Diwán Ahmedi, Diwanus turcicus *Ahmedi*i *Kermiyáni*, anno

٥٢٧٥ ديوان احنفى وهو ولد نعمة الله فرسى ٥٢٧٦ ديوان الاخطل وشرحه ٥٢٧٧ ديوان الاحوص ٥٢٧٨ ديوان الادب فى اللغة لاسحق بن ابرهيم الفارابى خال الجوهرى المتوفى قريبا سنة ٣٥٠ الفه لاتسز بن خوارزمشاه وصدر اسمه فى خطبته وهو كتاب معتبر وهو على خمسة اقسام ١ فى الاسماء ٢ فى الافعال ٣ فى الحروف ٤ فى تصريف الاسماء ٥ فى تصريف الافعال قال القفطى انه الفه بمدينة زبيد وانه مات قبل ان يروى عنه فذكر السيوطى من روى عنه فيبطل قوله وقد لخصه وهذبه حسن بن مظفر النيسابورى المتوفى سنة ٤٤٢ وكلامه ابى سعيد محمد بن جعفر ٥٢٧٩ ديوان الادب فى عشر مجلدات ضخمات اخذ كتاب الفارابى وزاد عليه فى ابوابه فصار اولى جثة لانه هذبه وانتقده وزاد فيه ما زينه وحلاه كذا قال ياقوت ٥٢٨٠ ديوان اديبى تركى وهو من القضاة المتوفى سنة ١٠٢٧ وله فى الزبدة اثنين وثلثون بيتا ٥٢٨١ ديوان ارجانى هو ابو بكر احمد بن [ محمد ] التسترى المتوفى سنة ٥٤٤

815 (inc. 13. Apr. 1112) mortui. — 5275. Diwan Ahnefi, Diwanus persicus ab *Ahnefi Nimetallae* filio editus. — 5276. Diwan El-Akhtal, Diwanus *Akhtali* ejusque commentarius. — 5277. Diwan El-Akhwas, Diwanus *Akhwasi*. — 5278. Diwan el-edeb, Diwanus philologicus, quem *Is'hac Ben Ibrahîm Fârabi Jauheri* avunculus, circa annum 350 (inc. 20. Febr. 961) mortuus, in commodum *Etsizi Khowarezmshâhi* filii de lingua composuit, ejusque nomine libri praefationem ornavit, qui magna auctoritate fruitur et in quinque partes divisus est — 1. de nominibus — 2. de verbis — 3. de particulis — 4. de flexione nominum grammaticali — 5. de verborum conjugatione. — *Cofti* narrat, auctorem in urbe *Zebîd* composuisse et mortuum esse, antequam Diwanus ex ejus ore traderetur. *Soyuti* vero eos commemorat, qui ex ejus ore illum acceperunt et verba *Cofti*i irrita reddidit. *Hasan Ben Motzaffer Nisâburi*, anno 442 (inc. 26. Mai. 1050) mortuus, Diwanum potiorem partem excerpsit et recognovit. — Librum ejusdem tituli Imam *Abu Saîd Mohammed Ben Ja'far* edidit. — 5279. Diwan el-edeb, Diwanus philologicus decem volumina crassa complectens. Auctor librum *Fârâbi*i cepit ejusque capitibus res novas addidit, ut corpore praestantior evaderet. Etenim eum recognovit et meliora selegit; addidit ea, quae ad ornamentum et gratiam augendam conferrent. Ita quidem dicit *Yâcut*. — 5280. Diwan Edibi, Diwanus turcicus judicis *Edibi* anno 1027 (inc. 19. Dec. 1617) mortui, ex quo triginta duo versus in *El-Zubdet* inveniuntur. — 5281. Diwân Arrajâni, Diwanus *Abu Bekri Ahmed Ben* [*Mohammed*] *Tosteri*, anno 544 (inc.

قال وشعره لطيف ٥٢٨٢ ديوان ارزقي فارسي وهو ابو بكر ٥٢٨٣ ديوان آزري ابراهيم بن
احمد المتوفى سنة ٩٩٣ وله في الزبدة ثمانية ابيات ٥٢٨٤ ديوان اسامة بن الحارث المتوفى
سنة ٥٢٨٥ ديوان اسامة بن منقذ هو ابو المظفر الشيرازي الملقب بمؤيد الدولة المتوفى
سنة ٥٤٨ قال وديوانه في جزئين موجودين بايدي الناس ٥٢٨٦ ديوان اسحق چلبي بن
ابراهيم الاسكوبي تركي المتوفى سنة ٩٤٤ وله في الزبدة خمسة عشر بيتًا ٥٢٨٧ ديوان اسد
ابن شهاب بنفسيين ٥٢٨٨ ديوان الاسطرلابي يعني ابا القسم هبة الله بن الحسن البغدادي
المتوفى سنة ٥٣٤ [كان يستعمل المجون في اشعاره حتى يفضي به الى الفحش في اللفظ وكان
شعره كثيرًا وكان قد] جمعه [ودوّن واختار ديوانه] ابن الحجاج ورتّبه على مائة واحد واربعين
بابًا [وجعل كل باب في فنّ من فنون شعره وقفاه وسمّاه درّة التاج من شعر ابن الحجاج]
٥٢٨٩ ديوان اسعد بن الخطير هو ابو المكارم بن المماتي المصري الكاتب المتوفى
سنة ٦٠٦ قال رأيته بخطّ ولده وفي شعره اشياء حسنة ٥٢٩٠ ديوان اصولي تركي المتوفى

11. Mai. 1149) mortui, cujus poësin *Ibn Khallikán* elegantem appellat. — 5282. Diwan Erzecki, Diwanus persicus *Abu Bekri Erzecki.* — 5283. Diwan Azeri, Diwanus *Ibrahimi Ben Ahmed Azeri*, anno 993 (inc. 24. Dec. 1585) mortui, unde octo versus in *El-Zubdet* recepti sunt. — 5284. Diwan Asáma, Diwanus *Asámae Ben-elhárith*, anno . . . mortui. — 5285. Diwán Asama, Diwanus *Abu'lmotzafferi Asáma Ben Muncad Shirázi*, vulgo *Mowayyed-ed-dewlet* appellati et anno 548 (inc. 29. Mart. 1153) mortui. *Ibn Khallikán*: Hic Diwanus, inquit, duos fasciculos continet, qui in hominum manibus versantur. — 5286. Diwán Is'hac Jelebi, Diwanus turcicus *Is'hacki Jelebi Ben Ibrahim Oskubi*, anno 944 (inc. 10. Jun. 1537) mortui, qui quindecim versus in *El-Zubdet* habet. — 5287. Diwan Ased, Diwanus *Asedi Ben Sihab.* — 5288. Diwan Asterlabi, Diwanus *Abu'lcásimi Hibatallah Ben-elhasan Baghdádi*, vulgo *Asterlábi* dicti et anno 534 (inc. 28. Aug. 1139) mortui, [qui se in carminibus, quorum multa composuerat, negligentiorem gerebat, ut lingua ipsa in turpem deflecteretur]. *Ibn Hajjáj* collegerat ea, [digesserat, Diwanum elegerat,] et in centum quadraginta unum caput disposuit, [quae singula genus carminum continebant. Diwanum *Dorret el-táj min shi'r Ibn-elhajjáj* inscriptum secundum homoeoteleuta ordinavit]. — 5289. Diwan As'ad Ben-elkhatír, Diwanus *Abu'lmekárimi As'ad Ben-elkhatír Ben-elmemmáti Misri* Scribae, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortui. *Ibn Khallikán:* Vidi eum, inquit, ab auctoris filio scriptum, et carmina multas res egregias continent. — 5290. Diwán Osúli, Diwanus turcicus

سنة ٩٤٥ وله في الزبدة اربعة ابيات ٥٢٩١ ديوان اعشى ميمون | وهو ابن قيس بن جندل احد الاعلام من شعراء الجاهلية | وشرحه ٥٢٩٢ ديوان الاعلم بن عبد الله المتوفى سنة ... ٥٢٩٣ ديوان آفتابي المرزيفوني الواعظ المتوفى سنة ... ٥٢٩٤ ديوان افوه وشرحه ٥٢٩٥ ديوان الالهيات للشيخ شمس الدين احمد بن محمد السيواسي وللشيخ محمود الاسكداري | المتوفى سنة ١٠٣٨ | ٥٢٩٦ ديوان امامي فارسي وهو ابو عبد الله محمد بن عثمن الهروي المتوفى سنة ... ٥٢٩٧ ديوان اماني تركي وفارسي اوله

اى جملت دليل راه همه

نام تو ذكر صبحگاه همه

٥٢٩٨ ديوان امرئ القيس بن حجر الكندي المتوفى بانقرة وشرحه ٥٢٩٩ ديوان امري تركي وهو امر الله الادرنوي المتوفى سنة ٩٨٣ وله في الزبدة اثنين وثمانين بيتا ٥٣٠٠ ديوان امير حسن دهلوي فارسي اوله

---

*Osulîi*, anno 915 (inc. 30. Mai. 1538) mortui, ex quo in *El-Zubdet* quatuor versus leguntur. — 5291. Diwân A'shâ Meimûn, Diwanus *Meimûni* | *Ben Caisi Ben Jendel* |, vulgo *A'shá* dicti, [qui ex illustribus poëtis temporis ignorantiae est], ejusque commentarius. — 5292. Diwan El-Alem, Diwanus *El-Alemi Ben Abdallah*, anno . . . mortui. — 5293. Diwân Afitabi, Diwanus *Afitâbîi Merzifuni* Concionatoris, anno . . . mortui. — 5294. Diwan Efweh, Diwanus *Efwehi* ejusque Commentarius. — 5295. Diwân el-alahiyat, Diwanus de rebus divinis, auctoribus Sheikh *Shems-ed-din Ahmed Ben Mohammed Siwâsi* et Sheikh *Mahmud Uskûdári*, [anno 1038 (inc. 21. Aug. 1628) mortuo]. — 5296. Diwân Imâmi, Diwanus persicus *Abu Abdallae Mohammed Ben Othmân Herewi*, vulgo *Imâmi* dicti et anno . . . mortui. — 5297. Diwan Amâni, Diwanus turcicus et persicus, auctore *Amani*. Hic incipit ita:

O Tu, cujus benignitas viae omnium index est,<br>
Nomen Tuum matutino tempore ab omnibus praedicatur.

5298. Diwan Amru'lcais, Diwanus *Amru'lcaisi Ben Hojr Kindi* Ancyrae mortui, ejusque commentarius. — 5299. Diwan Emri, Diwanus turcicus *Emrallae Edrenewi*, vulgo *Emri* dicti et anno 983 (inc. 12. Apr. 1575) mortui, qui octoginta duos versus in *El-Zubdet* habet. — 5300. Diwan Emir, Diwanus persicus *Emiri Hasan Dehlewi*, qui ita incipit:

ای حکم جهان وجهان داور حکیم

٥٣٠١ دیوان امیدی ترکی المتوفی سنة ٩٧٩ وله فی الزبدة تسعة عشر بیتًا ٥٣٠٢ دیوان امیر ترکی وهو السیّد محمد بن سیّد الاسلام ٥٣٠٣ دیوان امیّة بن عبد العزیز هو ابو الصلت الاندلسی المتوفی سنة ٥٢٩ قال وشعره کثیر جیّد ٥٣٠٤ دیوان الانس ومیدان الفرس للقاضی الامام ابی المعالی عزیزی بن عبد الملک [بن منصور الجیلی الملقّب بشیذلة الفقیه الشافعی المتوفی سنة ٤٩٤] اوله الحمد لله راحم العبرات ومقیل العثرات الخ ذکر فیه انّه جمع مأنة وخمسة عشر فصلًا من الموعظة ورتّبها علی حروف المعجم وقدّم فی کل فصل بساطًا وتقسیمًا یستفتح الواعظ به کلامه تأسیسًا وتعلیمًا واتبعه بحسب الاتّفاق من الاحادیث والآثار ثمّ اضاف الیها اقوال المشایخ ٥٣٠٥ دیوان انس بن مدرک [بن کعب الخثعمی الصحابی المعمر عاش مأنة واربعا وخمسین سنة] ٥٣٠٦ دیوان انوری فارسی اوله

O judex mundi et sapiens mundi gubernator.

5301. Diwán Umídi, Diwanus turcicus *Umídii*, anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) mortui, qui undeviginti versus in *El-Zubdet* habet. — 5302. Diwán Emír, Diwanus turcicus Seyyidi *Mohammed Ben Seyyid-el-islám*, vulgo *Emír* dicti. — 5303. Diwán Omayya, Diwanus *Abu'lsalti Omayya Ben Abd-el-azíz Andalusi*, anno 529 (inc. 22. Oct. 1134) mortui, quem *Ibn Khallikán* multa dicit et egregia fecisse carmina. — 5304. Diwán el-enes we Meidán el-feres, Diwanus societatis humanae et hippodromus equorum, auctore Cadhi et Imám *Abu'lmeáli Azízí Ben Abd-el-melik* [*Ben Mansúr Jílí* Jurisconsulto shafiitico, vulgo *Sheidzala* dicto et anno 494 (inc. 6. Nov. 1101) mortuo]. Incipit ita: Laus Deo, qui erga lacrymas misericors est et errores benigne excipit etc., et narrat, se centum et quindecim sectiones paraeneticorum collegisse et alphabetice disposuisse. Singulis sectionibus stratum quasi et divisionem praemisit, a qua praedicator orationem incipit, ut stabiliat et doceat: hanc excipiunt quantum convenit traditiones propheticae et prophetae sociorum effata, quibus dicta Sheikhorum addidit. — 5305. Diwán Ans, Diwanus *Ansi Ben Modrik* [*Ben Ka'b El-Khath'ami Ma'mar*, qui multum cum *Mohammede* versatus est et centum quinquaginta quatuor annos vixit]. — 5306. Diwán Enweri, Diwanus persicus *Enwerii*, qui ita incipit:

مقدرى نه بنت بصنعت مطلق

كند زشكل بخارى جو گنبد ازرق

٥٣٠٧ ديوان انورى تركى المتوفى سنة ٩٥٤ وله فى الزبدة تسعة عشر بيتًا ٥٣٠٨ ديوان اوحدى الاصفهانى فارسى توفى سنة ٧٣٨ وعدد ابياته تسعة آلاف وشعره فى غاية العذوبة واللطافة وترجيعاته تشتمل على حقائق ومعارف ٥٣٠٩ ديوان اوس بن حجر وشرحه ٥٣١٠ ديوان اهلى شيرازى كلّيات ٥٣١١ ديوان آهى تركى توفى سنة ٩٢٣ وله فى الزبدة اربعة وعشرون بيتًا ٥٣١٢ ديوان آيتى فارسى اوله

شتاب كتاب عاشق وبكشى بب عشق

٥٣١٣ ديوان ايدمير الامير علم الدين فخرك المحيوى عتيق الصاحب محيى الدين ابى المظفر ابن ندى الجزرى المتوفى سنة ... جمع القفطى الوزير ديوانه هذا وقال لما رأيت العرب فى الشعر الا تتنازع فى ذلك الى ان ارتفعت راية الروم بعلى بن الرومى الذى عمل

Praedestinatus es. Occupa cor tuum in arte absoluta,
Quae e figuris vaporosis fornicem caeruleum exstruit.

5307. Diwan Enweri, Diwanus turcicus *Enweri*i, anno 954 (inc. 21. Febr. 1547) mortui, ex quo in *El-Zubdet* undeviginti versus recepti sunt. — 5308. Diwan Auhadi, Diwanus persicus *Auhadi*i *Isfaháni*, anno 738 (inc. 30. Jul. 1337) mortui. Versus numerum novem millium explent, carmina summa dulcedine et elegantia conscripta sunt, et quae *Terjíát* dicuntur, ubi sensus et verba in fine repetuntur, veram rerum naturam et cognitiones complectuntur. — 5309. Diwan Aus, Diwanus *Ausi Ben Hajr* ejusque commentarius. — 5310. Diwan Ahli, Diwanus *Ahli Shírázi*. Opera ejus omnia. — 5311. Diwan Ahi, Diwanus turcicus *Ahi*, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortui, qui in *El-Zubdet* viginti quatuor versus habet. — 5312. Diwan Ayeti, Diwanus persicus *Ayeti*, qui ita incipit:

Festinat liber amantis et portam amoris aperit.

5313. Diwan Eidemir, Diwanus Emiri *Ilm-ed-dín Fakhrek Mohyewi Atic Sáhib Mohyi-ed-dín Abu'lmotzaffer Ibn Nedi Mojrizi*, *Eidemir* dicti et anno ... mortui. Hunc Diwanum Wezir *Cofti* collegit, et: Certe, inquit, Arabes in poësi non vidi, quin in mutua de ea litigatione versarentur, donec *Ali Ben-elrumi* inter

فيه هو احقّ الناس باسم شاعر وهو القآئل قد يحسن الروم شعرًا ما احسنته العرب ثمّ ارتفعت رأية الديلم بمهيار غلام الشريف الرضى حين اتى بكلّ مستحسن الطريقة وهو القآئل اذا لم يكن نظم القصآئد شيمتى ولا ولدتنى يعرب واياد فقد سجع الورقآء وهى حمامة وقد تنطق العيدان وهى جماد وحيا الدهر للترك الجنسيّة التى تقدّمت الاوآئل وهى فى آخر الزمان بالرئيس الفاضل علم الدين ٥٣١٤ ديوان بخرزى هو ابو الحسن على بن الحسن النيسابورى المقتول سنة ٤٦٧ قال وديوان شعره فى مجلّد كبير والغالب عليه الجودة

٥٣١٥ ديوان بارع الدباس هو ابو عبد الله الحسين بن محمد البدرى [البغدادى] المتوفى سنة ٥٢٤ قال وديوانه جيد ٥٣١٦ ديوان برق يافعى فارسى على الحروف ٥٣١٧ ديوان باقى [المولى محمود المتوفى سنة ١٠٠٨] تركى وهو من احسن الدواوين التركيّة واشهرها واعتذر صاحب الزبدة من انتخاب ديوانه بقوله شعر

Rumaeos vexillum tolleret, qui inter homines dignissimus nomine poëtae praedicabatur et dixerat: Rumaei tam pulchra faciunt carmina, ut Arabes pulchritudine nunc eos non aequiparent. Tum *Mihyár Sheríf*i *Radhi-ed-dín* servus vexillum Dilemiticum extulit, qui rationem omnium probissimam secutus: Ecce, inquit, Casidarum compositio non altera mihi est natura nec *Yarab* et *Iyád* me procrearunt: gemuit certe fusca scilicet palumbes, et lyrae locutae sunt, quamvis sint durae. Et tempus Turcis originem creavit, quae majores praecedit, ultimo scilicet tempore per principem nostrum bene meritum *Ilm-ed-dín*. — 5314. Diwán Bákharzi, Diwanus *Abu'lhasan*i *Ali Ben-elhasan Nisabúri*, vulgo *Bákharzi* dicti et anno 467 (inc. 27. Aug. 1074) interfecti. *Ibn Khallikán*: Diwanus horum carminum, inquit, magnum volumen explet et major versuum pars bona est. — 5315. Diwán Bári' El-Debbás, Diwanus *Abu Abdallae Hosein Ben Mohammed Bedri* [*Baghdádi*], vulgo *Bári' El-Debbás* dicti et anno 524 (inc. 15. Dec. 1129) mortui. Diwanus ab *Ibn Khallikán* egregius appellatur. — 5316. Diwan Barc, Diwanus persicus a *Barc Yáfii* editus et alphabetice ordinatus. — 5317. Diwán Backi, Diwanus turcicus [Mollae *Mahmúd*], vulgo *Bácki* dicti [et anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortui], qui inter Diwanos turcicos facile pulcherrimus et illustrissimus est, et auctor anthologiae *Zubdet* se excusat, quod de Diwano non plures versus in opus suum receperit, his verbis:

بولنمدیسه اکر جمله‌ء شعر پرکاری
بنی بو مادّه‌ده اهل دل طوتر معذور
محالدر بوله بر چشمه‌ء تمام ایده نوش
نه دللو آبه حریص اولسه تشنه‌ء محرور

مع انّه كتب فيه خمسمائة بيت واثنى عشر بيتًا ٥٣١٨ ديوان البحترى هو ابو عبادة الوليد ابن عبيد الطّائى المتوفى سنة ٢٨٤ قال ولم يرتّب شعره حتى جمعه ابو بكر الصولى ورتّبه على الحروف وجمعه ايضا على بن حمزة الاصفهانى ولم يرتّبه على الحروف بل على الانواع كما صنع بشعر ابى تمام وقيل للبحترى ايّما اشعر انت ام ابو تمام فقال جيّده خير من جيّدى ورديّى خير من رديّه وكان يقال لشعر البحترى سلاسل الذهب وهو فى الطبقة العليا وقد اختصره ابو العلآء احمد بن عبد الله المعرى المتوفى سنة ٤٤٩ وسمّاه عبث الوليد كذا فى وفيات ابن خلكان وقال بعضهم انّه يتضمّن اغاليط البحترى فى ديوانه فى عشرين كرّاسًا وشرحه عبد الله

Si non omnes versus artificiosi hic scripti leguntur,
Homines cordati in hac caussa me excusatum putabunt.
Fieri non potest, quin potor sitiens totum fontem bibat,
Quamvis avidissime aquam multam cupiens et vehementissime sitiens.

Nihilominus anthologiae quingentos duodecim versus inseruerat. — 5318. Diwân El-Bokhtori, Diwanus *Abu Obâdae Welîd Ben Obeid Tâyi*, vulgo *Bokhtori* appellati et anno 284 (inc. 8. Febr. 897) mortui. Teste *Ibn Khallikân* poëta noster carmina sua non disposuit, donec *Abu Bekr Sauli* colligeret et alphabetice digereret. *Ali Ben Hamza Isfahâni* quoque ea collegit ita, ut non alphabetice sed secundum genera carminum ordinaret, quemadmodum in carminibus *Abu Temmâmi* disponendis fecerat. *Bokhtori* interrogatus: Quis major est poëta, tune an *Abu Temmâm*? Quae ille bona habet, respondit, meliora sunt iis, quae apud me bona sunt, et quae apud me prava sunt, meliora sunt iis, quae apud eum prava sunt. Versus *Bokhtori*i catenae aureae dici solent, et certe poëta altissimum gradum occupat. Carmina *Abu'lalâ Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuus, in epitomen coëgit *Abt El-Welîd* inscriptam. Ita quidem *Ibn Khallikân* in *Wefayât* habet. — Vir quidam linguae vitia, quae *Bokhtori* in Diwano commisisset, se in viginti foliorum decadibus comprehendisse dicit. Commentarium ejus *Abdallah Ben Ibrahîm*

ابن ابراهيم [بن عبد الله الجبرى الفرضى الشافعى المتوفى سنة ٤٧٦] والحسن بن بشر الآمدى المتوفى سنة ٣٧١ كتاب فيه معانى شعر البحترى ٥٣١٩ ديوان بريق بن خويلد ٥٣٢٠ ديوان البرقى وهو ابو بكر احمد بن محمد الخوارزمى المتوفى سنة ٣٧٦ قال ابن ماكولا رأيت له ديوان شعر اكثره بخطّ تلميذه ابن سينا الفيلسوف ٥٣٢١ ديوان برهان الدين ابرهيم بن جلال الدين احمد بن محمد المدنى الخجندى المتوفى سنة ٨٥١ ٥٣٢٢ ديوان بزمى اعمى تركى توفى سنة ١٠٢٦ قال الهاشمى فى تاريخه هاى كچدى ترك ايلدوب بو مجلسى بزمى قودى قال صاحب الزبدة رأيت له ثلثة دواوين وانتخبت منها بيتين ٥٣٢٣ ديوان البشير الانصارى ٥٣٢٤ ديوان بصيرى تركى وهو بغدادى توفى سنة ٩٤١ وله فى الزبدة اربعة ابيات ٥٣٢٥ ديوان بنّائى فارسى قاله جوابًا لخواجه حافظ وتخلّص منه بالمحال ٥٣٢٦ ديوان بناكتى فارسى وهو فخر الدين توفى سنة ٥٣٢٧ ديوان بوربهاء جامى مداح شمس الدين

[*Ben Abdallah Jebri* Shafiita statutorum divinorum peritus, anno 476 (inc. 21. Mai. 1083) mortuus], edidit, et *Hasan Ben Beshr Amidi*, anno 371 (inc. 7. Jul. 981) mortuus, librum scripsit, ubi de sententiis carminum *Bokhtori*i disseruit. — 5319. Diwán Boreic, Diwanus *Boreicki Ben Khoweilid*. — 5320. Diwán El-Barcki, Diwanus *Abu Bekri Ahmed Ben Mohammed Khowarezmi*, vulgo *Barcki* dicti et anno 376 (inc. 13. Mai. 986) mortui. *Ibn Mákúlá*: Vidi, inquit, Diwanum poëticum ei tributum, cujus major pars manu discipuli *Ibn Sina* philosophi scripta fuit. — 5321. Diwán Borhán-ed-dín, Diwanus *Borhán-ed-dín*i *Ibrahim Ben Jelál-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Medeni Khojendi*, anno 851 (inc. 19. Mart. 1474) mortui. — 5322. Diwán Bezmi, Diwanus turcicus *Bezmi*i caeci, anno 1026 (inc. 30. Dec. 1617) mortui. *Háshimi* hoc chronogramma habet: „Hei! abiit et hunc consessum *Bezmi* reliquit,“ et auctor anthologiae *Zubdet*: Vidi, inquit, tres Diwanos ei tributos, e quibus duos versus elegi. — 5323. Diwán El-Beshir, Diwanus *Beshiri Ansári*. — 5324. Diwán Besiri, Diwanus turcicus *Besiri*i *Baghdádi*, anno 941 (inc. 13. Jul. 1534) mortui. Quatuor ejus versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5325. Diwán Bennáyi, Diwanus persicus, quem *Bennáyi* responsurus *Khojae Háfitz* composuit, et statim se ab illo liberavit. — 5326. Diwán Binaketi, Diwanus persicus, auctore *Fakhr-ed-dín Bináketi*, anno ... mortuo. — 5327. Diwán Burbehá, Diwanus *Burbehá*i *Jámi*, qui *Shems-ed-dín*i Diwani auctoris et virorum sui temporis spectatis-

مدحب ديوان وكثير مدحه ٥٣٢٨ ديوان البهاء زهير | ابى الفضل بن محمد بن على المهلبى المتوفى سنة ٦٥٦ | ٥٣٢٩ ديوان بهارى تركى وهو مؤرّخ توفى سنة ٩٥٨ وله فى الزبدة ثلثة ابيات ٥٣٣٠ ديوان بهشتى تركى وهو رمضان بن عبد المحسن الويزوى المتوفى سنة ٩٧٧ وله فى الزبدة تسعة وثلثون بيتا ٥٣٣١ ديوان تأبّط شرا | ثابت بن جابر هو من اعيان شعراء الجاهلية | ٥٣٣٢ ديوان تاج الملوك بورى بن ايّوب مجد الدين المتوفى سنة ٥٧٩ وذكر فى ديوانه الغثّ والسمين لكنّه بالنسبة الى مثله جيّد ٥٣٣٣ ديوان التدبيج لابى الفضل عبد المنعم بن عمر جُليانى | المتوفى سنة ٦٠٢ | جملته مائة بيت واثنا عشر بيتا وهو مشتمل على اعاجيب من المدبجات المعجزة النظم وله ديوان تشبيهات والغاز واوصاف واغراض شتّى وديوان ترسيل وفنون من المخاطبات وانواع من الخطب والصدور والادعية ونحو ذلك ٥٣٣٤ ديوان تقى الدين عبد الملك بن الاعزّ | بن محمد | الاسنائى المتوفى سنة ٧٠٧ ٥٣٣٥ ديوان

simorum laudator fuit. — 5328. Diwan El-Behá, Diwanus *Behá-ed-dini Zoheir* | *Abu'lfadhl Ben Mohammed Ben Ali Mohallebi*, anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortui |. — 5329. Diwan Behari, Diwanus turcicus Historiographi *Behári*, anno 958 (inc. 20. Jan. 1551) mortui. Leguntur in *El-Zubdet* tres ejus versus. — 5330. Diwan Behishti, Diwanus turcicus *Ramadhani Ben Abd-el-mohsin Wizehwi*, vulgo *Behishti* dicti et anno 977 (inc. 16. Jun. 1569) mortui, qui triginta novem versus in *El-Zubdet* habet. — 5331. Diwan Taabbata sherran, Diwanus | *Thábiti Ben Jábir* | vulgo *Taabbata sherran* dicti, | qui inter praestantissimos temporis ignorantiae poëtas fuit |. — 5332. Diwan Taj el-moluk, Diwanus *Táji el-moluk Buri Ben Eyyub*, honorifice *Majd-ed-din* cognominati et anno 579 (inc. 26. Apr. 1183) mortui. Diwanum bona mixta malis continere dicit *Ibn Khallikán*, attamen ratione similium habita bonum esse. — 5333. Diwan el-tedbij, Diwanus ornatioris orationis, auctore *Abu'lfadhl Abd-el-mon'im Ben Omar Julyáni*, | anno 602 (inc. 18. Aug. 1205) mortui |. Versus sunt centum duodecim, qui carmina ornatioris orationis prodigiosa, vera compositionis metricae miracula, continent. Idem syllogen comparationum poëticarum, aenigmatum, descriptionum et propositorum variorum, et Diwanum epistolarum, variorum alloquii generum, orationum diversarum, praefationum, invocationum et quae similia sunt, edidit. — 5334. Diwan Tacki-ed-din, Diwanus *Tacki-ed-dini Abd-el-melik Ben-elauzz* | *Ben Mohammed* | *Isnayi*, anno 707 (inc. 3. Jul. 1307) mortui. — 5335. Diwan Tellaferi, Diwanus

التلعفرى [محمد بن يوسف بن مسعود شهاب الدين الشيبانى المتوفى سنة ٦٧٥] ٥٣٣٦ ديوان التمثّل لابى القسم محمود بن عمر الزمخشرى الملقّب بجار الله العلّامة المتوفى سنة ٥٣٨ ٥٣٣٧ ديوان تميم بن ابى مقبل شرحه محمد بن معلى الاسدى ٥٣٣٨ ديوان التنوخى وهو ابو على محسن بن على القاضى المتوفى سنة ٣٨٤ قال وديوانه اكبر من ديوان ابيه وابوه على بن محمد [المتوفى سنة ٣٤٢] ٥٣٣٩ ديوان يوسف بن تميم ٥٣٤٠ ديوان تيغى الادرنوى المتوفى سنة ١٠٢٧ ٥٣٤١ ديوان ثانى تركى المعروف بجان ممى المتوفى سنة ٩٩٥ وله فى الزبدة سبعة ابيات ٥٣٤٢ ديوان ثبوتى تركى من دير قرامن البيّاع للاشربة والمعجون فى سوق قرامن بقسطنطنيّة قال المولى حسن چلبى فى تذكرته رتّب ديوانه مرّة بعد اخرى مع احراق بعض الشعر بالنار ثمّ لم يشتهر بعد ٥٣٤٣ ديوان ثنائى فرسى المعروف بخواجه حسين شيى ٥٣٤٤ ديوان ثنائى تركى وهو محمد القاضى من بلدة بالى كسره توفى

[*Mohammed*is *Ben Yusuf Ben Mes'úd Sheibáni Tellaferi*, honorifice *Shehâb-ed-dín* cognominati et anno 675 (inc. 15. Jan. 1276) mortui]. — 5336. Diwán el-temaththol, Diwanus parabolarum, auctore eruditissimo *Abu'lcásim Mahmúd Ben Omar Zamakhsheri*, honorifice *Járallah* cognominati et anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortui. — 5337. Diwan Temim, Diwanus *Temím*i *Ben Abi Mocbil*, cujus commentarium *Mohammed Ben Moalla Asedi* edidit. — 5338. Diwan Tenúkhi, Diwanus *Abu Ali*i *Mohsin Ben Ali* Cadhi, vulgo *Tenúkhi* dicti et anno 384 (inc. 15. Febr. 994) mortui. *Ibn Khallikán* ejus Diwanum majorem esse dicit Diwano patris *Ali Ben Mohammed*, [anno 342 (inc. 18. Mai. 953) mortui]. — 5339. Diwan Yusuf, Diwanus *Yusuf*i *Ben Temím*. — 5340. Diwan Tighi, Diwanus *Tighi*i *Edrenewi*, anno 1027 (inc. 19. Dec. 1617) mortui. — 5341. Diwan Thani, Diwanus turcicus *Tháni*i, vulgo *Ján Memi* dicti et anno 995 (inc. 2. Dec. 1586) mortui. Septem habet in *El-Zubdet* versus. — 5342. Diwan Thobuti, Diwanus turcicus *Thobúti*i in Caramania nati. Constantinopoli in foro Caramanico potulenta et confectiones vendidit, et Molla *Hasan Jelebi* in opere *Tedzkiret*: Diwanum, inquit, repetitis vicibus, nonnullis carminibus igne deletis, in ordinem disposuit. Serius haud unquam innotuit. — 5343. Diwan Thenayi, Diwanus persicus *Thenayi*i, vulgo *Khoja Hosein Shei* dicti. — 5344. Diwan Thenayi, Diwanus turcicus *Mohammed*is Cadhi, vulgo *Thenáyi* dicti et ex urbe *Bálikesreh* oriundi. Obiit

سنة ... ٥٣٤٥ ديوان توبة بن الحمير ٥٣٤٦ ديوان جابر بن زيد ٥٣٤٧ ديوان جاحظ ٥٣٤٨ ديوان جاكرى تركى وهو من امرآء دولة السلطان بايزيد بن محمد خان ذكره مولانا لطيفى فى تذكرته ٥٣٤٩ ديوان جامى فارسى وهو المولى نور الدين عبد الرحمن بن احمد الجامى المتوفى سنة ٨٩٨ وديوانه على ثلثة اقسام اوله فاتحة الشباب واوسطه واسطة العقد وآخره خاتمة الحياة كلها غزليات وله ديوان رسائل ٥٣٥٠ ديوان جحظة البرمكى هو ابو الحسن احمد بن جعفر المتوفى سنة ٣٢٦ قال وديوانه كبير اكثره جيد ٥٣٥١ ديوان جران العود [ العقيلى المتوفى سنة ] ٥٣٥٢ ديوان جرجانى هو القاضى ابو الحسن على بن عبد العزيز الفقيه الشافعى المتوفى سنة ٣٦٦ قال وشعره كثير وطريقته فيه سهلة ٥٣٥٣ ديوان جرير ابن عطية التميمى المتوفى سنة ١١٠ وهو اشعر من الفرزدق وشرحه ٥٣٥٤ ديوان جعفر چلبى تركى ابن تاجى بيك المتوفى سنة ٩٢٠ قتله السلطان سليم خان وله فى الزبدة

anno . . . — 5345. Diwán Thauba, Diwanus *Thaubae Ben-elhimyar.* — 5346. Diwan Jabir Ben Zeid, Diwanus *Jábiri Ben Zeid.* — 5347. Diwán Jahitz, Diwanus *Jáhitzi.* — 5348. Diwán Jákeri, Diwanus turcicus *Jákerii*, qui, ut Molla noster *Letifi* in *Tedzkiret* commemorat, Emirus fuit ad aulam Sultani *Báyezíd Ben Mohammed Khán.* — 5349. Diwán Jámi, Diwanus persicus Mollae *Nur-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Jámi*, anno 898 (inc. 13. Oct. 1492) mortui. Hic Diwanus tres partes continet, quarum prima *Fátihat el-shebáb* i. e. Initium juventutis — media *Wásitat el-icd* i. e. Media et praestantior monilis colli margarita — et tertia *Khátimet el-hayát* i. e. Finis vitae inscripta est. Haec carmina omnia amatoria sunt. Idem Diwanum epistolarum edidit. — 5350. Diwán Jahtza, Diwanus *Abu'lhasani Ahmed Ben Ja'far*, vulgo *Jahtza* dicti et anno 326 (inc. 8. Nov. 937) mortui. *Ibn Khallikán* hunc Diwanum magnum et maximam partem egregium appellat. — 5351. Diwan Jiran el-aud, Diwanus *Jirán el-audi* [*Ocaili*, anno ... mortui]. — 5352. Diwan Jorjani, Diwanus *Abu'lhasani Ali Ben Abd-el-aziz* Jurisconsulti shafiitici, vulgo *Jorjáni* dicti et anno 366 (inc. 30. Aug. 976) mortui. *Ibn Khallikán*: Multa, inquit, composuit carmina, et ratio quam sequitur facilis est. — 5353. Diwan Jerir, Diwanus *Jeriri Ben Atiya Temimi*, anno 110 (inc. 16. Apr. 728) mortui, qui major poëta est *Ferezdaco*, ejusque commentarius. — 5354. Diwan Ja'far Jelebi, Diwanus turcicus *Ja'fari Ben Tájibeg Jelebi*, quem Sultan *Selím Khán* anno 920 (inc. 26. Febr. 1514) interfici

خمسة عشر بيتًا ٥٣٥٥ ديوان جعفر بن شمس الخلافة محمد المتوفى سنة ٦٢٢ قال احمد فيه ٥٣٥٦ ديوان جلالى تركى توفى سنة وله فى الزبدة ثلثة عشر بيتًا ٥٣٥٧ ديوان جليلى برسوى تركى وله فى الزبدة بيتان ٥٣٥٨ ديوان جم تركى وهو ابن السلطان محمد خان المتوفى سنة ٩٠١ وله فى الزبدة ثلثة ابيات ٥٣٥٩ ديوان جمالى تركى توفى سنة ٩٧١ وله فى الزبدة ثمانية وعشرين بيتًا ٥٣٦٠ ديوان جمعى وهو من شعراء هذا العصر ٥٣٦١ ديوان جميل [ابن عبد الله العذرى] وشرحه ٥٣٦٢ ديوان جميل تركى آمدى وله فى الزبدة ستة ابيات ٥٣٦٣ ديوان جنابى پشا المتوفى سنة ٩٦٩ تركى وله فى الزبدة بيت واحد ٥٣٦٤ ديوان جنانى تركى وهو برسوى توفى سنة ١٠٠٤ وله فى الزبدة سبعة عشر بيتًا ٥٣٦٥ ديوان جنانى تركى وهو من سمندره توفى سنة ١٠٠١ وله فى الزبدة ستة ابيات ٥٣٦٦ ديوان جنوب اخت عمرو ذى الكلب ٥٣٦٧ ديوان الهجيرى وهو الامير حسام الدين عيسى بن سنجر بن

---

jussit. Quindecim ejus versus anthologiae *Zubdet* inserti sunt. — 5355. Diwan Já'far, Diwanus *Ja'fur*i *Ben Shems-elkhiláfet Mohammed*, vulgo 622 (inc. 13. Jan. 1225) mortui, cujus praestantiam *Ibn Khallikán* laudat. — 5356. Diwán Jelali, Diwanus turcicus *Jelál*i, anno . . . mortui. In *El-Zubdet* tredecim ejus versus leguntur. — 5357. Diwán Jelili, Diwanus turcicus *Jelíl*i *Bursewi*, qui duos in *El-Zubdet* habet versus. — 5358. Diwán Jem, Diwanus turcicus *Jem*i filii Sultani *Mohammed Khán*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1496) mortui, e cujus versibus tres in *El-Zubdet* recepti sunt. — 5359. Diwan Jemali, Diwanus turcicus *Jemál*i, anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortui. Ejus versuum duodetriginta in *El-Zubdet* leguntur. — 5360. Diwán Jem'i, Diwanus *Jem'i*i, qui inter poëtas hujus temporis floret. — 5361. Diwán Jemil, Diwanus *Jemíl*i [*Ben Abdullah Odzri*], ejusque commentarius. — 5362. Diwán Jemil, Diwanus turcicus *Jemíl*i *Amidi*, ex quo sex versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5363. Diwán Jenábi Pásha, Diwanus turcicus *Jenábi Pashae*, anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortui. Unus ejus versus in *El-Zubdet* invenitur. — 5364. Diwán Jinani, Diwanus turcicus *Jinán*i *Bursewi*, anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) mortui, qui septendecim versus in *El-Zubdet* habet. — 5365. Diwán Jinani, Diwanus turcicus *Jinán*i ex urbe Semendra oriundi et anno 1001 (inc. 28. Sept. 1592) mortui, e cujus versibus sex in *El-Zubdet* recepti sunt. — 5366. Diwán Jenúb, Diwanus *Jenub*i, *Amru*i *Dzi'lkelb* filiae. — 5367. Diwán El-Hajiri, Diwanus Emiri *Hosám-ed-dín Isa Ben Senjer Ben*

بهرام الاربلي المتوفى سنة ٦٣٢ جمعه عمر بن محمد بن عمر الدمشقي وسمّاه بلبل الغرام الكاشف عن لثام الانسجام ورتّبه على سبعة فصول ٥٣٦٨ ديوان حاذرة الذبياني ٥٣٦٩ ديوان حارث بن كلدة وشرحه ٥٣٧٠ ديوان حارثة بن البدر الغداني ٥٣٧١ ديوان حافظ فارسي وهو شمس الدين محمد الشيرازي المعروف بحافظ الشيرازي المتوفى سنة ٧٩٢ ذكر مرتّب ديوان حافظ في ديباجته ان مولاه حافظ لم يرتّب ديوانه لكثرة اشتغاله بحشية الكشاف والمطالع ودرسهما فرتّب بعده بأمر قوام الدين عبد الله وهو ديوان معروف متداول بين اهل الفرس ويتفأل به وكثيرا ما جاء بيت مطابق بحسب حال المتفأل ولذا يقال له لسان الغيب وقد ألّف في تصديق هذا المدعى محمد بن الشيخ محمد الهروي المتوفى سنة ... رسالة مختصرة واورد اخبارًا متعلّقة بالتفؤل به ووقع مطابقًا لمقتضى حال المتفأل وافرط في مدح الشيخ المذكور | وللمولى حسين الكفوي المتوفى بعد سنة ٩٨٠ رسالة تركية في تفؤلات ديوان حافظ مشحونة

*Behrám Irbili*, vulgo *Hájiri* dicti et anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) mortui. *Omar Ben Mohammed Ben Omar Dimesheki* eum collegit, *Bolbol el-gharám el-káshif an litham el-insijám* inscripsit, et in septem sectiones disposuit. — 5368. **Diwán Hadira**, Diwanus *Hádirae Dzobyáni*. — 5369. **Diwan Harith**, Diwanus *Hárith*i *Ben Keladu* ejusque commentarius. — 5370. **Diwan Haritha**, Diwanus *Hárithae Ben-el-bedr Ghudáni*. 5371. **Diwan Hafitz**, Diwanus persicus *Shems-ed-dín*i *Mohammed Shirazi*, vulgo *Háfitz* dicti et anno 792 (inc. 20. Dec. 1389) mortui. Ordinator Diwani *Hafitz*iani in praefatione narrat, Mollam nostrum minime Diwanum digessisse, quod in operibus *Keshsháf* et *Metáli'* adnotatione ornandis et scholis de utroque habendis nimis occupatus esset. Itaque jussu *Ckiwám-ed-dín*i *Abdallah* post ejus mortem Diwanum illum notissimum et inter Persas tritissimum digessit, qui eo ad omina capienda utebantur; et saepissime accidit, ut versus egregie conditioni omen capientis responderet, qua de caussa liber *Linguae arcani* dictus est. Quod libri jus praecipuum ut argumentis confirmaret, *Mohammed* filius Sheikhi *Mohammed Herewi* anno . . . mortuus tractatum brevem edidit, in quo historias multas narrat, quae omina illa ex Diwano capta spectabant, et egregie ei, quod conditio omen capientis postulabat, conveniebant, at in laudando Sheikh *Háfitz* modum excessit. | Similem tractatum turcicum de ominibus e Diwano illo capiendis narrationibus miraculosis plenum Molla *Hosein Kufuwi* post annum 980 (inc. 14. Mai. 1572)

بالحكايات الغريبة] وقد شرحه مصطفى بن شعبان المتخلّص بسرورى المتوفى سنة ٩٦٩ شرحاً تركيًّا اوله الحمد لله الذى حفظ الذكر الخ [وهو شرح على لسان التصوّف] والمولى شمعى بالتركى المتوفى فى حدود سنة الف وتتبّع فى كلّ قافية وبحره شاعر من شعرآء الروم يقال له فضلى المتوفى سنة ٩٧٠ وكذا نظم كتاباً فى نظيره وقافيته ابو الفضل محمد بن ادريس الدفترى المتوفى سنة ٩٨٢ وشرح المولى سودى البسنوى المتوفى فى حدود سنة الف بالتركى شرحاً مفصّلاً [وشرح السودى مختصر] صورة فتوى زيد مزبور حافظ حقنده لسان غيبدر ديسه عمرو لسان غيب ديمك خطادر حتى رئيس علمآء علمه قرأتنه فتوى ويرمشدر ديسه زيد مزبور رئيس علمآء حقنده حاشا من امثاله ايدوب اول آنك نه اغزى قاشقيدر بو ذوقياتدن در ديسه شرعاً زيده نه لازم اولور الجواب حافظك مقالاتنده چوقلق حكم واتقه ونكت دقيقه دن كلمات حقه واقع اولمشدر لكن تضاعيفنده لفظى شريعت شريفه دن بيرون جزئيات واردر مذاق صحيح اولدر كه بو بيتى بربرندن فرق ايدوب سمّ افعى ترياق نافع صنميوب

---

mortuus edidit], et commentarios ejus scripserunt *Mustafa Ben Sha'bán*, *Sorúri* cognominatus et anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuus, cujus commentarius turcicus ita incipit: Laus Deo qui invocationem conservat etc., [et ad linguam Theosophorum technicam compositus est] — Molla *Shem'i* circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus, qui turcice scripsit — poëta quidam Rumaeus *Fadhli* dictus et anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuus, qui singula homoeoteleuta et metra in commentario turcico secutus est, et librum talem ad ejus similitudinem et homoeoteleuta *Abu'lfadhl Mohammed Ben Idrís Defteri*, anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortuus, metrice composuit — et Molla *Sudi Bosnewi*, circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus, cujus commentarius turcicus singulas textus partes persecutus est, [et in epitomen coactus exstat]. — Formula responsi juridici. Faciamus *Zeid*um dicere, Diwanum *Háfitz*i laudatum linguam arcani esse, et *Amru* dicere, qui Diwanum ita appellet, peccatum committere, ut virorum doctorum princeps (*Reyis olamà*) lectionem ejus responso illicitam pronunciaret. Quodsi *Zeid* laudatus respondet, ita tamen, ut existimationem capitis virorum doctorum non oppugnet, hunc rem fere non satis intelligere neque talia cochlear esse ejusmodi hominum oribus, quid *Zeido* legibus convenienter respondendum erit? — *Responsum.* In carminibus *Háfitz*i multa apophthegmata probatissima et acute dicta praestantia inveniuntur, attamen etiam loci dubii incertique ei insunt, qui fines legis augustae excedunt. Omnium probatissimum igitur est, versus bene inter se distinguere, venenum

مبادی ذوق نعمتی احراز واسباب خوف الیمدن احتراز ایلیه کتبه الفقیر ابو السعود عفی عنه ٥٣٧٢ دیوان حالتی ترکی وهو المولی مصطفی بن محمد الشهیر بعزمی زاده المتوفی سنة ١٠٤٠ وهو اجلّ دواوین علمآء الروم قال فیه المولی غنی زاده دیوان حالتی براشور مدح اولنسه کر مفتاح ابواب آجر بزه باب بلاغتی وصف مقالتی ایتسه نوله ایلر اقتضآء هر صفحه سنده وارتاجه مخصوص حالتی وله دیوان الرباعیات رتّبه علی الحروف کشعرآء العجم وقال فی حقه شعر

ارباب عشقك الندە رباعیلرم بنم
بزم صفاده حالتیا چارپاره در
کیمدر انکله قطعهٔ الماسی برطوتن
نقصانی خود یانندە ایکن آشکاره در

ومن دیوانه فی الزبدة ثلثة وتسعون بیتًا من قصائده ومأتان وخمسة وثمانون بیتًا من غزلیات ومئة وثمانیة وعشرون بیتًا من رباعیاته ٥٣٧٣ دیوان حالتی دیگر ترکی وهو المعروف

anguinum a theriaca salubri discernere, principia voluptatis gratiae colligere et omnia evitare, quae metum cruciantem injicere possint. — Scripsit pauper *Abu'lsoúd*, cui Deus ignoscere velit. — 5372. Diwán Háleti, Diwanus turcicus Mollae *Mustafa Ben Mohammed Háleti*, vulgo *Azmizádeh* dicti et anno 1040 (inc. 31. Jul. 1630) mortui. De hoc virorum doctorum Rumeliae Diwano illustrissimo dicit Molla *Ghanizádeh*: „Convenit, Diwanum *Háleti*i laudare, quippe qui clavis portam eloquentiae nobis aperit, quanquam descriptionem orationis contemnit. Quid ea opus est? quaevis enim pagina proprium fervoris ingenii statum continet.“ — Idem Diwanum carminum quatuor hemistichiorum edidit, quem ad instar poëtarum persicorum alphabetice ordinavit, et de eo hos fecit versus:

Mea quatuor hemistichiorum carmina in manibus amantium
O Haleti! crotalum sunt in consessu voluptatis.
Quis unquam ea cum adamantis fragmentis confundet,
Cum hujus virtus manca ipsa appareat!

E *Casid*is Diwani nonaginta tres versus, ducenti octoginta quinque e carminibus amatoriis et centum duodetriginta e carminibus quatuor hemistichiorum in *El-Zubdet* leguntur. 5373. Diwan Haleti, Diwanus turcicus *Hálet*i alterius, vulgo

بدرويش حالتى المتوفى سنة ١٠١٢ وله فى الزبدة بيتين ٥٣٧٤ ديوان حالى نوائى وديوانه تركى وله فى الزبدة بيتان ٥٣٧٥ ديوان حرملة بن جنادة ٥٣٧٦ ديوان حريمى تركى البرسوى المتوفى فى زمن السلطان سليم القديم وله فى الزبدة ثلثة ابيات ٥٣٧٧ ديوان حريمى تركى وهو قورقود بن السلطان بايزيد المتوفى سنة ٩١٨ ٥٣٧٨ ديوان حسّان بن ثابت [ابن المنذر الانصارى الخزرجى شاعر النبى صلعم المتوفى سنة اربعين] وشرحه ٥٣٧٩ ديوان حسن ابن احمد الهمدانى اليمنى [المتوفى سنة] فى ست مجلّدات ٥٣٨٠ ديوان حسن بن مظفر النيسابورى المتوفى سنة ٤٤٢ ٥٣٨١ ديوان حسن الدهلوى المتوفى سنة فارسى ٥٣٨٢ ديوان حسن الكاشى المتوفى سنة فارسى ٥٣٨٣ ديوان حسين بن حسن الحسينى المتوفى سنة ٧٧٠ غزليّات فرسيّة ٥٣٨٤ ديوان حسينى نوائى وهو السلطان حسين بيقرا المتوفى سنة ٩١١ وله فى الزبدة ثلاثة ابيات ٥٣٨٥ ديوان الحُصْرى هو ابو اسحق ابراهيم بن على القيروانى المتوفى سنة ٤١٣

---

***Derwísh Háleti*** dicti et anno 1012 (inc. 1. Jun. 1603) mortui, qui duos versus in ***El-Zubdet*** habet. — 5374. Diwán Háli Newáyi, Diwanus turcicus ***Háli*** ***Newáyi***, ex quo duo versus in ***El-Zubdet*** inveniuntur. — 5375. Diwán Harmela, Diwanus ***Harmelae Ben Jonáda***. — 5376. Diwán Harími, Diwanus turcicus ***Harími Bursewi***, qui tempore Sultani ***Selím*** prioris mortuus est et tres versus operi ***Zubdet*** insertos habet. — 5377. Diwán Harími, Diwanus turcicus ***Curcudi*** Sultani ***Báyezíd*** filii, vulgo ***Harími*** dicti et anno 918 (inc. 19. Mart. 1512) mortui. — 5378. Diwán Hassán, Diwanus a ***Hassán Ben Thábit*** [***Ben-elmondzir Ansári Khazreji*** prophetae ***Mohammed*** poëta, qui anno 40 (inc. 17. Mai. 660) obiit, editus] ejusque commentarius. — 5379. Diwán Hasan, Diwanus ***Hasani Ben Ahmed Hemdáni Yemeni***, [anno ... mortui]. Sex volumina. — 5380. Diwán Hasan Ben Motzaffer, Diwanus ***Hasani Ben Motzaffer Nisábúri***, anno 442 (inc. 26. Mai. 1050) mortui. — 5381. Diwán Hasan Dehlewi, Diwanus persicus ***Hasani Dehlewi***, anno ... mortui. — 5382. Diwán Hasan Káshi, Diwanus persicus ***Hasani Káshi***, anno ... mortui. — 5383. Diwán Hosein, Diwanus ***Hoseini Ben Hasan Hoseini***, anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) mortui. Carmina amatoria persica. — 5384. Diwán Hoseini Newáyi, Diwanus Sultani ***Hosein Beicara***, vulgo ***Hoseini Newáyi*** dicti et anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortui. Anthologia ***Zubdet*** tres ejus versus continet. — 5385. Diwán El-Hosri, Diwanus ***Abu Is'hacki Ibrahím Ben Ali Cairawáni***, vulgo ***Hosri*** dicti et anno 413 (inc. 6. Apr. 1022) mortui. —

٥٣٨٦ ديوان الحطيئة [جرول بن اوس بن مالك المخزومي] ٥٣٨٧ ديوان حكم وميدان الكلم لابي الفضل عبد المنعم بن عمر بن حسان الجلياني [المتوفى سنة ٦٠٢] منظوم يشتمل على الاشارة الى كل غامض المدرك من العلم والى كل صادق المنسك من العمل والى كل واضح المسلك من الفضيلة ٥٣٨٨ ديوان الحكمة تركي في الكيمياء للفاضل على الازنيقي وهو اشعار على الحروف ويبين فيه قواعده وذكر انه اخذه من الشيخ محمد الشهير بابن الاشرف ٥٣٨٩ ديوان حلمي تركي وهو عبد الله الشهير بحيى زاده المتوفى سنة . ٥٣٩٠ ديوان حمدي تركي وهو ابن آق شمس الدين المتوفى سنة ٩٠٩ وله في الزبدة بيتان ٥٣٩١ ديوان حميد بن هلال ٥٣٩٢ ديوان حنظلة بن دويب ٥٣٩٣ ديوان حنظلة بن الشرقي ٥٣٩٤ ديوان حياتي فارسي وهو من معاصري العرفي اوله

همه بخشندهء مردم اثر دادهء اوست
هرچه بنهاده هركسى نه فرستادهء اوست

5386. Diwan El-Hoteia, Diwanus *Hoteiae* [*Jezwel Ben Aus Ben Málik*, qui tempore ignorantiae et Islami vixit]. — 5387. Diwán el-hikem we Meidán el-kilem, Diwanus apophthegmatum et Hippodromus sententiarum, auctore *Abu'l-fadhl Abd-el-mon'im Ben Omar Ben Hassán Julyáni*, [anno 602 (inc. 18. Aug. 1205) mortuo]. Carmen, quod indicia continet omnium arcanorum e scientia intelligendorum, omnium quae in cultu sincerissima sunt, e praxi, et omnium eorum, quae in via mystica clarissima sunt, e gradu Theosophiae superiori. — 5388. Diwan el-hikmet, Diwanus turcicus sapientiae de Alchymia, auctore *Alí Izníeki* bene merito. Carmina alphabetice ordinata, in quibus praecepta artis alchymisticae primaria exponi seque ea a Sheikh *Mohammed*, vulgo *Ibn-eleshref* dicto, accepisse narrat. — 5389. Diwán Hilmi, Diwanus turcicus *Abdallae Hilmi*, vulgo *Hayyizádeh* dicti et anno . . . mortui. — 5390. Diwán Hamdi, Diwanus turcicus *Hamdi*i *Ibn Ac Shems-ed-dín*, anno 909 (inc. 26. Jun. 1503) mortui, qui duos versus in *El Zubdet* habet. — 5391. Diwan Homeid, Diwanus *Homeid*i *Ben Hilál*. — 5392. Diwan Hantzala, Diwanus *Hantzalae Ben Doweib*. — 5393. Diwan Hantzala, Diwanus *Hantzalae Ben-elsherki*. — 5394. Diwan Hayati, Diwanus persicus *Hayáti*i, qui aequalis poëtae *Urfi* erat. Incipit ita:

Omnia hominum dona monumenta sunt Ejus benignitatis,
Omnia bona, quae quisque deponit, ab Illo missa sunt.

٥٣٩٥ ديوان حيرتي تركي توفي سنة ٩٤١ وله في الزبدة ثمانية عشر بيتا ٥٣٩٦ ديوان حيص بيص هو ابو الفوارس سعد [بن احمد بن سعد] شهاب الدين التميمي المتوفى سنة ٥٧٤ ٥٣٩٧ ديوان الحيوان مختصر حيوة الحيوان مرّ ذكره ٥٣٩٨ ديوان خاتمي تركي توفي سنة ١٠٠٤ ٥٣٩٩ ديوان خاقاني تركي هو اياس پاشا زاده المتوفى سنة ١٠١٥ وله في الزبدة اربعة ابيات ٥٤٠٠ ديوان خالد الجيجي المتوفى سنة تركي ٥٤٠١ ديوان خالصي [عبد الحيّ] خواجه زاده تركي توفي سنة ٩٥٠ وله في الزبدة بيتان ٥٤٠٢ ديوان خاوري علي تركي توفي سنة ٩٧٢ وله في الزبدة اربعة عشر بيتا ٥٤٠٣ ديوان خبزارزي هو ابو القاسم نصر بن احمد المتوفى سنة ٣١٧ قال كان اميًّا لا يكتب وكان يخبز خبز الارز بالبصرة وينشد اشعاره [المقصورة على الغزل] والناس يزدحمون عليه وكان ابو الحسين محمد المعروف بابن لنكك مع علو قدره اعتنى به وجمع له ديوانًا انتهى ٥٤٠٤ ديوان خدائي مصطفى المتوفى سنة ٩٧٨

---

5395. Diwán Heireti, Diwanus turcicus *Heireti*, anno 941 (inc. 13. Jul. 1534) mortui, e quo in *El-Zubdet* duodeviginti versus leguntur. — 5396. Diwan Heis Beis, Diwanus *Abu'lfewárisi Sá'd* [*Ben Ahmed Ben Sa'd*] *Shehâb-ed-dín Temími*, vulgo *Heis Beis* dicti et anno 574 (inc. 19. Jun. 1178) mortui. — 5397. Diwán el-heiwán, Diwanus animalium. Epitome libri *Hayát el-heiwán*, de quo supra dictum est. — 5398. Diwan Khatimi, Diwanus turcicus *Khátimi*, anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) mortui. — 5399. Diwan Khacani, Diwanus turcicus *Ayási Páshazádeh*, vulgo *Khácáni* dicti et anno 1015 (inc. 29. Apr. 1606) mortui, qui quatuor versus in *El-Zubdet* habet. — 5400. Diwan Khalid, Diwanus turcicus *Khálidi Jiyái*, anno . . . mortui. — 5401. Diwan Khalisi, Diwanus turcicus [*Abd-el-hayyi*] *Khojázádeh*, vulgo *Khálisi* dicti et anno 950 (inc. 6. Apr. 1543) mortui, e quo duo versus in *El-Zubdet* inveniuntur. — 5402. Diwan Khaweri, Diwanus turcicus *Ali Khaweri*, anno 972 (inc. 9. Aug. 1564) mortui, e quo quatuordecim versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5403. Diwan Khobzározzi, Diwanus *Abu'lcásimi Nasr Ben Ahmed*, vulgo *Khobzározzi* dicti et anno 317 (inc. 14. Febr. 929) mortui, quem *Ibn Khallikán* idiotam appellat artis scribendi inscium. Panem oryzae Basrae coxit poëmata recitans [amorem solum canentia] et hominibus circumdatus. *Abu'lhosein Moharrem*, vulgo *Ibn Lenkek* cognominatus, quanquam gradu dignitatis superior eum commendatum sibi habuit et Diwanum collegit. — Hactenus *Ibn Khallikán*. — 5404. Diwan Khudáyi, Diwanus *Khudáyi Mustafa*, Mekkae anno 978 (inc. 5. Jun. 1570) mortui, qui

ىمكة وله في الزبدة اربعة وعشرون بيتا ٥٤٠٥ ديوان خرنق بنت هفعان ٥٤٠٦ ديوان خسرو الدهلوي فارسي المتوفى سنة ٧٢٥ جمع اشعاره ميرزابى سنقر وبلغت مائة وعشرين الف بيت وقال صاحبها في بعض رسائله وشعري ازيد من اربعمائة واقلّ من خمسمائة وقال في تذكرة دولتشاه انّ ديوانه اربعة اوله تحفة الصغر وهي ما قاله في شبابه ووسط الحيوة وهو ما كتب في حدّ كهولته وغرّة الكمال وهي التي نظمها في ايام كماله والبقية النقية في ايام هرمه وعلى هذا فعدده ليس منحصر وقد رأيت في مجموعة عدد ابيات غزليّة انّ غزليّاته الف وثلثمائة وسبعة وعشرون وعدد ابياته سبعة آلاف وثمانمائة واثنان واربعون والله اعلم ٥٤٠٧ ديوان خسرو تركي توفي سنة ١٠٠٥ وله في الزبدة ثمانية ابيات ٥٤٠٨ ديوان خطائي تركي وهو شاه اسمعيل الصفوي المتوفى سنة ٩٣٠ وله في الزبدة بيتان قال صاحب الفذلكي رأيت [له جزءًا] من ديوانه المرتّب ٥٤٠٩ ديوان خطب للسيوطي ذكره في فهرسته

viginti quatuor versus in *El-Zubdet* habet. — 5405. Diwán Khirnic, Diwanus *Khirnicki Hef'áni* filiae. — 5406. Diwán Khosrew, Diwanus persicus *Khosrewi Dehlewi*, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortui, cujus carmina a *Mirzábái Soncor* collecta centum viginti millia versuum implent. Auctor ipse in tractatu quodam: Carmina mea, inquit, amplius quadringenta sunt et minus quinquaginta efficiunt. In *Tedzkiret* a *Dewletsháh* edito Diwanum ejus legitur quadripartitum esse. Prima pars inscribitur *Tohfet el sighar* i. e. Donum prioris aetatis, et carmina continet in juventute facta — secunda *Wast el-hayát* i. e. Media vita et carmina provectioris aetatis continet — tertia *Ghorret el-kemál* i. e. Splendor perfectionis sive carmina, quae virili aetate cecinit — quarta *El-Backiyet El-Náckiyet* i. e. Reliqua exquisita sive carmina senilis aetatis — unde apparet, carmina numero non comprehendi. In Sylloge versuum amatoriorum vidi, carmina amatoria mille trecenta viginti septem efficere et versuum septem millia octingentos quadraginta duos esse. — Deus meliora scit. — 5407. Diwán Khosrew, Diwanus turcicus *Khosrewi*, anno 1005 (inc. 25. Aug. 1596) mortui, qui octo versus in *El-Zubdet* habet. — 5408. Diwán Khatáyi, Diwanus turcicus *Sháhi Ismail Sefewi*, vulgo *Khatáyi* dicti et anno 930 (inc. 10. Nov. 1523) mortui, ex quo duo versus in *El-Zubdet* leguntur. *Fáïdhi* ejus discipulus: Vidi, ait, partem Diwani ab eo in ordinem dispositam. 5409. Diwán khoteb, Diwanus sermonum a *Soyuti* editorum et in librorum indice

٥٤١٠ ديوان خفاجى هو ابو محمد عبد الله بن سعيد حلبى المتوفى سنة … ٥٤١١ ديوان خفاف ابن ندبة ٥٤١٢ ديوان خفى تركى من بلدة ادرنه من شعرآء فاتح قسطنطنية وله فى الزبدة اربعة ابيات ٥٤١٣ ديوان خلف الاحمر البصرى المتوفى فى حدود سنة ١٨٠ ٥٤١٤ ديوان الخنسآء اخت صخر الشاعرة المشهورة وديوانها مشهور بين الادبآء يحتج بابياتها وكلامها ٥٤١٥ ديوان خواجو فارسى وهو ابو العطآء محمد بن على الكرمانى المتوفى سنة ٧٤٢ فيه تسعة الاف بيت كلها قصآئد وغزليات وربعيات ٥٤١٦ ديوان خيالى تركى اسمه محمد من قصبة يكيجه واردار المتوفى سنة ٩٦٤ وهو شاعر مشهور وديوانه ايضا مقبول خصوصا فى الدولة السليمانية وله فى الزبدة خمسة وسبعون بيتا ٥٤١٧ ديوان داعى تركى وله فى الزبدة ستة ابيات ٥٤١٨ ديوان درونى تركى توفى فى حدود سنة ٩٥٠ وله فى الزبدة خمسة ابيات ٥٤١٩ ديوان درى تركى وهو بحرى زاده المتوفى سنة ١٠٢٥ وله فى الزبدة بيتان ٥٤٢٠ ديوان دعبل

ab ipso laudatorum. — 5410. Diwán Khafaji, Diwanus *Abu Mohammed*is *Abdallah Ben Saíd Halebi*, vulgo *Khafáji* dicti et anno … mortui. — 5411. Diwán Khofáf, Diwanus *Khofáf*i *Ben Nadba*. — 5412. Diwan Khafi, Diwanus turcicus *Khafi*i Adrianopolitani, qui inter poëtas *Mohammed*is expugnatoris Constantinopolis fuit et quatuor versus in *El-Zubdet* habet. — 5413. Diwán Khalaf, Diwanus *Khalaf*i *Ahmar Basri*, circa annum 180 (inc. 16. Mart. 796) mortui. — 5414. Diwán El-Khansá, Diwanus *Khansa*ae *Sakhr*i filiae poetriae illustris, cujus Diwanus inter philologos multa auctoritate gaudet. Versibus ejus et oratione argumentorum loco utuntur. — 5415. Diwán Khoju, Diwanus persicus *Abu'latái Mohammed Ben Ali Kermáni*, vulgo *Khoju* dicti et anno 742 (inc. 17. Jun. 1341) mortui. Continet novem millia versuum, qui omnes in *Casid*is, carminibus amatoriis et quatuor hemistichiorum versantur. — 5416. Diwán Khayali, Diwanus turcicus *Mohammed*is e castello *Yenije Wárdár* oriundi, vulgo *Khayáli* dicti et anno 964 (inc. 4. Nov. 1556) mortui. Poëta illustris est ejusque Diwanus acceptus praecipue *Soleimán*i regnantis tempore, et septuaginta quinque versus in *El-Zubdet* habet. — 5417. Diwán Dáí, Diwanus turcicus *Dáí*i, ex quo sex versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5418. Diwán Deróni, Diwanus turcicus *Deróni*, qui circa annum 950 (inc. 6. Apr. 1543) obiit et in *El-Zubdet* quinque versus habet. — 5419. Diwán Durri, Diwanus turcicus *Durri*i, vulgo *Bahrízádeh* dicti et anno 1025 (inc. 10. Jan. 1616) mortui. Duo ejus versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5420. Diwan Dibil,

ابن على الخزاعى المتوفى سنة ٢٤٦ مشتمل على قصائد ولطائف ٥٤٢١ ديوان ذاتى تركى وهو شاعر مشهور من شعرآء الروم توفى سنة ٩٥٣ والمنقول عنه انّ غزليّاته ازيد من الف وستمائة وقصائده اكثر من اربعمائة لو انتخبه لكان اعلاه زآئدًا من شعر غيره كذا فى التذكرة وله فى الزبدة مائة وسبعة واربعين بيتًا ٥٤٢٢ ديوان ذهنى تركى وهو بالى الدفترى توفى سنة ٩٩٧ وله فى الزبدة ثلثة ابيات ٥٤٢٣ ديوان ذى الرمة | غيلان بن عقبة احد فحول الشعرآء واحد عشاق العرب المتوفى سنة ١٠١ | ٥٤٢٤ ديوان ذى الاصبع الحرثانى ٥٤٢٥ ديوان الراعى ٥٤٢٦ ديوان رافع بن حريم ٥٤٢٧ ديوان ربيع بن معدوم ٥٤٢٨ ديوان رحمى تركى توفى سنة ٩٧٥ وله فى الزبدة تسعة عشر بيتًا ٥٤٢٩ ديوان الرسآئل لابى السعادات المبرك بن ابى الكرم المعروف بابن الاثير الجزرى المتوفى سنة ٦٠٦ ولابى الحسن على بن محمد المعروف بابن بسام المتوفى سنة ٣٠٣ ولابى محمد قسم بن على الحريرى المتوفى سنة ٥١٦ ٥٤٣٠ ديوان

Diwanus *Dibili* Ben *Ali Khozâï*, anno 246 (inc. 28. Mart. 860) mortui. Continet *Casîdas* et alia carmina faceta. — 5421. Diwan Dzati, Diwanus turcicus *Dzâtîi*, qui ex clarissimis poëtis Rumaeis fuit. Mortuus est anno 953 (inc. 4. Mart. 1546), et plus mille sexcenta carmina amatoria et plus quadringentas *Casîdas* scripsisse traditur. Si carminum meliorum delectus habitus esset, hic Diwanus teste *Tedzkiret* inter ceterorum poëtarum carmina longe praestantissima contineret. Centum quadraginta septem ejus versus anthologiae *Zubdet* inserti sunt. — 5422. Diwan Dzeheni, Diwanus turcicus *Bali Defteri*, vulgo *Dzeheni* dicti et anno 997 (inc. 10. Nov. 1588) mortui. Tres ejus versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5423. Diwán Dzi'lromma, Diwanus [*Gheilâni Ben Ocba*, vulgo] *Dzu'lromma* [cognominati, qui in praestantissimis Arabum poëtis amorem canentibus habetur. Obiit anno 101 (inc. 21. Jul. 719)]. — 5424. Diwan Dzi'lasba', Diwanus *Dzu'lasba'i Horthâni*. — 5425. Diwan El-Rai, Diwanus *Râïi*. — 5426. Diwan Rafi', Diwanus *Râfi'i Ben Harîm*. — 5427. Diwan Rebi', Diwanus *Rebi'i Ben Ma'dûm*. — 5428. Diwan Rahmi, Diwanus turcicus *Rahmii*, anno 975 (inc. 8. Jul. 1567) mortui, qui undeviginti versus in *El-Zubdet* habet. — 5429. Diwân el-resaïl, Diwanus epistolarum, auctoribus *Abu'lseadât El-Mobârek Ben Abi'lkerem Jezeri*, vulgo *Ibn-elathir* dicto et anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) mortuo — *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed*, vulgo *Ibn Bessâm* dicto et anno 303 (inc. 17. Jul. 915) mortuo — et *Abu Mohammed Casim Ben Ali Hariri*, anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. — 5430. Diwan

رسمى تركى وهو معاصر لاحمد پاشا الشاعر وله فى الزبدة ثلثة ابيات ٥٤٣١ ديوان الرشيد احمد بن على القاضى القاسى المتوفى سنة ٥٦٣ قال ولاخيه القاضى المهذّب ابى محمد الحسن ديوان شعر ايضا وكانا مجيدين فى نظمهما ونثرهما ٥٤٣٢ ديوان رضائى تركى وهو عبد الكريم المعروف بقصاب زاده توفى سنة ٩٨٥ وله فى الزبدة ستة ابيات ٥٤٣٣ ديوان رضائى تركى وهو المولى على بن محمد بن اخت المولى يحيى شيخ الاسلام المتوفى سنة ١٠٣٩ وله فى الزبدة مائة واحد واربعون بيتًا ٥٤٣٤ ديوان رفيقى تركى وهو المتولى فى بلدة ادرنه المتوفى سنة ٩٣٩ وله فى الزبدة خمسة ابيات ٥٤٣٥ ديوان ركن صائن الهروى فارسى توفى سنة ٧٢٨ ٥٤٣٦ ديوان رمزى تركى وهو القاضى المتوفى سنة ٩٥٦ وله فى الزبدة ستة ابيات ٥٤٣٧ ديوان روانى تركى توفى سنة ٩٣٠ وله فى الزبدة احد وثلثون بيتًا ٥٤٣٨ ديوان روحى تركى بغدادى توفى سنة ١٠١٤ وله فى الزبدة ستة عشر بيتًا ٥٤٣٩ ديوان رؤبة بن العجاج

Resmi, Diwanus turcicus *Resmii*, qui aequalis poëtae *Ahmedpáshá* fuit et tres in *El-Zubdet* habet versus. — 5431. Diwán El-Reshid, Diwanus *Reshidi Ahmed Ben Ali El-Cádhi El-Cálisi*, anno 563 (inc. 17. Oct. 1167) mortui. *Ibn Khallikán* ejus fratrem quoque Judicem *Mohadzdzib ed-dín Abu Mohammed El-Hasan* Diwanum poëticum edidisse dicit et utrumque non minus bene in ligata oratione quam in prosa versatum fuisse. — 5432. Diwán Ridháyi, Diwanus turcicus *Abd-el-kerími Ridháyi*, vulgo *Cassábzádeh* dicti et anno 985 (inc. 21. Mart. 1577) mortui, ex cujus versibus sex in *El-Zubdet* leguntur. — 5433. Diwán Ridháyi, Diwanus turcicus Mollae *Ali Ben Mohammed*, vulgo *Ridháyi* dicti, qui filius sororis Mollae *Yahya Sheikh el-islám* fuit et anno 1039 (inc. 11. Aug. 1629) mortuus est. Centum quadraginta unum versum in *El-Zubdet* habet. — 5434. Diwán Reficki, Diwanus turcicus *Refickii*, qui administrator Mesquitae Adrianopolitanae fuit et anno 939 (inc. 3. Aug. 1532) obiit. Quinque ejus versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5435. Diwán Rokn Säïn, Diwanus persicus *Rokni Säïn Herewi*, anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortui. — 5436. Diwán Remzi, Diwanus turcicus Judicis *Remzi*, anno 956 (inc. 11. Febr. 1549) mortui, ex quo sex versus in *El-Zubdet* inveniuntur. — 5437. Diwán Rewáni, Diwanus turcicus *Rewánii*, anno 930 (inc. 10. Nov. 1523) mortui, qui triginta unum versum in *El-Zubdet* habet. — 5438. Diwán Rúhi, Diwanus turcicus *Ruhii Baghdádi*, anno 1014 (inc. 9. Mai. 1605) mortui. Vide sedecim ejus versus in *El-Zubdet*. — 5439. Diwan Ruba, Diwanus *Rubae Ben-elajjáj Basri*,

البصرى المتوفى سنة ١٤٥ قال هو وابوه راجزان مشهوران كلّ منهما له ديوان رجز ليس فيه سوى الاراجيز ٥١١٠ ديوان رياضى تركى وهو المولى محمد بن مصطفى الاصم كان الآن حيًّ وديوانه مشهور معتبر وله فى الزبدة سبعة وتسعون بيتا ٥١١١ ديوان زفر بن اس وزفر بن حيان ٥١١٢ ديوان الزمخشرى جار الله العلامة ابى القاسم محمود بن عمر الخوارزمى المتوفى سنة ٥٣٨ اوله ابتدآء بحمد الله تعالى على هدايته لاقوم السبيل الخ ذكر فيه الشريف ابا الحسن على بن حمزة بن وهّاس امير مكة وله ديوان رسائل ٥١١٣ ديوان زهير بن ابى سلمى المزنى المتوفى سنة وشرحه ٥١١٤ ديوان زهير بن جعدة ٥١١٥ ديوان زهير بن محمد ابن على الصدر الكبير بهآء الدين الكاتب اوله الحمد لله الذى خلق الانسان وعلّمه البيان الخ ٥١١٦ ديوان زياد الاعجم ابى امامة العبدى المعمر المتوفى سنة ١٠١ لقّب به لعجمة فى لسانه ٥١١٧ ديوان زينب تركى وهى شاعرة رتّبت ديوانها باسم السلطان محمد خان

anno 145 (inc. 1. Apr. 762) mortui. *Ibn Khallikân* eum et patrem clarissimos fuisse dicit poëtas versus metro *Rejez* fundentes. Uterque Diwanum edidit solis illius generis carminibus repletum. — 5110. **Diwán Riyadhi**, Diwanus turcicus Mollae *Mohammed Ben Mustafa El-Asamm*, vulgo *Riyádhi* dicti, qui tempore *Haji Khalfae* vixit et Diwanum notissimum et magni aestimatum edidit, ex quo nonaginta septem versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5111. **Diwán Zofar**, Diwanus *Zofari Ben As* et *Zofari Ben Hayyán*. — 5112. **Diwan El-Zamakhsheri**, Diwanus doctissimi *Járallah Abu'lkásim Mahmúd Ben Omar Khowarezmi*, vulgo *Zamakhsheri* dicti et anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortui. Incipit ita: Initium a laude Dei Excelsi pro ejus ductu ad viam rectissimam etc., et ibi *El-Sherif Abu'lhasan Ali Ben Hamza Ben Wehhás* Mekkae Emirum laudat. Idem Diwanum epistolarum edidit. — 5113. **Diwan Zoheir**, Diwanus *Zoheiri Ben Abi Solma Mozeni* anno … mortui, ejusque commentarius. — 5114. **Diwan Zoheir**, Diwanus *Zoheiri Ben Ja'da*. — 5115. **Diwan Zoheir**, Diwanus *Behá-ed-dini Zoheir Ben Mohammed Ben Ali El-Sadr El-Kebir* Scribae, qui ita incipit: Laus Deo, qui hominem creavit eumque eloqui docuit etc. — 5116. **Diwan Ziyad El-Ajem**, Diwanus *Abu Imámae Abdi Ma'mar*, vulgo *Ziyád El-Ajem* dicti et anno 101 (inc. 24. Jul. 719) mortui. Cognominabatur *El-Ajem* „barbarus," quod ejus lingua impedita fuit. — 5117. **Diwan Zeineb**, Diwanus turcicus poëtriae *Zeineb*, quae Diwanum jussu

وهي على قول لطيفي من بلدة قسطموني وقال المولى عاشق هي بنت القاضي من القضاة المتمكنين بامسية من بلاد الروم والله تعالى اعلم وشعرها مقبول مسلم بين الشعرآء وليس لها شيء من اشعارها في الزبدة ٥٤٤٨ ديوان ساعدة بن حوية الهذلي [مخضرم ادرك الجاهلية والاسلام] ٥٤٤٩ ديوان ساعدة بن العجلان ٥٤٥٠ ديوان ساعي تركي هو مصطفى النقاش المتوفى سنة ١٠٠٤ وله في الزبدة ثلثة وثلثون بيتا ٥٤٥١ ديوان سامي بيك تركي وله في الزبدة مائة بيت واحد عشر بيتا ٥٤٥٢ ديوان سائلي فارسي اوله بسم الله الرحمن الرحيم عصا موسى سر دست كليم ' ذكر في اوله اسم السلطان سليمان بن سليم وهو من شعرآء الروم وله تأريخ فارسي منظوم لآل عثمان ٥٤٥٣ ديوان سبزي تركي كان ممن اشتهر بقسطنطينية واشعاره كثيرة رتب بعضها منها وجعله ديوانا ٥٤٥٤ ديوان سهابي الرومي بالحاء المهملة المتوفى سنة ٩٧٠ وقال في الزبدة انه همداني ذكر له بيتا دون ديوانه ٥٤٥٥ ديوان سحيم بن

Sultani *Mohammed Khán* digessit. Teste *Latifi* in urbe Castamuni nata est, et Molla *Ashic* eam, salva meliore Dei scientia, filiam judicis alicujus appellat in urbe Rumaea Amasia sedem habentis. Ejus carmina grata sunt et inter poëtas approbata, nec tamen ullus versus ex carminibus in *El-Zubdet* receptus est. — 5448. Diwán Säïda, Diwanus *Säïdae Ben Howeyya Hodzeli*, [qui tempore ignorantiae et Islami floruit]. — 5449. Diwán Säïda, Diwanus *Säïdae Ben-elajlán*. — 5450. Diwan Sái, Diwanus turcicus *Mustafae El-Naccásh* i. e. pictor, vulgo *Sái* dicti et anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) mortui, qui triginta tres versus in *El-Zubdet* habet. — 5451. Diwán Sámibeg, Diwanus turcicus *Sámibegi*, e cujus versibus centum et undecim in *El-Zubdet* recepti sunt. — 5452. Diwán Sáili, Diwanus persicus *Sáilii*, qui ita incipit: Formula „Nomine Dei Misericordis Miseratoris“ baculus est manus extremae Mosis etc., et in fronte libri nomen Sultani *Soleimán Ben Selím* posuit. Fuit ex poëtis Rumeliae, qui praeterea historiam metricam in honorem dynastiae ottomanicae edidit. — 5453. Diwan Sebzi, Diwanus turcicus *Sebzii*, qui inter Constantinopolitanos inclaruit. Multa composuit poëmata, quorum partem ordinavit et in Diwanum congessit. — 5454. Diwán Sehábi Rumi, Diwanus *Sehábii* Rumeliotae, anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortui. Auctor anthologiae *Zubdet* eum Hemdanensem fuisse dicit et unum ejus versuum laudat, qui in Diwano non legitur. — 5455. Diwan Soheim, Diwanus *Soheimi Ben-elhashhás* [*Ben*

المخضرمين [ابن هند زنجي اسود فصيح مخضرم المتوفى في حدود الاربعين] ٥٤٥٦ ديوان السخاوي على بن اسمعيل [اليمني شرف الدين] المتوفى سنة ٦٣٢ ٥٤٥٧ ديوان سراج الدين عمر بن محمد الورّاق المصري المتوفى سنة ٩٩٥ في نحو ثلثين مجلّدًا ٥٤٥٨ ديوان سروري شرقي وله في الزبدة بيت تركي ٥٤٥٩ ديوان سروري تركي وهو المولى مصطفى بن شعبان المتوفى سنة ٩٦٩ وله ثلث دواوين اول وثاني وثالث وله في الزبدة ثلثة ابيات ٥٤٦٠ ديوان سري بن احمد [ابن السري] هو ابو الحسن الرفّاء الكندي الموصلي المتوفى في حدود سنة ٣٦٠ وقد عمل شعره قبل وفاته نحو ثلثمائة ورقة ثمّ زاده بعد ذلك وقد عمله بعض المحدّثين [الادباء] على حروف المعجم ٥٤٦١ ديوان سعدي [هو سعد الله بن مصطفى] مصاحب سلطان جم وله في الزبدة اربعة ابيات ٥٤٦٢ ديوان سعدي فارسي وهو الشيخ شرف الدين بن مصلح الدين الشهيد الشيرازي المتوفى سنة ٦٩١ ترجمه على بن احمد المستوفي على الحروف وهو مشتمل على الطيّبات والخواتيم والبدائع والغزليات القديمة وذلك في رجب سنة ٧٣٤

*Hind Zinji*, qui colore niger et lingua disertus fuit. Floruit aetate ignorantiae et Islami et circa annum 40 (inc. 17. Mai. 660) obiit]. — 5456. **Diwán Sekháwi**, Diwanus [*Sheref-ed-dini*] *Ali Ben Ismail* [*Yemeni*, vulgo *Sekháwi* dicti et anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) mortui. — 5457. **Diwán Siraj-ed-din**, Diwanus *Siráj-ed-díni Omar Ben Mohammed El-Werrác Misri*, anno 995 (inc. 2. Dec. 1586) mortui. Triginta circiter volumina. — 5458. **Diwán Soruri**, Diwanus turcicus *Sorúrii Shercki*, qui in *El-Zubdet* versum habet. — 5459. **Diwán Sorúri**, Diwanus turcicus Mollae *Mustafa Ben Sha'bán*, vulgo *Sorúri* dicti et anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortui. Tres edidit Diwanos, Primus, Secundus et Tertius dictos, et tres habet versus in *El-Zubdet*. — 5460. **Diwán Seri**, Diwanus *Abu'lhasani Seri Ben Ahmed* [*Ben-elseri*] *El-Reffá Kindi Mausili*, circa annum 360 (inc. 5. Nov. 970) mortui. *Ibn Khallikán*: Jam ante mortem, inquit, in trecentis fere foliis poëmata congessit. Deinde aucta sunt et recentiorum [philologorum] quidam ea ad ordinem alphabeticum composuit. — 5461. **Diwan Sa'di**, Diwanus [*Sa'dallae Ben Mustafa*] *Sa'di*, qui societati Sultani *Jem* addictus fuit et quatuor versus in *El-Zubdet* habet. — 5462. **Diwan Sa'di**, Diwanus persicus Sheikhi *Sheref-ed-dín Ben Moslih-ed-dín Shirázi* Martyris, vulgo *Sa'di* dicti et anno 691 (inc. 21. Dec. 1291) mortui. *Ali Ben Ahmed Mostaufi* eum alphabetice vertit, et haec interpretatio poëmata faceta, epilogos, dicta ornatiora et carmina amatoria antiqua continet. Factum hoc est mense Rejeb anni 734 (inc. 12. Sept. 1333). —

٥٤٦٣ ديوان سعيد فارسى هروى [الوزير لاولاد جنكيز خان] ٥٤٦٤ ديوان ساعى تركى وهو رمضان التيروى [المشهور بممك زاده القاضى المقتول على يد عبيده] سنة ستين وتسعمائة ٥٤٦٥ ديوان سلامى هو ابو الحسن محمد بن عبيد الله المخزومى المتوفى سنة ٣٩٣ قال خ اكثر شعره نخب وغرر ٥٤٦٦ ديوان السلطان مراد بن سليم خان العثمانى تركى المتوفى سنة ٥٤٦٧ ديوان سليمان الايوبى تركى مات فى زمن السلطان سليمان وله فى الزبدة ثمانية ابيات ٥٤٦٨ ديوان سلمان فارسى ٥٤٦٩ ديوان سليقى تركى وهو المولى شعبان من بلدة اسپارته توفى سنة وله فى الزبدة اربعة ابيات ولم يذكر له ديوان ٥٤٧٠ ديوان سليمى فارسى وهو السلطان سليم بن سليمان خان العثمانى [المتوفى سنة ٩٨٢] ٥٤٧١ ديوان السموأل بن عاديا [الغسانى اليهودى] ٥٤٧٢ ديوان سهم بن مرة ٥٤٧٣ ديوان سهى تركى وهو من بلدة ادرنه وتلميذ نجاتى المتوفى سنة ٩٥٥ وله فى الزبدة بيتان ولم يذكر له ديوان ٥٤٧٤ ديوان

5463. Diwán Saíd, Diwanus persicus *Saídi Herewi*, [qui in aula successorum *Jingíz Kháni* Weziri locum tenuit]. — 5464. Diwán Sayi, Diwanus turcicus *Ramadháni Tirewi Sayi* Judicis, [vulgo *Memekzádeh* dicti et] anno 960 (inc. 18. Dec. 1552) [a suis servis interfecti]. — 5465. Diwán Selámi, Diwanus *Abu'lhasani Mohammed Ben Obeidallah Makhzúmi*, vulgo *Selámi* dicti et anno 393 (inc. 10. Nov. 1002) mortui. *Ibn Khallikán* maximam carminum partem delectam et splendidam appellat. — 5466. Diwan Sultán Murád, Diwanus turcicus Sultani *Murád Ben Selím Khán Othmáni*, anno ... mortui. — 5467. Diwán Soleimán, Diwanus turcicus *Soleimáni Eyyubi*dae, qui tempore Sultani *Soleimán* mortuus est et octo versus in *El-Zubdet* habet. — 5468. Diwán Selmán, Diwanus persicus *Selmáni*. — 5469. Diwán Selicki, Diwanus turcicus Mollae *Sha'bán Selicki*, ex urbe Sparta oriundi et anno ... mortui. Auctor anthologiae *Zubdet* quatuor versus recepit, nullum tamen Diwanum ei tribuit. — 5470. Diwan Selimi, Diwanus persicus Sultani *Selím Ben Soleimán Khán Othmáni*, vulgo *Selimi* dicti [et anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortui]. — 5471. Diwán El-Semaual Ben Adiyá, Diwanus *Semauali Ben Adiyá* [*Ghassáni* Judaei]. — 5472. Diwán Sahm, Diwanus *Sahmi Ben Morra*. — 5473. Diwán Sehi, Diwanus turcicus *Sehíi* Adrianopolitani, qui discipulus *Nejátíi* fuit et anno 955 (inc. 11. Febr. 1548) obiit. Duos habet in *El-Zubdet* versus, eum autem Diwanum edidisse ibi non legitur. — 5474. Diwan

سهيل بن همدم كتخدا وله في الزبدة بيتان ٥٤٧٥ ديوان سيفي فارسي ٥٤٧٦ ديوان سيوطي جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ وله ديوان خطب ٥٤٧٧ ديوان الشاب الظريف محمد بن العفيف ٥٤٧٨ ديوان شابور من المتأخرين من شعراء العجم فارسي مشتمل على قصائد وغزليات ومقطعات ٥٤٧٩ ديوان شاني فارسي ٥٤٨٠ ديوان شاهي فارسي اوله اي نفس بسته نام خطب دسته پروين الخ وعدد ابياته الف وشرحه المولى شمعي بالتركي وهو امير شاهي الموسوم بآق ملك [ابن الملك جمال الدين فيروزكوهي] السبزواري المتوفى في حدود سنة ٨٥٧ ذكر خواندامير انه انتخب من اثني عشر الف بيت بلا جرم صار مطبوع جميع الافاضل ٥٤٨١ ديوان شرف الدين اسمعيل بن ابي بكر [ابن عبد الله الشرجي] اليمني المتوفى سنة ٨٣٧ وهو صاحب عنوان الشرف ٥٤٨٢ ديوان شرف الدين عبد العزيز بن عبد الغني المتوفى سنة ٥٤٨٣ ديوان الشريف الرضي هو ابو الحسن محمد بن حسين الموسوي المتوفى سنة ٤٠٦ قال وديوان شعره كبير يدخل في اربع

Soheil, Diwanus *Soheili Ben Hemdem Ketkhuda*, e cujus versibus duo in *El-Zubdet* recepti sunt. — 5475. Diwán Seifi, Diwanus persicus *Seifi*i. — 5476. Diwán Soyúti, Diwanus *Jelál-ed-dini Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortui. Idem Diwanum sermonum edidit. — 5477. Diwán El-Shább El-Tzarif, Diwanus *Mohammedis Ben-elafif*, *El-Shább El-Tzarif* i. e. juvenis tener dicti. — 5478. Diwán Shábúr, Diwanus persicus *Shábur*i, qui e recentioribus Persarum poëtis est. Continet Diwanus *Casídas*, carmina amatoria et breviora. — 5479. Diwán Sháni, Diwanus persicus *Sháni*i. — 5480. Diwán Sháhi, Diwanus persicus Emiri [*Jemál-ed-dín Firúzkúhi*] *Sebzewári Sháhi*, *Ac Melik* [*Ben-elmelik*] cognominati et circa annum 857 (inc. 12. Jan. 1453) mortui, qui ita incipit: O Tu, qui nomen orationum sacrarum nomine Plejadum adstrinxisti etc. Molla *Shem'i* turcicum ejus commentarium edidit, et *Khond-emir* narrat, illum e duodecim versuum millibus Diwanum selegisse, qui sine dubio omnibus viris de literis bene meritis gratus et acceptus est. — 5481. Diwán Sheref-ed-dín, Diwanus *Sheref-ed-dín*i *Ismaíl Ben Abi Bekr* [*Ben Abdallah Sherhi*] *Yemeni*, anno 837 (inc. 18. Aug. 1433) mortui. Idem auctor est libri *Onwán el-sheref*. — 5482. Diwán Sheref-ed-dín, Diwanus *Sheref-ed-dín*i *Abd-el-azíz Ben Abd-el-ghani*, anno … mortui. — 5483. Diwán El-Sherif El-Redhi, Diwanus *Abu'lhasan*i *Mohammed Ben Hosein Musewi*, vulgo *El-Sherif El-Redhi* dicti et anno 406 (inc. 21. Jun. 1015) mortui. *Ibn Khallikán* ejus Diwanum magnum appellat quatuor

مجلّدات كثير الوجود ومختاره المسمّى بانشراح الصدر لبعض الادباء ٥٤٨٤ ديوان الشريف المرتضى هو ابو القاسم على بن حسين الموسوى اخو الشريف الرضى المذكور المتوفى سنة ٤٣٦ وهو صاحب الدرر قال وله تصانيف على مذهب الشيعة وديوان شعره كبير واذا وصف الطيف اجاد فيه وقد استعمله فى كثير من المواضع [قلت قال ابن شهبة فى تاريخه تاريخ الاسلام قال الذهبى وللشريف المرتضى مصنّفات هجية على مذهب الشيعة وهو اخو الشريف الرضى وكلّ منهما رافضى وفى تصانيف المرتضى سبّ الصحابة وتكفيرهم وقد سرد ابن الجوزى من كلام المرتضى شيئًا قبيحًا فى تكفير عمر وعثمان وعايشة وحفصة رضى الله عنهم] ٥٤٨٥ ديوان شكرى نوائى وشعره تركى وله فى الزبدة بيتان ٥٤٨٦ ديوان الشماخ ٥٤٨٧ ديوان شمعى [وهو غير شارح المثنوى] تركى توفى سنة ٩٣٦ وله فى الزبدة خمسة عشر بيتًا ٥٤٨٨ ديوان شمسى پاشا المتوفى سنة ٩٨٨ وله فى الزبدة ثلثة ابيات ٥٤٨٩ ديوان الششترينى هو ابو

voluminibus comprehensum, qui multum in hominum manibus inveniatur. Meliorem ejus partem philologus quidam in epitome *Inshiráh el-sadr* inscripta edidit. — 5484. Diwán El-Sherîf El-Murtedha, Diwanus *Abu'lcásimi Ali Ben Hosein Musewi*, vulgo *El-Sherîf El-Murtedha* dicti, qui frater *Sherîf*i *El-Redhi* modo laudati fuit et anno 436 (inc. 29. Jul. 1044) obiit. Idem opus *Dorer el-ghorer* edidit, et *Ibn Khallikán* eum plura opera scripsisse dicit ad regulam Shiitarum. Ejus Diwanum magnum esse et quando phantasmata describat egregium, quod multis locis fecerit. [Adjicio haec (sunt verba *Arabadschibashae*): *Ibn Shohbeh* in Historia sua, qua opus *Taríkh el-islám* a *Dzehebi* editum continuatur, ex auctoritate ejusdem *Dzehebi*: *El-Sherîf El-Murtedha*, inquit, plura opera satyrica edidit disciplinae Shiitarum accommodata, et frater est *Sherîf*i *El-Redhi*. Uterque *Rafidhi*ta fuit, et *Murtedha* in scriptis suis *Mohammed*is socios perstringit et impietatis accusat. Interdum *Ibn-eljauzi* nonnulla narrando prosecutus est, quae *Murtedha* maligne ad *Omar*, *Othmán*, *Aïsha* et *Haftza*, quibus Deus propitius sit, conviciis consectandos protulerat]. — 5485. Diwán Shukri, Diwanus turcicus *Shukri*i *Newáyi*, qui duos versus in *El-Zubdet* habet. — 5486. Diwán El-Shemmákh, Diwanus *Shemmákh*i. — 5487. Diwán Shem'i, Diwanus turcicus *Shem'i*i anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) mortui, [qui minime cum interprete carminis *Methnewi* confundendus est et] in *El-Zubdet* quindecim versus habet. — 5488. Diwán Shemsi Pásha, Diwanus turcicus *Shemsi Páshae*, anno 988 (inc. 17. Febr. 1580) mortui, e cujus versibus tres in *El-Zubdet* recepti sunt. — 5489. Diwán El-Shenterini,

محمد عبد الله بن محمد المعروف بابن صارة المتوفى سنة ٥١٧ خل وديوانه جيد ٥١٩٠ ديوان الشنفرى [عمرو بن براق الازدى من شعرآء الجاهلية] ٥١٩١ ديوان الشوآء ابى المحاسن يوسف وهو ابن اسمعيل الكوفي الحلبي المتوفى سنة ٦٣٥ خل وديوانه كبير يدخل في اربع مجلدات ٥١٩٢ ديوان شوقى ادرنوى تركى وله فى الزبدة اثنان وعشرون بيتا ٥١٩٣ ديوان الشهاب الشاغورى وهو فتيان بن على الاسدى المتوفى سنة ٦١٥ قال ابن خلكان وديوانه مقاطيع حسان واشعره رائقة ومعانيه مبتكرة ٥١٩٤ ديوان الشهاب الفزارى وهو احمد بن عبد الملك المتوفى سنة ٧١٠ ٥١٩٥ ديوان شهدى فارسى وابياته اربعة الاف [قلت ولعل هذا تواريخ آل عثمان قال المولى عاشق في تذكرته ان الشهدى نظم باسم السلطان محمد تواريخ آل عثمان فى بحر الشاهنامه فلما بلغ نظمه الى اربعة الاف بيت انتقل الى رحمة الله انتهى] ٥١٩٦ ديوان الشيخ محيى الدين ابن عربى اوله اسمى وبسم الله نفسى قسمت الخ

Diwanus *Abu Mohammed*is *Abdallah Ben Mohammed Shenterini*, vulgo *Ibn Sáreh* dicti et anno 517 (inc. 1 Mart. 1123) mortui. *Ibn Khallikán* Diwanum egregium appellat. — 5190. Diwan Shenferi, Diwanus poëtae *Shenferi* [*Amru Ben Berrac Azdi*, qui tempore ignorantiae vixit]. — 5191. Diwan El-Shewwá, Diwanus *Abu'lmehásin*i *Yusuf Ben Ismail Kufi Halebi*, vulgo *El-Shewwá* dicti et anno 635 (inc. 24. Aug. 1237) mortui. *Ibn Khallikán* hunc Diwanum magnum esse dicit et quatuor voluminibus comprehendi. — 5192. Diwan Shauki, Diwanus turcicus *Shauki*i Adrianopolitani, qui viginti duos versus in *El-Zubdet* habet. — 5193. Diwan El-Shehab, Diwanus *Shehâb-ed-dín*i *Fotyán Ben Ali Asedi Shághuri*, anno 615 (inc. 30. Mart. 1218) mortui. *Ibn Khallikán* hunc Diwanum pulchra carmina *Mecáti'* dicta continere dicit. Poësis ejus multum placet et sententiarum novarum ferax est. — 5194. Diwan El-Shehab, Diwanus *Shehâb-ed-dín*i *Ahmed Ben Abd-el-melik Fezári*, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortui. — 5195. Diwan Shehdi, Diwanus persicus *Shehdi*i, qui quatuor millia versuum continet. [Fortasse, ut quidem ego opinor, haec historia est gentis Othmanicae: Molla *Ashic* enim in *Tedzkiret* dicit, *Shehdi* nomine Sultani *Mohammed* historias dynastiae Othmanicae ad metrum in *Sháh-námeh* usitatum composuisse: cum autem carmen ad numerum quatuor millium versuum pervenisset, in misericordiam Dei beate receptus est]. — 5196. Diwan El-Sheikh, Diwanus Sheikhi *Mohyi-ed-dín Ibn Arabi*, qui ita incipit: Nomen meum et nomine Dei anima mea dividit etc. Volumen. — Idem

مجلّد وله قصيدة طويلة موسومة بالحج الاكبر لنصف ديوانه ٥٤٩٧ ديوان شيخى افندى ابن السيد برهان الدين المعروف بالعلامة النقيب المتوفى سنة ١٠٤٤ وله فى الزبدة اثنان وعشرون بيتًا ٥٤٩٨ ديوان شيخى تركى الكرميانى من شعرآء السلطان مراد الثانى وله فى الزبدة خمسة ابيات ٥٤٩٩ ديوان صابرى تركى توفى سنة الف وله فى الزبدة خمسة ابيات ٥٥٠٠ ديوان الصاحب هو ابو القاسم اسمعيل بن عباد الوزير الطالقانى المتوفى سنة ٣٨٥ ٥٥٠١ ديوان صادق تركى من بلدة ادرنه قال فى الزبدة رأيت له سبعة دواوين مشتملة على اشعار كثيرة وجملة ما انتخبه فيه احد عشر بيتًا ٥٥٠٢ ديوان صفى المتوفى سنة ٩٦٧ وله فى الزبدة خمسة ابيات ٥٥٠٣ ديوان صفى تركى وهو قسم پاشا الجزرى وله فى الزبدة اربعة ابيات ٥٥٠٤ ديوان صفى تركى وهو القاضى احمد بن قرجه احمد البرغموى المتوفى سنة ١٠٠٦ وله فى الزبدة بيت واحد ٥٥٠٥ ديوان صالح بن جلال تركى توفى سنة ٩٧٣ وله

*Casidam* longam *El-Hajj El-Akbar* inscriptam edidit, quae dimidiam partem Diwani explet. — 5497. Diwán Sheikhi, Diwanus *Sheikhi*i *Efendi Ibn-elseyyid Borhán-ed-dín*, vulgo *El-Allámet El-Nackíb* dicti et anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634) mortui, e cujus versibus viginti duo in *El-Zubdet* leguntur. — 5498. Diwán Sheikhi, Diwanus turcicus *Sheikhi*i *Kermiyáni*, qui inter poëtas Sultani *Murád* II. fuit et quinque versus in *El-Zubdet* habet. — 5499. Diwán Sábiri, Diwanus turcicus *Sábiri*i, anno 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortui. Vide quinque ejus versus in *El-Zubdet*. — 5500. Diwán El-Sahib, Diwanus *Abu'lcásim*i *Ismaíl Ben Abbád Talecáni* Weziri, honorifice *El-Sáhib* cognominati et anno 385 (inc. 5. Febr. 995) mortui. — 5501. Diwan Sadic, Diwanus turcicus *Sádick*i Adrianopolitani. Auctor operis *Zubdet* dicit: Vidi septem Diwanos ab eo compositos, qui multa carmina comprehendunt, et summa versuum, quos in *El-Zubdet* recepit, undecim versus non excedit. — 5502. Diwán Sáfi, Diwanus turcicus *Sáfi*i, anno 967 (inc. 3. Oct. 1559) mortui, qui quinque versus in *El-Zubdet* habet. — 5503. Diwan Sáfi, Diwanus turcicus *Cásim Páshae Jezeri*, vulgo *Sáfi* dicti, e cujus versibus quatuor in *El-Zubdet* leguntur. — 5504. Diwan Safi, Diwanus turcicus Judicis *Ahmed Ben Curaja Ahmed El-Berghamewi*, vulgo *Sáfi* dicti et anno 1006 (inc. 4. Aug. 1597) mortui, qui unum versum in *El-Zubdet* habet. — 5505. Diwán Sálih, Diwanus turcicus *Sálih*i *Ben Jelál*, anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortui.

في الزبدة خمسة ابيات ٥٥٠٦ ديوان صائب فارسي |الملقب بمستعد خان التبريزي| من رجال هذا العصر |توفي سنة ١٠٨٧| وهو من الدواوين المعتبرة اوله يا رب از عرفان مرا پيمانهٔ سرشار ده الخ وهو مشتمل على غزليات مرتبة على الحروف ثم مفردات ومقطعات على الحروف ايضا وله فيه من القصائد شيء ٥٥٠٧ ديوان الصبابة لابن ابي حجلة احمد بن يحيى التلمساني |الحنفي| المتوفى سنة ٧٧٦ ٥٥٠٨ ديوان صبايي تركي وهو من بلدة ادرنه في عصر الدولة البايزيدية السنية ٥٥٠٩ ديوان صبري وهو شريف المعروف بعلمي زاده وله في الزبدة خمسة واربعون بيتا ٥٥١٠ ديوان صبوحي المعروف بعبدي الشريف |القرماني| وله في الزبدة بيتان ٥٥١١ ديوان صخر الغي وصخر بن الجعد ٥٥١٢ ديوان صدري تركي وهو حسين الاشتبي المتوفى سنة ٩٩٣ ٥٥١٣ ديوان صردر هو ابو منصور علي بن الحسن الكاتب المتوفى سنة ٤٦٥ قال وديوانه صغير وعلى شعره طلاوة رائقة وبهجة فائقة ٥٥١٤ ديوان الصرصري للشيخ جمال الدين

Quinque ejus versus vide in *El-Zubdet*. — 5506. **Diwân Sâïb**, Diwanus persicus *Sâïbi* [*Tebrîzi*, honorifice *Mustaidd Khân* cognominati], qui inter viros hujus aetatis floruit [et anno 1087 (inc. 6. Mart. 1676) mortuus est]. Diwanus magna auctoritate gaudet et incipit ita: O Domine, dona mihi poculum cognitionis plenum etc., et carmina amatoria continet alphabetice disposita, porro carmina singula et breviora *Macattaât* dicta et alphabetice ordinata, et *Casîda*s quoque varias. — 5507. **Diwân El-Sabâbet**, Diwanus desiderii tenerrimi, auctore *Ibn Abi Hejla Ahmed Ben Yahya Tilimsâni* [Hanefita], anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 5508. **Diwân Sabâyi**, Diwanus turcicus *Sabâyi*i Adrianopolitani, qui tempore Sultani *Bâyezîd* II. floruit. — 5509. **Diwân Sabri**, Diwanus *Sherîf*i *Sabri*, vulgo *Ilmizâdeh* dicti, qui quadraginta quinque versus in *El-Zubdet* habet. — 5510. **Diwan Sobûhi**, Diwanus *Sobûhi*i [*Caramani*], vulgo *Abdi El-Tzarîf* dicti, ex quo duo versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5511. **Diwan Sakhr Alefi**, Diwanus *Sakhri Alefi* et *Sakhri Ben-elja'd*. — 5512. **Diwan Sadri**, Diwanus turcicus *Hoseini Ishtibi*, vulgo *Sadri* dicti et anno 993 (inc. 24. Dec. 1585) mortui. — 5513. **Diwan Sarrderr**, Diwanus *Abu Mansûri Ali Ben-elhasan* Scribae, vulgo *Sarrderr* dicti et anno 465 (inc. 17. Sept. 1072) mortui. *Ibn Khallikân* Diwanum parvum appellat, et supra ejus poësi venustatem gratam et pulchritudinem praecipuam effusam esse dicit. — 5514. **Diwan El-Sarsari**, Diwanus Sheikhi *Jemâl-ed-dîn Abu Zakariya*

ابى زكريا يحيى [بن يوسف] الصرصرى [الضرير] الحنبلى [المتوفى سنة ٦٥٦] فى الزهد ومدح النبى صلعم ٥٥١٥ ديوان صفائى السينوبى توفى فى اوآئل دور السلطان سليم القديم وله فى الزبدة بيتان ٥٥١٦ ديوان الصفى الحلى [عبد العزيز بن سرايا بن على المتوفى سنة ٧٥٩ وهو] على اثنى عشر بابًا مشتمل على ثلثين فصلًا ٥٥١٧ ديوان صلاح الدين هو ابو العباس احمد بن عبد السيد الاربلى المتوفى سنة ٦٣١ قال وله ديوان [شعر] دوبيت ٥٥١٨ ديوان الصمد بن عبد الله ٥٥١٩ ديوان صنعى تركى وهو محمد المتوطن بكليبولى قال المولى اميرى تتبعت ديوانه ولم ار بيتًا خاليًا عن التصنع والخيال توفى سنة ٩٤١ وله فى الزبدة اربعة واربعون بيتًا ٥٥٢٠ ديوان الصورى هو ابو محمد عبد المحسن بن محمد المعروف بابن غلبون المتوفى سنة ٤١٩ قال احسن فى ديوانه كل الاحسان ٥٥٢١ ديوان الصولى هو ابراهيم ابن العباس المتوفى سنة ٢٤٣ قال وكل من ديوانه نخب وهو صغير ٥٥٢٢ ديوان الصيرفى

---

*Yahya* [*Ben Yusuf* coeci] Hanbalitae, vulgo *Sarsari* dicti [et anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortui]. Tractat prophetae *Mohammed* abstinentiam et laudem. — 5515. Diwán Safáyi, Diwanus *Safáyi Sinubi*, qui initio temporis Sultani *Selim* I. floruit et in *El-Zubdet* duos versus habet. — 5516. Diwán El-Safi, Diwanus *Safii Hilli* [*Abd-el-azíz Ben Seráyá Ben Ali*, anno 759 (inc. 14. Dec. 1357) mortui]. In duodecim capita distributus est et triginta continet sectiones. — 5517. Diwán Saláh-ed-dín, Diwanus *Abu'labbási Ahmed Ben Abd-el-seyyid Irbili*, vulgo *Saláh-ed-dín* dicti et anno 631 (inc. 7. Oct. 1233) mortui. Idem teste *Ibn Khallikán* Diwanum carminibus duorum versuum plenum composuit. — 5518. Diwán El-Samed, Diwanus *Samedi Ben Abdallah.* — 5519. Diwán San'i, Diwanus turcicus *Mohammedis San'i* Galipoli habitantis et anno 941 (inc. 13. Jul. 1534) mortui. Molla *Emíri*: Diwanum hunc, ait, totum perlegi, nec ullum ibi inveni versum, qui non artificiose compositus et cogitatione fictus sit. Vide quadraginta ejus versus in *El-Zubdet.* — 5520. Diwán El-Suri, Diwanus *Abu Mohammedis Abd-el-mohsin Ben Mohammed Suri*, vulgo *Ibn Ghalbún* dicti et anno 419 (inc. 31. Jan. 1028) mortui. *Ibn Khallikán*: Omni ratione, inquit, egregie in hoc Diwano versatus est. — 5521. Diwán El-Sauli, Diwanus *Ibrahimi Ben-elabbás*, vulgo *Sauli* dicti et anno 213 (inc. 30. Apr. 857) mortui. *Ibn Khallikán* totum Diwanum delecta tantum carmina continere dicit et parvum esse. — 5522. Diwan El-Seirefi,

فارسي ٥٥٢٣ ديوان ضميري فارسي ٥٥٢٤ ديوان ضيائي تركي لحسن الموستاري المتوفي سنة ٩٩٢ وله في الزبدة بيتان ٥٥٢٥ ديوان طالب |جابر تلميذ الشيخ الآذري المتوفي بشيراز سنة ٨٥٤| فارسي له اعتبار واشتهار ٥٥٢٦ ديوان طالعي تركي توفي في زمن السلطان سليم القديم وله في الزبدة اثنا عشر بيتًا ٥٥٢٧ ديوان طرفة بن العبد البكري هو مشهور جاهلي وشرحه ٥٥٢٨ ديوان الطرمّاح |الحكم بن حكيم بن نفر المشهور توفي في ايّام يزيد بن عبد الملك الاموي| ٥٥٢٩ ديوان الطغرائي العميد فخر الكتاب ابي اسمعيل الحسين بن علي |مؤيد الدين الاصفهاني المنشي| الملقّب |بالطغرائي الوزير المقتول سنة ٥١٣| جمعه بعض احفاده قال ومن محاسن شعره قصيدته المعروفة بلاميّة العجم قلت تأتي هذه القصيدة مع شروحها في اللام ٥٥٣٠ ديوان ظافر الحداد |ابن القاسم ابي منصور المعروف بالحداد المتوفي بمصر سنة ٥٢٥| ٥٥٣١ ديوان ظريفي تركي وهو من بلدة جورلي تلميذ بهشتي وله في الزبدة

Diwanus persicus *Sciref*i. — 5523. Diwan Dhemiri, Diwanus persicus *Dhemîr*i. — 5524. Diwan Dhiyayi, Diwanus turcicus *Hasan*i *Mustâri*, vulgo *Dhiyáyi* dicti et anno 992 (inc. 4. Jan. 1584) mortui, qui duos versus in *El-Zubdet* habet. — 5525. Diwân Tâlib, Diwanus persicus *Tâlib*i |*Jâbir*, qui discipulus Sheikhi *Azeri* fuit et Shirázi anno 854 (inc. 14. Febr. 1450) obiit|. Diwanus magnam auctoritatem et celebritatem consecutus est. — 5526. Diwan Talii, Diwanus turcicus *Tâlii*i, qui tempore Sultani *Selim* prioris mortuus est et duodecim versus in *El-Zubdet* habet. — 5527. Diwan Tarafa, Diwanus *Tarafae Ben-elabd Bekri*, qui tempore ignorantiae magnam gloriam consecutus est, ejusque commentarius. — 5528. Diwan El-Tirimmah, Diwanus *Tirimmâh*i |*El-Hakem Ben Hakim Ben Nafr* satis noti, qui regnante *Yezîd Ben Abd-el-melik Omayy*ada mortuus est|. — 5529. Diwân El-Toghrâyi, Diwanus Weziri *Abu Ismaîl El-Hosein Ben Ali* |*Mowayyed-ed-dîn Isfahâni Munshi* (i. e. scriptor elegans)| *El-Amîd*, scribarum Gloriae et honorifice *Toghrâyi* cognominati. |Interfectus est anno 513 (inc. 14. Apr. 1119)|, et Diwanum quidam e cognatis succedentibus collegit. *Ibn Khallikân*: E pulchris, ait, ejus carminibus est *Casîda* vulgo *Lâmiyet el-ajem* dicta, quae infra in litera *Lâm* cum commentariis commemorabitur. — 5530. Diwan Tzafir, Diwanus *Abu Mansûr*i *Tzâfir* |*Ben elcâsim*, vulgo *El-Haddad* dicti et in Aegypto anno 525 (inc. 4. Dec. 1130) mortui|. — 5531. Diwan Tzarifi, Diwanus turcicus *Tzarîf*i ab urbe *Jorl*i oriundi, qui discipulus *Behisht*i fuit et undecim versus in *El-Zubdet* habet. —

احد عشر بيتًا ٥٥٣٢ ديوان ظهير الفارابي طاهر بن محمد المتوفى بتبريز سنة ٥٩٨ جمعه شمس الدين السجاسي ٥٥٣٣ ديوان عبيد بن سعد ٥٥٣٤ ديوان عاتكة ٥٥٣٥ ديوان عارفي مولانا محمود من شعرآء زمن شاهرخ سلطان وهو الملقب بسلمان الثاني مات بهراة في حدود سنة ٨٤٠ ٥٥٣٦ ديوان عاشق جلبي تركي وهو السيد علي بن محمد المتوفى سنة ٩٧٩ وله في الزبدة سبعة ابيات ٥٥٣٧ ديوان علي فارسي وتركي وهو مصطفى بن احمد كان من بلدة كليبولي تركي ديواني طقوز سكسن ايكي ده بيتن ايدوب سلطان مراده ويرمشدر وله مؤلفات كثيرة توفي سنة ١٠٠٨ وديوانه مكمل مع قصائده وله في الزبدة سبعة واربعون بيتًا قال رأيت له اربعة كتب منظومة ولم اجد في كل واحد منها بيتًا واحدًا صالح القيد وهذه الابيات من الدواوين المتعددة ٥٥٣٨ ديوان عمير بن كثير الحصني ٥٥٣٩ ديوان عبد الله [بن محمد] الانصاري الهروي الملقب بشيخ الاسلام المتوفى سنة ٤٨١ وله ثلثة دواوين فارسية ٥٥٤٠ ديوان عبد الله

---

5532. **Diwán Tzahír**, Diwanus persicus *Táhiri Ben Mohammed Fárábi*, vulgo *Tzahír* dicti et in urbe *Tebríz* anno 598 (inc. 1. Oct. 1201) mortui. Diwanum collegit *Shems-ed-dín Sejási*. — 5533. **Diwán Abid**, Diwanus *Abidi Ben Sa'd*. — 5534. **Diwán Atika**, Diwanus *Atikae*. — 5535. **Diwán Arifi**, Diwanus Mollae nostri *Mahmúd Arifi*, qui inter poëtas tempore Sultani *Sháhrokh* floruit. Honorifice *Selmán* II. cognominatus et Heratae circa annum 840 (inc. 16. Jul. 1436) mortuus est. — 5536. **Diwán Ashic Jelebi**, Diwanus turcicus Seyyidi *Ali Ben Mohammed*, vulgo *Ashic Jelebi* dicti et anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) mortui. Vide septem ejus versus in *El-Zubdet*. — 5537. **Diwán Ali**, Diwanus persicus et turcicus *Mustafae Ben Ahmed*, vulgo *Ali* cognominati et in urbe Galipoli nati. Diwanum turcicum anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) nitide exaravit et Sultano *Murád* obtulit. Mortuus autem est anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) et plura opera reliquit. Diwanus *Casíd*is completus est et quadraginta septem ejus versuum in *El-Zubdet* leguntur. Hujus anthologiae auctor: Vidi, inquit, quatuor libros metrice ab eo compositos sed in nullo ne unum quidem versum inveni sanis regulis adstrictum. Illi versus e pluribus Diwanis sumti sunt. — 5538. **Diwán Amir**, Diwanus *Amiri Ben Kothayyir El-Hisni*. — 5539. **Diwán Abdallah**, Diwanus *Abdallae* [*Ben Mohammed*] *Ansári Herewi*, honorifice *Sheikh el-islám* cognominati et anno 481 (inc. 27. Mart. 1088) mortui. Tres edidit Diwanos persicos. — 5540. **Diwán Abdallah**,

ابن حكيم   ٥٥٤١ ديوان عبد الله بن قيس المتوفى سنة   ٥٥٤٢ ديوان عبد الله بن محمد المعروف بابن نقياء المتوفى سنة ٤٨٥ وهو كبير وله ديوان الرسائل | وقد مرّ |   ٥٥٤٣ ديوان عبد الجبار بن محمد الصقلى | المتوفى بجزيرة ميورقة سنة ٥٢٧ قال اكثره جيّد |   ٥٥٤٤ ديوان عبد الحميد بن هبة الله | بن | عزّ الدين المدائنى المعتزلى المتوفى سنة ٦٥٥ وهو مشهور ٥٥٤٥ ديوان عبد الرحمن بن سحال   ٥٥٤٦ ديوان عبد الرحمن بن محمد الحميدى المصرى المتطبب | المتوفى سنة ١٠٠٥ | وهو بمصر مشهور ذكره الشهاب فى الخبايا   ٥٥٤٧ ديوان عبد العزيز بن ابى نصر | بن محمد بن محمد التميمى السعدى احد الشعراء المجيدين المتوفى سنة ٤٠٥ |   ٥٥٤٨ ديوان عبد المنعم بن عمر بن حسان الغسانى الاندلسى الجليانى ابى الفضل المتوفى سنة ٦٠٢ اوله الحمد لله مجلى الحكم فى آفاق البيان الخ ذكر فيه انّه انطق الله سبحانه على لسانه من جوامع الكلم من منظوم ومطلق اصنافًا وفنونًا فبرز من بدآئع البلاغة نخبًا

Diwanus *Abdallae Ben Hakim.* — 5541. Diwan Abdallah, Diwanus *Abdallae Ben Cais*, anno ... mortui. — 5542. Diwán Abdallah, Diwanus *Abdallae Ben Mohammed*, vulgo *Ibn Nackiyá* dicti et anno 485 (inc. 12. Febr. 1092) mortui. Hic Diwanus amplus est, et auctor etiam Syllogen epistolarum composuit. | Vide supra |. — 5543. Diwán Abd-el-jebbár, Diwanus *Abd-el-jebbári Ben Mohammed Sickilli*, |in insula Mayurca anno 527 (inc. 12. Nov. 1132) mortui. *Ibn Khallikán* majorem carminum partem egregiam esse dicit |. — 5544. Diwán Abd-el-hamid, Diwanus *Abd-el-hamídi Ben Hibatallah* | *Ben* | *Izz-ed-din Medáïni* Motazelitae, anno 655 (inc. 19. Jan. 1257) mortui. Diwanus satis notus. — 5545. Diwan Abd-el-rahman, Diwanus *Abd-el-rahmani Ben Sihál.* — 5546. Diwán Abd-el-rahman, Diwanus *Abd-el-rahmani Ben Mohammed Homeidi Misri* Medici, |anno 1005 (inc. 15. Aug. 1596) mortui|. Diwanus in Aegypto magnam auctoritatem consecutus est et a Sheikh *Shehâb-ed-din* in libro *El-Khabáyá* laudatur. — 5547. Diwán Abd-el-aziz, Diwanus *Abd-el-azízi Ben Abi Nasr* | *Ben Mohammed Ben Mohammed Temimi Sa'di*, qui poëta melioris notae fuit et anno 405 (inc. 2. Jul. 1014) obiit |. — 5548. Diwán Abd-el-mon'im, Diwanus *Abu'lfadhli Abd-el-mon'im Ben Omar Ben Hassán Ghassáni Andalusi Julyáni*, anno 602 (inc. 18. Aug. 1205) mortui. Incipit ita: Laus Deo, qui in coelis eloquentiae apophthegmatis splendorem tribuit etc., et ibi monet, Deum linguae suae sententiarum gravium in metrica et omni alia oratione libera plures species et genera suppeditasse, ut selectissima et praestantissima eloquentiae ornatioris documenta in publicum emitteret,

وعيونها كلّ صنف منها في ديوان فهي عشرة دواوين ديوان الحكم ديوان المبشرات ديوان المشوقات ديوان التدبيج ديوان التشبيهات ديوان الترسل الخ ٥٥٤٩ ديوان عبدى تركى توفى سنة ٩٨١ وله في الزبدة مئة وتسعة ابيات ٥٥٥٠ ديوان عبيدى ويقال ديوان عبيد الله بن عبد الله ابن احمد المتوفى سنة ٥٥٥١ ديوان عدلى تركى وهو السلطان بايزيد بن السلطان محمد الفاتح المتوفى سنة ٩١٨ وله في الزبدة بيتان ٥٥٥٢ ديوان عدنى محمود پاشا تركى توفى سنة ٨٧٩ وله في الزبدة بيت واحد ٥٥٥٣ ديوان العرب وجوهرة الادب في ايضاح النسب لمحمد بن احمد بن عبد الله الاسدى النسابة ٥٥٥٤ ديوان العرب وميدان الادب في اللغة لابى منصور حسن بن محمد اللغوى [المعروف بابن الدهان في عشر مجلّدات قرئ عليه في سنة ٤٣٧] ٥٥٥٥ ديوان العرجى ٥٥٥٦ ديوان عرفى فارسى جمعه وترتيبه اوله ديوان عرفى شيراز مصراعى ديمشلر بو مجموعهدن طقوز يوز طقسان يدى عدد حاصل اولور ومصراعنك

---

quorum singula genera Diwano inseruit. Horum sunt decem: Diwanus apophthegmatum — carminum laeta canentium — desideria excitantium — ad rationem praefationum ornatiorum scriptorum — assimilationum — epistolarum et quae sunt reliqua. — 5549. **Diwán Abdi**, Diwanus turcicus *Abdi*i, anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortui, qui in ***El-Zubdet*** centum et novem versus habet. — 5550. **Diwán Obeidi**, Diwanus ***Obeidi***i sive ut alii volunt, Diwanus ***Obeidallah***e ***Ben Abdallah Ben Ahmed***, anno ... mortui. — 5551. **Diwán Adli**, Diwanus turcicus Sultani ***Bayezid Ben*** Sultán ***Mohammed*** Expugnatoris, vulgo ***Adli*** dicti et anno 918 (inc. 19. Mart. 1512) mortui. Duo ejus versus in ***El-Zubdet*** leguntur. — 5552. **Diwán Adeni**, Diwanus turcicus ***Mahmúdpásha***e, vulgo ***Adeni*** dicti et anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortui, qui unum versum in ***El-Zubdet*** habet. — 5553. **Diwán El-Arab we Jauheret el-edeb**, Diwanus Arabum et margarita philologiae. Plana genealogiarum descriptio a ***Mohammed Ben Ahmed Ben Abdallah Asedi*** Genealogo edita. — 5554. **Diwán El-Arab we Meidán el-edeb**, Diwanus Arabum et Hippodromus philologiae. Opus lexicographicum decem voluminum, quod ***Abu Mansúr Hasan Ben Mohammed*** Lexicologus, [vulgo ***Ibn-eldehhán*** dictus, edidit. Legebatur eo duce anno 437 (inc. 19. Jul. 1045)]. — 5555. **Diwán El-Irji**, Diwanus ***Irji***i. — 5556. **Diwán Urfi**, Diwanus persicus ***Urfi***i. Tempus, quo colligebatur et in ordinem disponebatur, hoc continetur hemistichio quod fecit: Incipit Diwanus ***Urfi***i ***Shirázi***. Summa literarum arabicarum significat numerum: nongenti nonaginta septem; constant enim numeri simplices

احد حروفلرندن بلوچی بدی وعشراتی حروفلرندن اکیوز یتمش وبقیه حروفلرندن یدیوز عدد حاصلدر عدد احاد ایله قصائده عشرات ایله مئاتله غزلیاته ورباعیاته اشرت ایدر ٥٥٥٧ دیوان عزمی افندی ترکی توفی سنة ٩٩٠ وله فی الزبدة تسعة وعشرون بیتًا ٥٥٥٨ دیوان عزمی القدوسی ترکی وله فی الزبدة بیتان ٥٥٥٩ دیوان عزیز القزوینی فارسی ٥٥٦٠ دیوان عزیزی ترکی وهو کتخدایدی قلعه توفی سنة ٩٩٣ وله فی الزبدة اثنا عشر بیتًا ٥٥٦١ دیوان عسکری حسن بن عبد الله ابی احمد وابی هلال توفی سنة ٣٩٥ ٥٥٦٢ دیوان عشرتی ترکی من حصار جدید توفی سنة ٩٧٤ وله فی الزبدة خمسة ابیات ٥٥٦٣ دیوان عشقی ترکی وهو الیاس المتوفی سنة ٩٥٩ ٥٥٦٤ دیوان عشقی ترکی من حصن جدید ایضا توفی سنة ٩٨٤ وله فی الزبدة ثمانیة ابیات ٥٥٦٥ دیوان عطاء السعدی من المحدثین ٥٥٦٦ دیوان عطاء الاسکوبی ترکی وله فی الزبدة خمسة ابیات ٥٥٦٧ دیوان عطائی ترکی وهو عطاء الله بن یحیی الشهیر بنوعی زاده المتوفی سنة ١٠٤١ ودیوانه معتبر وشعره لطیف وله فی الزبدة مأتان

literis comprehensi viginti septem, denarii ducentis septuaginta et reliquae literae septingentis. Simplicibus numeris *Casidas*, denariis et centenariis carmina amatoria et quatuor hemistichiorum significavit. — 5557. Diwán Azmi Efendi, Diwanus turcicus *Azmîi Efendi*, anno 990 (inc. 26. Jan. 1582) mortui. Vide undetriginta ejus versus in *El-Zubdet*. — 5558. Diwan Azmi El-Kedúsi, Diwanus turcicus *Azmîi Kedusi*, qui duos versus in *El-Zubdet* habet. — 5559. Diwán Aziz, Diwanus persicus *Azîzi Cazwini*. — 5560. Diwan Azízi, Diwanus turcicus *Azízîi*, qui praefectus septem turrium fuit et anno 993 (inc. 24. Dec. 1585) obiit. Habet duodecim versus in *El-Zubdet*. — 5561. Diwan Askeri, Diwanus *Abu Ahmed*is et *Abu Hiláli Hasan Ben Abdallah*, vulgo *Askeri* dicti et anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortui. — 5562. Diwan Ishreti, Diwanus turcicus *Ishretîi* in urbe *Jenishehr* (Novum Castellum) nati, qui anno 974 (inc. 19. Jul. 1566) obiit et quinque versus in *El-Zubdet* habet. — 5563. Diwan Isheki, Diwanus turcicus *Eliae Isheki*, anno 959 (inc. 29. Dec. 1551) mortui. — 5564. Diwan Isheki, Diwanus turcicus *Ishekîi*, a *Jenishehr* oriundi et anno 984 (inc. 31. Mart. 1576) mortui. Habet octo versus in *El-Zubdet*. — 5565. Diwan Ata, Diwanus poëtae recentioris *Ata Sa'di*. — 5566. Diwan Ata Oskubi, Diwanus turcicus *Atáï Oskubi*, qui quinque versus in *El-Zubdet* habet. — 5567. Diwan Atayi, Diwanus turcicus *Atáallae Ben Yahya*, vulgo *Nauizádeh* dicti et anno 1041 (inc. 17. Jun. 1631) mortui. Diwanus magni aestimatur et carmina elegantia sunt, quorum ducenti

وسبعة وعشرون بيتا ٥٥٦٨ ديوان عطائى تركى المعروف بنوالى زاده المتوفى سنة وله فى الزبدة اثنان وخمسون بيتا ٥٥٦٩ ديوان الشيخ العفيف سليمان التلمسانى بن على [الصوفى المتوفى سنة ٦٩٠] ٥٥٧٠ ديوان علقمة بن عبيد التميمى ٥٥٧١ ديوان علوى [البرسوى] القديم تركى من شعراء مراد غازى وله فى الزبدة بيت واحد ٥٥٧٢ ديوان علاء الدين بن مالك الحموى شعر حماة ذكره الشهاب ٥٥٧٣ ديوان علوى تركى توفى سنة ٩٩٣ وله فى الزبدة ثمانية وستون بيتا ٥٥٧٤ ديوان على بن ابى طالب رضى الله عنه وقد شرحه حسين بن معين الدين الميبدى الترمذى المتوفى سنة بالفارسية وذكر فى اوله سبع فاتحة كل واحدة منه مشتملة لفوائد وتاريخ تمامه ٨٩٠ فيض شان وقيل فى صفر سنة ٨٧٠ ٥٥٧٥ ديوان على بن امر الله الشهير بابن حنائى المتوفى سنة ٩٧٩ وله فى الزبدة ثلثة عشر بيتا ٥٥٧٦ ديوان على بن جهم السامى المتوفى سنة ٢٤٩ ٥٥٧٧ ديوان على بن سودون البشبغاوى القاهرى المتوفى سنة ٨٦٩

viginti septem versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5568. Diwan Atayi, Diwanus turcicus *Atáyi*i, vulgo *Newálízádeh* dicti et anno ... mortui, qui quinquaginta duos versus in *El-Zubdet* habet. — 5569. Diwán El-Sheikh El-Afif, Diwanus Sheikhi *Afif-ed-dín Soleimán Tilimsáni Ben Ali* [*Sufi*, anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortui]. — 5570. Diwán Alcama, Diwanus *Alcamae Ben Obeid Temimi.* — 5571. Diwán Alewi, Diwanus turcicus *Alewi*i prioris [*Bursewi*], qui ex poëtis *Murád*i *Gházi* fuit et unum versum in *El-Zubdet* habet. — 5572. Diwán Alá-ed-din, Diwanus poëtae *Alá-ed-dín Ben Málik Hamawi*, qui Hamatae floruit. Commemorat eum *Shehâb-ed-dín.* — 5573. Diwan Alewi, Diwanus turcicus *Alewi*i, anno 993 (inc. 24. Dec. 1585) mortui, qui in *El-Zubdet* sexaginta octo versus habet. — 5574. Diwán Ali, Diwanus *Ali*i *Ben Abi Tálib*, cui Deus propitius sit. Commentatus eum est persice *Hosein Ben Moin-ed-din Mibedi Tirmidzi*, anno ... mortuus. Ab initio septem *Fátihas* i. e. aperientes habet, quae singulae adnotationes utiles continent. Absolutus est commentarius gratia Dei anno 890 (inc. 18. Jan. 1485), sive ut alii volunt, mense Safar anni 870 (inc. 24. Aug. 1465). — 5575. Diwán Ali Ben Amrallah, Diwanus *Ali*i *Ben Amrallah*, vulgo *Ibn-elhanáyi* dicti et anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) mortui. Tredecim habet in *El-Zubdet* versus. — 5576. Diwán Ali, Diwanus *Ali*i *Ben Jahm Sámi*, anno 249 (inc. 24. Febr. 863) mortui. — 5577. Diwan Ali, Diwanus *Ali*i *Ben Súdún Beshbegháwi Cáhiri*, anno 869 (inc. 3. Sept. 1464) mortui. Seria continet carmina jocosis

تضمنه الجدّ والهزل ونظمه غريب وسبكه عجيب ٥٥٧٨ ديوان عماد الدين ابى عبد الله محمد ابن محمد الاصفهانى الكاتب المتوفى سنة ٥٩٧ قال وله ديوان رسائل وديوان شعر فى اربع مجلّدات وله ديوان صغير دوبيت ٥٥٧٩ ديوان عماد الفقيه الكرمانى [المتوفى سنة ٧٧٣] وهو فارسى ٥٥٨٠ ديوان عماد الرازى فارسى ٥٥٨١ ديوان عُمْر بن ابى رَبيعة [المخزومى المتوفى سنة ٩٣] ٥٥٨٢ ديوان عمرو بن عبيد [ابن معمر التميمى المتوفى سنة ٨٢] ٥٥٨٣ ديوان عمرو ابن كلثوم ٥٥٨٤ ديوان عمرو بن مَعْدى كَرِب [الزبيدى المذحجى المتوفى فى امرة معوية] ٥٥٨٥ ديوان عمروى تركى توفى فى حدود سنة ٩٣٠ وله فى الزبدة عشر ابيات ٥٥٨٦ ديوان عنترة بن شداد العَبْسى المتوفى سنة قبل الاسلام جاهلى وشرحه ٥٥٨٧ ديوان عنصرى فارسى وهو ابو القاسم الحسن بن احمد المتوفى سنة ٤٣١ فى نحو ثلثين الف بيت ٥٥٨٨ ديوان عيارى تركى توفى سنة ٩٨٢ وله فى الزبدة خمسة ابيات ٥٥٨٩ ديوان عيسى

mixta, et metrica compositio est singularis et formatio mirabilis. — 5578. Diwán Imád-ed-dín, Diwanus *Imád-ed-dín*i *Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed Isfaháni* Scribae, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortui. Idem teste *Ibn Khallikán* Diwanum epistolarum et minorem carminum duorum versuum edidit. Diwanus autem poëmatum quatuor continet volumina. — 5579. Diwán Imád El-Faekíh, Diwanus persicus Jurisconsulti *Imád Kermáni*, [anno 773 (inc. 15. Jul. 1371) mortui]. — 5580. Diwán Imád El-Rázi, Diwanus persicus *Imád*i *Rázi*. — 5581. Diwán Amr Ben Abi Rabía, Diwanus *Amr*i *Ben Abi Rabía* [*Makhzúmi*, anno 93 (inc. 19. Oct. 711) mortui]. — 5582. Diwán Amru Ben Obeid, Diwanus *Amru*i *Ben Obeid* [*Ben Ma'mar Temími*, anno 82 (inc. 15. Febr. 701) mortui]. — 5583. Diwán Amru Ben Kelthúm, Diwanus *Amru*i *Ben Kelthúm*. — 5584. Diwán Amru, Diwanus *Amru*i *Ben Madi Kariba* [*Zobeidi Modhaji*, qui Omayyadis regnantibus obiit]. — 5585. Diwán Amrewi, Diwanus turcicus *Amrewi*i, circa annum 930 (inc. 10. Nov. 1523) mortui, qui decem versus in *El-Zubdet* habet. — 5586. Diwán Antara, Diwanus *Antarae Ben Sheddád Absi*, qui tempore ignorantiae ante Islamum obiit, ejusque commentarius. — 5587. Diwán Ansari, Diwanus persicus triginta circiter versuum millia continens, auctore *Abu'lkásim El-Hasan Ben Ahmed*, vulgo *Ansari* dicto et anno 431 (inc. 23. Sept. 1039) mortuo. — 5588. Diwán Ayyari, Diwanus turcicus *Ayyári*i, anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortui, qui quinque versus in *El-Zubdet* habet. — 5589. Diwán Isa, Diwanus

ابن سنجر ابى الفضل الاربلى المعروف بالحاجرى المتوفى سنة ٦٣٢ قال وديوانه تغلب عليه الرقة وفيه معان جيدة وهو مشتمل على الشعر والدوبيت والمواليا وقد احسن فى الكلّ مع انه قلّ من يجيد فى مجموع هذه الثلثة بل من غلب عليه واحد ٥٥٩٠ ديوان عيسى بن معلى حجة الدين النحوى المتوفى سنة ٦٥٠ ٥٥٩١ ديوان عيسى بن مودود ابى منصور فخر الدين المتوفى سنة ٥٨٤ قال وديوانه حسن ودوبيت منه رقيق ٥٥٩٢ ديوان غزالى وهو ابو بكر يحيى بن الحكم الاندلسى الشاعر المتوفى فى حدود سنة ٢٥٠ ٥٥٩٣ ديوان غزالى تركى وهو المولى محمد البرسوى الشهير بدلى برادر [زاده] المتوفى سنة ٩٤١ وله فى الزبدة بيتان ولم يذكر له ديوانا ٥٥٩٤ ديوان الغزل والتشبيب والموشحات والدوبيت وهو نظم لابى الفضل عبد المنعم بن عمر الجليانى ذكره فى ديوانه المشهور [وقد مرّ ديوانه] ٥٥٩٥ ديوان غزى هو ابو اسحق ابراهيم بن يحيى الكلبى المتوفى سنة ٥٢٤ قال اختاره بنفسه وذكر فى خطبته

*Abu'lfadhli Isa Ben Senjer Irbili*, vulgo *Hájiri* dicti et anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) mortui. Teste *Ibn Khallikán* Diwanus potissimum carmina blanda et sententiis egregiis plena continet. Sunt aut carmina simplicia, aut duorum versuum, aut cantica de trivio, in quibus omnibus optime versatus est, quum poëtae multi inveniantur, qui in uno genere eminent, at paucissimi, qui in omnibus tribus excellunt. — 5590. Diwán Isa, Diwanus *Hojjet-ed-díni Isa Ben Moalla* Grammatici, anno 650 (inc. 14. Mart. 1252) mortui. — 5591. Diwán Isa, Diwanus *Fachr-ed-díni Abu Mansúr Isa Ben Maudúd*, anno 584 (inc. 2. Mart. 1188) mortui. *Ibn Khallikán* Diwanum pulchrum appellat, et carmina quatuor hemistichiorum quae continet lectores blande permulcent. — 5592. Diwán Ghazáli, Diwanus *Abu Bekri Yahya Ben-elhakem Andalusi* Poëtae, vulgo *Ghazáli* dicti et circa annum 250 (inc. 13. Febr. 864) mortui. — 5593. Diwán Ghazáli, Diwanus turcicus Mollae *Mohammed Bursewi Ghazáli*, vulgo *Deli Beradür*[*zádeh*] dicti et anno 941 (inc. 13. Jul. 1534) mortui. Duos habet in *El-Zubdet* versus, nec tamen ibi Diwani mentio fit. — 5594. Diwán el-ghazal we el-teshbíb, Diwanus carminum amatoriorum, puellas describentium, cingulo ornatorum, quatuor hemistichiorum. Composuit ea *Abu'lfadhl Abd-el-mon'im Ben Omar Jalyáni*, qui in Diwano notissimo, [de quo supra vide], eorum mentionem facit. — 5595. Diwán Ghazzi, Diwanus *Abu Is'hacki Ibrahim Ben Yahya Kelbi*, vulgo *Ghazzi* dicti et anno 524 (inc. 15. Dec. 1129) mortui. Teste *Ibn Khallikán* ipse ejus delectum fecit et in praefatione mille

انّه الف بيت ٥٥٩٦ ديوان غضنفري فارسي ٥٥٩٧ ديوان فيضي تركي وهو المولى عبد الحيّ بن فيض الله الشهير بقاف زاده المتوفي سنة ١٠٣١ مقبول معتبر ورتّب زبدة اشعار شعراء الروم وهو اثر عظيم يأتي في حرف الزاء ٥٥٩٨ ديوان فدآئي الورودي من طآئفة المولويّة تركي مجلّد في نحو عشرة الاف بيت ٥٥٩٩ ديوان فرّخي [تلميذ العنصري] فارسي قال دولت شاه ديوان او در ما ورآء النهر شهرتي دارد وحالا در خراسان مجهول ومتروكست ٥٦٠٠ ديوان فروه بن مسيك وشرحه ٥٦٠١ ديوان فرزدق [همّام بن غالب بن صعصعة التميمي الشاعر المشهور المتوفي سنة ١١٠] وشرحه ٥٦٠٢ ديوان فروعي البروسوي تركي توفي سنة ١٠٢٢ وله في الزبدة سبعة ابيات ٥٦٠٣ ديوان فشاري فارسي ٥٦٠٤ ديوان فضلي [المشهور بقره فضلي] تركي توفي سنة ٩٧١ وله في الزبدة سبعة ابيات ٥٦٠٥ ديوان فضولي تركي وفارسي وهو محمد بن سليمان البغدادي المتوفي سنة ٩٧٠ وله من ديوانه التركي في الزبدة اثنان وثمانون بيتًا

versus continere eum dicit. — 5596. **Diwán Ghadhanferi**, Diwanus persicus *Ghadhanferii*. — 5597. **Diwán Faïdhi**, Diwanus turcicus Mollae *Abd-el-hayy Ben Feidhallah Faïdhi*, vulgo *Cáfzádeh* dicti et anno 1031 (inc. 6. Nov. 1621) mortui. Diwanus omnibus probatus et magni aestimatus est, et idem *Cáfzádeh* digessit anthologiam *Zubdet* (i. e. cremorem lactis), ubi poëmata poëtarum rumaeorum collegit. Monumentum est magnum, de quo in litera *Zá* dicetur. — 5598. **Diwán Fedáyi**, Diwanus turcicus *Fedáyii Worúdi*, Derwishis ordinis *Mewlewi* addicti. Volumen decem circiter versuum millia complectens. — 5599. **Diwán Ferrukhi**, Diwanus persicus *Ferrúkhii*, [qui discipulus *Ansurii* fuit]. *Dewletsháh* Diwanum dicit in terris Transoxanis olim magnam celebritatem consecutum fuisse, nunc autem in Chorásan relictum et incognitum jacere. — 5600. **Diwán Ferwa**, Diwanus *Ferwae Ben Moseik* ejusque commentarius. — 5601. **Diwán Ferezdac**, Diwanus *Ferezdacki* [*Hemmám Ben Ghálib Ben Sasaa Temími* poëtae clarissimi, anno 110 (inc. 16. Apr. 728) mortui], ejusque commentarius. — 5602. **Diwán Forúi**, Diwanus turcicus *Forúii Bursewi*, anno 1022 (inc. 11. Febr. 1614) mortui, qui septem versus in *El-Zubdet* habet. — 5603. **Diwán Feshari**, Diwanus persicus *Fesharii*. — 5604. **Diwán Fadhli**, Diwanus turcicus *Fadhlii* [vulgo *Carah Fadhli* dicti] et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortui, qui septem versus in *El-Zubdet* habet. — 5605. **Diwán Fodhuli**, Diwanus turcicus et persicus *Mohammedis Ben Soleimán Baghdádi*, vulgo *Fodhuli* dicti et anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortui. Ex ejus Diwano turcico octoginta duo versus in *El-Zubdet* leguntur. — 5606. **Diwan**

حسن رآئق يحتوى على الجدّ والهزل ٥٧٥٣ ديوان يتيم تركى وهو على بن محمد المتوفى فى حدود سنة ٩٦٠ وله فى الزبدة ثلثة عشر بيتًا ٥٧٥٤ ديوان يحيى افندى تركى وهو المولى يحيى بن زكريا المفتى فى ممالك الروم المتوفى سنة ١٠٥٣ وله فى الزبدة سبعة وتسعون بيتًا وثلثمائة بيت ٥٧٥٥ ديوان يحيى بن سليمان ابى زكريا الطليطلى نزيل حلب قال على بن النجب اكثر فيه من المديح والهجآء وما رأى احدًا الّا وهجاه وله مصنّفات مدح فى الادب ٥٧٥٦ ديوان يحيى بيك تركى وهو من شعرآء زمن السلطان سليمن وله خمسة مرّ ذكره وكان حيًّا فى سنة ٩٩٠ وله فى الزبدة خمسة وخمسون بيتًا ٥٧٥٧ ديوان يزيد بن معاوية المتوفى سنة |٦٣| قال اول من جمعه ابو عبد الله محمد بن عمران المرزبانى البغدادى وهو صغير الحجم فى ثلث كراريس وقد جمعه من بعده جماعة وزادوا فيه اشيآء ليست له وشعر يزيد مع

carminibus pulchris et blandis repleta, quae quum seria tum jocosa continent. — 5753. **Diwán Yetím**, Diwanus turcicus *Ali Ben Mohammed*, vulgo *Yetím* dicti et circa annum 960 (inc. 18. Dec. 1552) mortui, qui tredecim versus in *El-Zubdet* habet. — 5754. **Diwán Yahya**, Diwanus turcicus Mollae *Yahya Ben Zakariya*, vulgo *Yahya Efendi* dicti, qui regnorum Rumeliae Mufti fuit et anno 1053 (inc. 12. Mart. 1643) obiit. Trecenti nonaginta septem versus ex ejus Diwano in *El-Zubdet* leguntur. — 5755. **Diwán Yahya**, Diwanus *Yahyae Ben Soleiman Abu Zakariya Toleitili*, qui Halebi habitavit. *Ali Ben Anjeb*: Multa ibi, ait, habet carmina laudativa et satyrica, neque ullum vidit, quem non satyra perstringeret. Idem scripta reliquit in laudem studiorum humanitatis. — 5756. **Diwan Yahyabeg**, Diwanus turcicus *Yahyabegi*, qui inter poëtas tempore Sultani *Soleimán* floruit, et corpus carminum quinquepartitum (*Khamset*) etiam edidit, ut supra dictum est. Vixit anno 990 (inc. 26. Jan. 1582) et quinquaginta quinque versus in *El-Zubdet* habet. — 5757. **Diwan Yezid**, Diwanus *Yezídi Ben Moawiya*, qui anno |63 (inc. 10. Sept. 682)| defunctus est. Dicit *Ibn Khallikán*: Primus eum collegit *Abu Abdallah Mohammed Ben Imrán Merzobáni Baghdádi*, cujus volumen parvum est et tres tantum continet decem foliorum particulas. Post hunc plures alii ad ejus carmina colligenda se accinxerunt iisque aliena immiscuerunt. Carmina *Yezídi* autem,

قلّته فى نهاية الحسن وقال ايضا حفظته فى شدة غرامى وميّزت ابيات التى له من الابيات
التى ليست له وظفرت بكلّ صاحب بيت ٥٧٥٨ ديوان يقينى تركى المعروف بعماد زاده
المتوفى سنة ٩٧٦ وله فى الزبدة ثلثة ابيات

---

licet sint parva numero, praestant tamen perfecta et extrema pulchritudine. Idem addit: Diwanum propter ardentem meam cupidinem memoriae mandavi versusque distinxi ei proprios ab alienis, singulosque horum auctores ostendi. — 5758. Diwán Yeckini, Diwanus turcicus *Yeckínii*, vulgo *Imádzádeh* dicti, qui anno 976 (inc. 26. Jun. 1568) obiit et tres versus in *El-Zubdet* habet.

## باب الذال المعجمة

٥٧٥٩ ذات الدوائر والصور كتاب مصوّر فى دعوة الجنّ وتسخيرهم وهو مروى عن آصف ابن برخيا بن اسمعيل وزير سليمان عليه الصلوة والسلام ولا شكّ انّه يختلف. ٥٧٦٠ ذات الرشد فى عدد الآى وشرحها للموصلى ٥٧٦١ ذات العقدين ٥٧٦٢ ذات العمد فى اخبار امّ البلاد للشيخ محيى الدين عبد القادر بن محمد الشهير بقضيب البان [المتوفى بحلب فى سنة ١٠٤٠] ٥٧٦٣ ذات الفرائد رسالة فى الكيمياء لمؤيد الدين حسين بن على الطغرائى المتوفى سنة ٥١٥ ٥٧٦٤ ذات الهدى قصيدة طويلة لابى الطيّب محمد بن محمد بن عبد الله بن الشخير الصيرفى الشاعر نقض بها قصيدة ابن بسام [على بن محمد البغدادى المتوفى سنة ٣٠٣

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA *DZÁL* PUNCTO DIACRITICO NOTATA INCIPIUNT.

5759. Dzat el-dewäïr we el-sower, instrumentum circulis et figuris instructum. Liber picturis ornatus de invocandis et subigendis geniis, cujus auctor *Asaf Ben Berkhiya Ben Ismaïl* Salomonis, cui Deus faveat, Wezirus esse traditur, neque dubium est, diversa ejus existere exemplaria. — 5760. Dzat el-roshd, scriptio rectam viam monstrans de versuum coranicorum numero ejusque commentarius, auctore *Mausili.* — 5761. Dzat el-iedein, duobus monilibus praedita. — 5762. Dzat el-imad, columnarum series de historia matris urbium, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Abd-el-cádir Ben Mohammed*, vulgo *Cadhib el-bán* dicto [et Halebi anno 1040 (inc. 31. Jul. 1630) mortuo]. — 5763. Dzat el-feraïd, scriptio alchymica gemmis pretiosis repleta, auctore *Moyayyed-ed-dín Hosein Ben Ali Toghráyi*, anno 515 (inc. 22. Mart. 1121) mortuo. — 5764. Dzat el-hoda, *Casída* longa rectam viam monstrans, auctore *Abu'ltayyib Mohammed Ben Mohammed Ben Abdallah Ben-elshikhkhir El Seirefi* (nummularius) Poeta, qui hoc carmine *Casidam Ibn Bessami* [*Ali Ben Mohammed Baghdadi*, anno 303 (inc. 17. Jul. 915) mortui elevare studet.

وله هجاء خبيث] ٥٧٦٥ ذبالة السراج على رسالة السراج وهى شرح على فرائض السراجية
سأتى فى الفاء ٥٧٦٦ ذبالة المضيئة فى ايضاح الدرة الخفية مرّت فى الدال ٥٧٦٧ ذخائر الآثار
٥٧٦٨ الذخائر الاشرفية فى الالغاز الخفية لابن الشحنة عبد البرّ ذكره ابن نجيم وانتخبه
فى الفنّ الرابع من الاشباه ٥٧٦٩ ذخائر الحكم مجلّد للامام ابى الحسن على بن زيد البيهقى
المتوفى سنة ٥٦٥ ٥٧٧٠ ذخائر العقبى فى مناقب ذوى القربى مجلّد محبّ الدين احمد بن
عبد الله الطبرى المتوفى سنة ٦٩٤ ٥٧٧١ ذخائر العلوم وما كان فى سالف الدهور للشيخ الامام
ابى الحسن على بن حسين المسعودى المتوفى سنة ٣٤٦ ٥٧٧٢ ذخائر فى فروع الشافعية
للقاضى ابى المعالى مجلّى بن جميع [المخزومى] الشافعى المتوفى سنة [٥٥٠] وهو من الكتب
المعتبرة فى المذهب ٥٧٧٣ ذخائر فى النحو لابى الحسن على بن محمد السهروردى المتوفى
سنة ... ٥٧٧٤ ذخائر فى ... لابى الكرم مبارك بن حسن البغدادى الشهرزورى [المتوفى

Idem satyras scripsit turpes]. — 5765. Dzobalet el-siraj, ellychnium lucernae ad libellum *Siráj-ed-dini*. Commentarius est in opus *El-Feráïdh El-Sirájiyet*, de quo in litera *Fá* dicetur. — 5766. El-Dzobalet El-Modhíyet, ellychnium illustrans. Expositio operis *El-Dorret El-Khafiyet*, de quo in litera *Dál* dictum est. — 5767. Dzakhaïr el-athár, thesauri monumentorum. — 5768. El-Dzakhaïr El-Eshrefiyet, thesauri pretiosissimi de aenigmatibus occultis, auctore *Ibn-elshehne Abd-el-berr*. Laudat librum *Ibn Nojeim* et excerpta ejus dedit in quarto Genere operis *Ashbáh*. — 5769. Dzakhaïr el-hikem, thesauri apophthegmatum. Volumen, auctore Imam *Abu'lhasan Ali Ben Zeid Beihacki*, anno 565 (inc. 25. Sept. 1169) mortuo. — 5770. Dzakháïr el-ocba, thesauri vitae futurae de virtutibus propinquorum. Volumen, auctore *Mohibb-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Taberi*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo. — 5771. Dzakhair el-olum, thesauri doctrinarum eorumque, quae antiquitus evenerunt, auctore Sheikh et Imam *Abu'lhasan Ali Ben Hosein Mes'údi*, anno 346 (inc. 1. Apr. 957) mortuo. — 5772. Dzakhaïr, thesauri de statutis juris Shafiitici secundariis, auctore Cádhi *Abu'l-meáli Mojalla Ben Jemi'* [*Makhzumi*] Shafiita, anno [550 (inc. 7. Mart. 1155)] mortuo. Hic liber in iis numeratur, qui ab asseclis illius doctrinae maximi aestimantur. — 5773. Dzakhaïr fi el-nahw, thesauri de grammatica, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Soharawerdi*, anno ... mortuo. — 5774. Dzakháir, thesauri de ..., auctore *Abu'lkerem Mobárek Ben Hasan Baghdádi Shahrezúri*, [anno 550

سنة ٥٥٠] ٥٧٧٥ ذخائر نثار في اخبار السيّد المختار لاحمد بن محمد وقيل محمد بن طيفور السجاوندي [المتوفى في حدود سنة ٥٦٠] ٥٧٧٦ الذخائر والاعلاق في آداب النفوس ومكارم الاخلاق لابي عبد الله سلام بن عبد الله الباهلي الاشبيلي المتوفى سنة ... ٥٧٧٧ ذخر البستانين في علم الثمانين وهو كتاب غريب مرتّب على عشرة ابواب صنّفها الحكماء لحركة الملوك القدماء وقد تكلّم عليه كلّ استاذ بما علمه وشاهده اوله الحمد لله الذي اتقن وحكم الخ ٥٧٧٨ ذخر العابدين المسمّى ببدر الواعظين مرّ ذكره في الباء ٥٧٧٩ ذخر العطشان منظومة تركيّة في الطبّ لخضر بن عمر العطوفي [المتوفى سنة ٩٤٨] نظمها للسلطان بايزيد ٥٧٨٠ ذخر المتأهّلين والنساء في تعريف الاطهار والدماء للمولى الفاضل محمد بن پير على الشهير ببركلي المتوفى سنة ٩٨١ اوله الحمد لله الذي جعل الرجال على النساء قوامين الخ وهو مرتّب على مقدّمة وستة فصول وتذنيب وفي المقدّمة نوعان الاول في تفسير الالفاظ المستعملة

(inc. 7. Mart. 1155) mortuo]. — 5775. Dzakhäïr Nothâr, thesauri sparsi de historia domini electi, auctore *Ahmed Ben Mohammed*, sive, ut alii dicunt, *Mohammed Ben Teifur Sejâwendi*, [circa annum 560 (inc. 18. Nov. 1164) mortuo]. — 5776. El-Dzakhäïr we El-Aghlâc, thesauri reconditi et sermones intellectu difficiles de animarum cultu et morum nobilitate, auctore *Abu Abdallah Sellâm Ben Abdallah Bâhili Ishbili*, anno . . . mortuo. — 5777. Dzokhr, thesaurus in futurum tempus reservatus hortorum de scientia octoginta virorum. Liber singularis in decem capita digestus, quae philosophi composuerunt ad reges veteres delectandos. Doctor quilibet ibi disseruit convenienter iis, quae aut scivit aut ipse vidit. Incipit ita: Laus Deo, qui solide et bene instituit etc. — 5778. Dzokhr el-âbidîn, thesaurus adorantium. Inscribitur *Bedr el-wâïtzîn*, ut supra in litera *Bá* dictum est. — 5779. Dzokhr el-atshân, thesaurus sitientis. Carmen turcicum de re medica, quod *Hadhr Ben Omar Atufi*, [anno 948 (inc. 27. Apr. 1541) mortuus], Sultano *Bâyezîd* composuit. — 5780. Dzokhr el-moteahhilîn we el-nesâ, thesaurus reconditus in matrimonium ducentium et uxorum de definitione mundarum a menstruis et menstruo sanguinis profluvio laborantium, auctore Molla bene merito *Mohammed Ben Pîr Ali*, vulgo *Birgili* dicto et anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortuo. Incipit liber ita: Laus Deo, qui viros potiores esse voluit feminis etc., et in praefationem, sex sectiones et conclusionem divisus est. Praefatio duas partes habet, quarum altera interpretationem verborum usu receptorum, altera statuta universalia tractat. Sectio prima agit de

والثاني في القواعد الكلية والفصل الاول في ابتداء ثبوت الدماء الثلثة والثاني في المبتدأة والمعتادة والثالث في الانقطاع والرابع في الاستمرار والخامس في الصلة والسادس في الاحكام والتذنيب في حكم الجنابة والحدث وعذر المعذور اتمه في يوم التروية سنة تسع وسبعين وتسعمائة ٥٧٨١ ذخر المتقين في الموعظة اوله الحمد لله على ما منح لعباده الصالحين الخ لهبة الله بن عثمان ابن خضر وهو في شرح الحديث الاربعين ٥٧٨٢ ذخر المعاد في معارضة بانت سعاد قصيدة للبوصيري وشرحه الفقيه محمد بن عبد الملك بن عثمان اليمني المتوفي سنة وسماه اعداد الزاد اتمه سنة تسعين وتسعمائة ٥٧٨٣ ذخيرة العقبى وهي حاشية على شرح الوقاية لصدر الشريعة يأتي في الواو ٥٧٨٤ ذخيرة العقبى في ذم الدنيا تسع مقالات لمعين الدين اشرف المعروف بميرزا مخدوم المتوفي سنة ثمان وثمانين وتسعمائة اتمه للسلطان مراد خان واهداه اليه اوله الحمد لمن استحال ان يأتي بثناء يليق بغيره الخ ٥٧٨٥ ذخيرة

---

initio, quo menstrua tridua apparere probari potest — secunda de menstruis incipientibus et repetitis — tertia de eorum fine — quarta de continuo eorum profluvio — quinta de conjunctione cum consanguineis — sexta de statutis huc pertinentibus — et conclusio de effluxu seminis et de pollutione, quae ex alvi penisve excremento vel cruore supervenit et de excusatione eorum, quae excusari possunt. Absolvit librum octavo die mensis Dzi'lhijjet solemniter *Yaum el-terwiyet* vocato, anno 979 (inc. 26. Mai. 1571). — 5781. Dzokhr el-motteckin, thesaurus timentium Deum. Opus paraeneticum, quod ita incipit: Laus Deo pro iis, quae cultoribus suis piis largitur etc., auctore *Hibatallah Ben Othmán Ibn Khidhr.* Est autem commentarius traditionum quadraginta. — 5782. Dzokhr el-mead, thesaurus vitae futurae. *Casída* a *Busiri* ad oppugnandam Moallacam *Bánat Soád* composita. Commentarium in eam *Idád el-zád* inscriptum Jurisconsultus *Mohammed Ben Abd-el-melik Ben Othmán Yemeni.* anno ... mortuus, anno 990 (inc. 26. Jan. 1582) composuit. — 5783. Dzakhiret el-ocba, thesaurus vitae futurae. Glossae ad commentarium libri *Wicáyet* a *Sadr-elsheriat* editum, de quo litera *Wáw* videatur. — 5784. Dzakhiret el-ocba, thesaurus vitae futurae de reprehendendo mundo. Novem libri, quos *Moín-ed-dín Eshref*, vulgo *Mirzá Makhdúm* dictus et anno 988 (inc. 17. Febr. 1580) mortuus, Sultano *Murád Khán* composuit et obtulit. Incipit ita: Laus ei, qui absurdum putat laudes praedicare alii praeter se convenientes etc. — 5785. Dzakhiret el-fetawi,

الفتاوى المشهورة بالذخيرة البرهانية للامام برهان الدين محمود بن احمد بن عبد [العزيز] ابن عمر بن مازه البخاري المتوفى سنة اختصرها من كتابه المشهور بالمحيط البرهاني وكلاهما مقبولان عند العلماء اوله الحمد لله مستحق الحمد والثناء الخ قال الامام برهان الدين ان سيدنا الامام الصدر الشهيد حسام الدين جمع مسائل قد استفتى فيها واحال جواب كل الى كتاب موثوق به او الى امام يعتمد عليه وهي وان صغر حجمها فقد حوت الى كثير من الاحكام وقد جمعت انا في حداثة سني وعنفوان عمري في ابتداء ما رفع اليّ من مسائل الواقعات ايضا وضممت اليها اجناسها من المحدثات وجمعت ايضا جمعا آخر استفتي مني مدة مقامي بسمرقند وذكرت فيها جوابا ظاهر الرواية والحقت اليها من واقعات النوادر وما فيها من اقاويل المشايخ وكان يقع في قلبي ان اجمع بين هذه الاصول الثلث وامهد لها اساسا واجعلها اصنافا واجناسا وقد انضم الى ما وقع في قلبي التماس بعض الاحباب فشرعت في هذا الجمع واوضحت اكثر المسائل بالدلائل وسميت المجموع بالذخيرة وشحنته بالفوائد الكثيرة ٥٧٨٦ ذخيرة الفقر

thesaurus responsorum juridicorum, vulgo *El-Dzakhîret El-Borhâneyet* dictus, quem Imam *Borhân-ed-dîn Mahmûd Ben Ahmed Ben Abd-[el-azîz] Ben Omar Ben Mâzeh Bokhâri*, anno ... mortuus, e libro suo *El-Mohît El-Borhâni* inscripto excerpsit. Utrumque scriptum viris doctis approbatum est, et illud incipit ita: Laus Deo, qui laude et praedicatione dignus est etc. — Imam *Borhân-ed-dîn*: Dominus, inquit, noster Imam *El-Sadr El-Shehîd Hosâm-ed-dîn* quaestiones juridicas collegit, ad quas responsum redditum est, et revocat responsa singulorum ad librum auctoritate magna gaudentem, sive ad Imamum cui fides habenda est. Quamquam autem parvum est volumen, multa tamen statuta continet. Jam ego quoque a juvenili mea aetate et principio vitae de quaestionibus collegi controversis responso juridico solvendis, quae mihi propositae erant, iisque genera adjunxi earum, quae primum allatae sunt, itemque corpus aliud collegi quaestionum, de quibus tempore, quo Samarcandae versabar, consultus fui. Commemoravi etiam in his responsum, quod verbo conspicua nititur traditione, hisque omnibus quaestiones controversas rariores addidi et quae Sheikhi doctri de iis pronunciarunt. Subiit etiam cogitatio mentem, haec tria elementa primaria colligere eorumque fundamentum jacere et in species et genera ea dividere. Ad hanc mentis cogitationem exhortatio amici alicujus accessit, quapropter librum colligere inchoavi, et plurimas quaestiones argumentis explanavi. Syllogen *Dzakhîret* appellavi eamque multis adnotationibus utilibus implevi. — 5786. Dzakhîret el-facr, thesaurus

في تفسير سورة والعصر للشيخ شمس الدين محمد بن محمد بن محمد ابن امير الحاج الحلبي الحنفي اسمعه بالقدس سنة ست وسبعين وثمانمائة ٥٧٨٧ ذخيرة القصر في تفسير سورة والعصر سبق في التفسير ٥٧٨٨ ذخيرة الكافية في الطب للشيخ عز الدين ابراهيم بن محمد الحكيم السويدي الدمشقي المتوفى سنة ٦٩٠ ٥٧٨٩ ذخيرة المذكرين ذكره الواعظ في تحفة الصلوات ٥٧٩٠ ذخيرة المصلي مختصر كالمنية ٥٧٩١ ذخيرة المعاد في الادعية والاوراد ٥٧٩٢ ذخيرة الملوك فارسي للسيد علي بن شهاب الهمداني المتوفى سنة ٧٨٦ اوله حمد بسيار وثناء بي شمار حضرت ملكي را الخ رتّبه على عشرة ابواب ١ في الايمان ٢ في العبودية ٣ في مكارم الاخلاق ٤ في حقوق الوالدين ٥ في احكام السلطان ٦ في السلطنة المعنوية ٧ في الامر بالمعروف والنهي عن المنكر ٨ في شكر النعمة ٩ في الصبر على المصائب ١٠ في ذم الكبر والغضب وقد ترجمه بالتركي مصطفى بن شعبان المتخلص بسروري ٥٧٩٣ ذخيرة

paupertatis. Commentarius in Suratam *We el-asr* inscriptam, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ben Mohammed Ibn Emír-elhájj Halebi* Hanefita, qui explicationem Hierosolymis anno 876 (inc. 20. Jun. 1471) enarravit. — 5787. Dzekhíret el-casr, thesaurus palatii. Commentarius in Suratam *We el-asr*, de qua supra in *El-Tefsír* dictum est. — 5788. El-Dzekhíret El-Káfiyet, thesaurus sufficiens de medicina, auctore Sheikh *Izz-ed-dín Ibrahím Ben Mohammed Soweidi Dimeshcki* Medico, anno 690 (inc. 4. Jan. 1291) mortuo. — 5789. Dzekhíret el-modzekkirín, thesaurus oratorum sacrorum. Laudat eum *Káshifi* Concionator in *Tohfet el-salawát*. — 5790. Dzekhíret el-mosalli, thesaurus precantis. Compendium operi *Minyet* simile. — 5791. Dzekhíret el-meád, thesaurus futurae vitae de precationibus et pericopis coranicis. — 5792. Dzekhíret el-molúk, thesaurus regum persice scriptus, qui ita incipit: Laus multa et gloria innumerabilis majestati regis etc., auctore Seyyid *Ali Ben Shehúb Hemdáni*, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuo, qui librum in decem capita divisit — 1. de fide — 2. de conditione servi Deum adorantis: — 3. de nobilitate morum — 4. de juribus patrum — 5. de statutis sultanicis — 6. de Sultanatu, quem cogitatione tantum et mente complectimur — 7. de praecepto legibus divinis convenienter agendi, et de prohibendis iis, quae illis legibus contraria sunt — 8. de gratiarum actione pro beneficiis — 9. de malis patienter ferendis — 10. de vituperanda superbia et ira. Librum turcice reddidit *Mustafa Ben Shabán*, vulgo *Sorúri* dictus. — 5793. Dze-

الممات في القول بتلقين من مات لمحمد بن ابراهيم المعروف بحنبلي زاده الحلبي المتوفى سنة ٩٧١ وهي رسالة مختصرة ٥٧٩٤ ذخيرة خوارزمشاهي في الطبّ لزين الدين اسمعيل بن حسين الجرجاني الطبيب [المتوفى سنة ٥٣١] فارسي في اثني عشر مجلّدًا كذا في العيون. الّفه لعلآء الدين تكش الخوارزمشاه انتخب منه كتابًا وسمّاه اغراض باسم ارسلان كما مرّ يقال احيى الطبّ به وقد ترجمه بالتركي ابو الفضل محمد بن ادريس الدفتري المتوفى سنة ٩٨٢

٥٧٩٥ ذخيرة في اصول الفقه لاحمد بن حسين المعروف بابن برهان الفارسي المتوفى سنة ٣٠٥

٥٧٩٦ ذخيرة في المحاكمة بين الحكمآء والغزالي لعلآء الدين على الطوسي المتوفى سنة الّفه في الروم ولمّا صار مرجوحًا بتأليف خواجه زاده ترك الروم وسافر الى خراسان ٥٧٩٧ ذخيرة في علم البصيرة للشيخ احمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٥٢٠ وهو اخ الامام ابي حامد الغزالي

٥٧٩٨ ذخيرة في فروع المالكيّة لشهاب الدين ابي العباس احمد بن ادريس القرافي [المالكي]

khíret el-memát, thesaurus mortis de praeceptis, quae morientem docent, auctore *Mohammed Ben Ibrahím Halebi*, vulgo *Hanbalizádeh* dicto et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. Tractatus brevis. — 5794. Dzekhíret Khowarezmsháhi, thesaurus *Khowarezmsháho* oblatus de arte medica, quem *Zein-ed-dín Ismaíl Ben Hosein Jorjáni* Medicus, [anno 531 (inc. 29. Sept. 1136) mortuus], in duodecim voluminibus, ut in opere *El-Oyún* narratur, *Alá-ed-díno Tekesh Khowarezmsháhi* persice composuit. Ex eo jussu *Arslán*i potiora selegit, ut supra narratum est, in libro *Aghrádh* inscripto. Thesauro, quem *Abu'lfadhl Mohammed Ben Idrís Defteri*, anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortuus, turcice interpretatus est, arti medicae vitam reddidisse dicitur. — 5795. Dzekhíret fi osúl el-fic'h, thesaurus de principiis juris, auctore *Ahmed Ben Hosein Fárisi*, vulgo *Ibn Borhán* dicto et anno 305 (inc. 21. Jun. 917) mortuo. — 5796. Dzekhíret fi el-mohákemet, thesaurus, in quo inter philosophos et *Ghazáli* dijudicatur. Scripsit eum *Alá-ed-dín Ali Túsi* anno ... defunctus, cum in Rumelia versaretur. Ubi vero se libro *Khojazádeh*i superatum vidit, Rumeliam reliquit et in Chorasanam abiit. — 5797. Dzekhíret fi ilm el-besíret, thesaurus de arte certae demonstrationis, auctore Sheikh *Ahmed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 520 (inc. 27. Jan. 1126) mortuo, qui frater fuit Imámi *Abu Hamid Ghazáli*. — 5798. Dzekhíret fi forú' El-Malikiyet, thesaurus de statutis juris Malikitarum, auctore *Shehâb-ed-dín Abu'labbás Ahmed*

المتوفى سنة ٦٨٤ وفى فروع الشافعيّة للقاضى ابى على حسن بن عبد الله البندنيجى البغدادى الشافعى [المتوفى سنة ٤٢٥] وايضا فيه لابى الخير جعفر بن محمد المروزى المتوفى سنة ٤٤٧ ٥٧٩٩ ذخيرة فى محاسن اهل الجزيرة يعنى الاندلس لابى الحسن على بن المعروف بابن بسام البسامى الشاعر المتوفى سنة ٣٠٣ فقد اختصر ابو الفضل جمال الدين محمد بن مكرم الانصارى اللغوى المتوفى سنة ٧١١ ٥٨٠٠ ذخيرة فى مختصر السيرة للشيخ برهان الدين ابراهيم بن محمد المعروف بابن المرحل الشافعى المتوفى سنة انتقاها من سيرة ابن اسحق واضاف اليها من كتب عديدة فى سنة احدى عشرة وستمأئة ورتّبه على ثمانية عشر مجلسًا اوله الحمد لله مظهر الحمد ومبديه الخ ٥٨٠١ ذخيرة لاهل البصيرة لابى سعيد محمد بن على القرافى المتوفى تقريبًا سنة ٥١٠ ٥٨٠٢ ذخيرة المراديّة فى علم الطبّ لمؤمن بن مقبل السيواسى الّفه سنة احدى واربعين وثمانمائة ورتّبه على خمس مقالات ٥٨٠٣ [ذخيرة الناظر فى الاشباه

*Ben Idrís Caráfi* [Malikita], anno 684 (inc. 9. Mart. 1285) mortuo, et de partibus juris shafiitici, auctore Cádhi *Abu Ali Hasan Ben Abdallah Bendeníji Baghdádi* Shafiita, [anno 425 (inc. 26. Nov. 1033) mortuo]. De eadem re scripsit etiam *Abu'lkheir Ja'far Ben Mohammed Merwezi*, anno 447 (inc. 2. Apr. 1055) mortuus. — 5799. Dzekhíret fi mehásin ahl el-jezíret, thesaurus de virtutibus incolarum insulae i. e. Andalusiae sive Hispaniae, auctore *Abu'lhasan Ali Bessámi* Poeta, filio poetae vulgo *Ibn Bessám* dicti. Obiit ille anno 303 (inc. 17. Jul. 915), et libri epitomen *Abu'lfadhl Jemál-ed-dín Mohammed Ben Mokerrem Ansári* Lexicologus, anno 711 (inc. 20. Mai. 1311) defunctus, edidit. — 5800. Dzekhíret fi mokhtasar el-síret, thesaurus, qui narrationem vitae prophetae breviorem continet, a Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Mohammed* Shafiita, vulgo *Ibn Murhil* dicto et anno . . . mortuo, e biographia *Ibn Is'hacki* potiorem partem selectam. Eam ex pluribus aliis libris anno 611 (inc. 13. Mai. 1214) additamentis auxit et in duodeviginti consessus divisit. Incipit ita: Laus Deo, qui objectum laudis et ejus principium est etc. — 5801. Dzekhíret li ahl el-besíret, thesaurus iis oblatus, qui perspicacitate subtiliori praediti sunt, auctore *Abu Saíd Mohammed Ben Ali Caráfi*, circa annum 510 (inc. 16. Mai. 1116) mortuo. — 5802. El-Dzekhíret El-Murádíyet, thesaurus *Murádo* oblatus de arte medica, quem *Mumin Ben Mocbil Siwási* anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) composuit et in quinque libros divisit. — 5803. [Dzekhíret el-nátzir, thesaurus intelligentis de iis, quae in juris partibus

والنظائر للعالم الفاضل على الطورى المصرى الحنفى المتوفى سنة ١٠٠١ اوله الحمد لله المغنى عمّا سواه الخ قال جمعت فيه بين الفقه والقواعد ومسآئل الجمع والفرق وبدأت بالفقه وثنيت بمسآئل الجمع والفرق وختمته بالقواعد انتهى قال الامينى فى خلاصة الاثر اخذ عن الشيخ زين بن نجيم وغيره حتى برع وتفنّن وألّف مؤلّفات ورسآئل فى الفقه كثيرة وكان يفتى وفتاويه جيّدة مقبولة وبالجملة فهو فى فقه الحنفيّة الجامع الكبير له الشهرة التامّة فى عصره والصيت الذآئع انتهى] ٥٨٠٤ الذخيرة والعدّة فى مناقب ابى عبد الله بن جنده للحافظ ابى موسى المدنى ٥٨٠٥ الذخيرة وكشف البراقع لاهل البصيرة فى التعبير وهى مشتملة على ثمان مقالات اوله الحمد لله مبدئ احكام القدرة فى دلآئل الفكرة الخ ذكر فى اوله شجرة مشتملة على الابواب والفصول ٥٨٠٦ الذرارى فى ابنآء السرارى رسالة للسيوطى ذكرها صاحب الطراز المنقوش ٥٨٠٧ ذرآئع فى علم الشرآئع لابى الحسن

specialibus inter se similia sunt sibique respondent, auctore viro docto et bene merito *Ali Turi Misri* Hanefita, anno 1001 (inc. 27. Aug. 1595) mortuo. Incipit ille ita: Laus Deo, qui iis, quae extra se sunt, facile carere potest etc., et: Collegi hic, ait, jus sacrum et civile, principia fundamentalia et quaestiones de statu conjuncto et separato. Incepi a jure, secundo loco quaestiones conjunctionis et separationis posui et in statutis fundamentalibus desii. — Haec ille. — *Emíni* in *Khilâset el-athar* dicit: Sheikhum *Zein Ben Nejim* aliosque viros praeceptores habuit, donec scientia varia excelleret multosque libros et libellos de juris scientia componeret. Responsa etiam juridica dedit egregia et probata, et in universum hic liber in juris scientia Hanefitica corpus amplum est, quod suo tempore magna gloria et famae celebritate gaudebat. Haec ille]. — 5804. El-Dzekhiret we El-Oddet, thesaurus et apparatus. Panegyricus ab Hafitz *Abu Musa Medeni* in laudem *Abu Abdallae Ben Jendeh* scriptus. — 5805. El-Dzekhiret we Kashf el-beraeki', thesaurus reconditus et velamina in commodum virorum intelligentium detracta. Liber de somniorum interpretatione octo capita continens, qui ita incipit: Laus Deo statuta potentiae in argumentis cogitationis aperienti etc. Auctor ab initio stemma posuit capita et sectiones continens. — 5806. El-Dzerari fi abna el-serari, progenies de liberis ancillarum. Libellus *Soyutii*, quem auctor operis *El-Tiráz El-Mancúsh* commemorat. — 5807. El-Dzeráyi' fi ilm el-sherayi', praesidia de scientia

محمد بن عبد الملك الكرجى [بالجيم] الشافعى المتوفى سنة ٥٣٢ وهو كتاب مختصر دون
التنبيه قال السبكى فى طبقاته وكان لا يقنت فى صلاة الفجر ظنًّا صحّة ما روى انّه عليه
الصلوة والسلام تركه ويقول هذا مذهب امامنا الشافعى لقوله اذا صحّ الحديث فهو مذهبى
وقد صحّ النبى ثمّ قال ايضا فيه القنوت فى الصحيح غير ثبت فى الحديث بل منهى عنه
وهذا منه امر عجاب انتهى ٥٨٠٨ ذروة الملتقط لمحمد بن على اللخمى المتوفى سنة [٦١٦]
٥٨٠٩ ذريعة الابرار فى نعت النبى المختار قصيدة لاميّة لشانى افندى وعدد ابياتها ست
وتسعون وقد ثلث بعض الشعرآء بالفارسيّة اولها

يا حادى البوازل بكر على ارتحالى

٥٨١٠ الذريعة للاعداد الواردة فى الشريعة للشمس محمد بن احمد بن العماد الاقفهسى
المتوفى سنة ٨٦٧ ٥٨١١ الذريعة الى معرفة اسرار الشريعة للشيخ نجم الدين سليمان بن

---

legum, auctore *Abu'lhasan Mohammed Ben Abd-el-melik Kereji* Shafiita, anno 532 (inc. 19. Sept. 1137) mortuo. Liber brevior, nisi ubi monita continet. *Sobki* in Classibus haec habet: In precatione dilnculi abstinebat formula: O Deus, sumus Tibi obedientia subjecti! verum esse putans, quod traditum sit, Mohammedem illa verba omisisse, et haec, inquit, sententia est Imami nostri *Sháfii* dicentis: Quando traditio vera et certa est, eam disciplinae meae regulam facio. Illa autem traditio certis nititur fundamentis. — Haec *Sháfii.* — Tum haec adjicit: Formula *Conút* verba illa continens in opere *Sahíh* invenitur, neque tamen in Traditione disertis verbis expressa est, sed, quod mirum, abjecta ibi et relicta. — Haec ille. — 5808. Dzirwet el-multeckit, fastigium colligentis, auctore *Mohammed Ben Ali Lakhmi*, anno [616 (inc. 19. Mart. 1219)] mortuo. — 5809. Dzeriat el-ebrar, auxilium piorum de praedicatione prophetae electi. *Casídu* in *Lám* desinens a *Sháni Efendi* composita, quae nonaginta sex versus continet. Triplicavit eam poeta quidam persice, qui ita incipit:

O tu, qui viros expertos propulis, propera migrationem meam.

5810. El-Dzeriat liládád el-wáridet fi el-sheríat, via ad numeros ducens in lege obvios, auctore *Shems-ed-dín Mohummed Ben Ahmed Ben-elimád Afcahesi*, anno 867 (inc. 26. Sept. 1462) mortuo. — 5811. El-Dzeríat ila ma'rifet asrár el-sheríat, via ad cognitionem secretorum legis, auctore Sheikh *Nejm-*

عبد القوی الطوفی الحنبلی المتوفی سنة ٧١٠ ٥٨١٢ الذریعة الی مکارم الشریعة للامام ابی القسم حسین بن محمد بن الفضل الراغب الاصفهانی ذکره فی اوآئل مفرداته اوله نسئل الله تعالی الذی هو سبب الوجود نورًا یهدینا الی الاقبال علیه الخ وهی علی سبعة فصول ١ فی احوال الانسان وقواه وفضله ٢ فی العقل والعلم والنطق ٣ فیما یتعلّق بالقوی الشهوانیّة ٤ فیما یتعلّق بالقوی الغضبیّة ٥ فی العدالة والظلم ٦ فیما یتعلّق بالصناعات ٧ فی ذکر الافعال قیل انّ الامام حجّة الاسلام الغزالی کان یستصحب کتب الذریعة دآئمًا ویستحسنه لنفاسته ٥٨١٣ الذرّیّة الدرّیّة الطاهرة لابی بشر محمد بن احمد الدولابی الحافظ المشهور المتوفی سنة ٣١٠ من اجزآء الحدیث ذکره فی الفصول المهمّة ٥٨١٤ ذکر الصالحین لداود بن محمد الاودنی [الحنفی] المتوفی سنة ... ولابی عبد الرحمن بن ابی اللیث البخاری المتوفی سنة ... ذکره صاحب الخلاصة ٥٨١٥ ذکر العالمین للامام حجّة الاسلام ابی حامد محمد بن محمد الغزالی

*ed-din Soleimán Ben Abd-el-cawi Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. — 5812. El-Dzeriat ila mekárim el-sheriat, via ad praestantias nobiles legis, auctore Imám *Abu'lcásim Hosein Ben Mohammed Ben-elfadhl El-Rághib El-Isfaháni*, qui de eo libro ab initio operis *Mofridat* loquitur. Incipit ita: Rogamus Deum, qui existentiae caussa est, lucem, quae nos ad ejus benevolentiam ducat etc., et continet septem sectiones: — 1. de conditione, facultatibus et praestantia hominis — 2. de mente, scientia et facultate loquendi — 3. de iis, quae ad facultates sensuum pertinent — 4. de iis, quae facultates irritabiles spectant — 5. de justitia et injustitia — 6. de iis, quae ad artes pertinent — 7. de actionibus. Imam *Hojjet el-islám Ghazáli* librum *Dzeriat* semper secum habuisse et propter pretium suum magnopere approbasse dicitur. — 5813. El-Dzorriyet El-Derriyet El-Táhiret, progenies splendens et pura, auctore *Abu Bishr Mohammed Ben Ahmed Dunlábi* El-Hafitz clarissimo, anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuo, qui hunc fasciculum de traditionibus agentem in libro *El-Fosúl El-Mohimmet* commemorat. — 5814. Dzikr el-salihín, descriptio virorum sanctorum, auctoribus *Dawud Ben Mohammed Udeni* [Hanefita], anno ... mortuo, et *Abu Abd-el-rahman Ben Abi'lleith Bokhári*, anno ... mortuo. Commemorat librum auctor operis *Khaliset*. — 5815. Dzikr el-alimín, descriptio virorum doctorum, auctore Imám *Hojjet el-islam Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111)

المتوفى سنة ٣٥١ ٥٨١٦ ذمّ الحسد لابن ابى الدنيا ولابى بكر محمد بن حسن المعروف بنقاش الموصلى المتوفى سنة ٣٥١ [وقيل غير ذلك] ٥٨١٧ ذمّ الخطاء فى الشعر لابى الحسين احمد ابن فارس اللغوى القزوينى [المالكى] المتوفى سنة ٣٩٥ ٥٨١٨ ذمّ الخمر للعلّامة ابى نصر محمد الشهير بمير صدر الدين الشيرازى رسالة الّفها سنة احدى واربعين وثمانمائة وبيّن فيها احوالها اولها استغفر الله العظيم الذى الخ ٥٨١٩ ذمّ الدنيا للشيخ الامام احمد الحنبلى الحموى ٥٨٢٠ ذمّ الغضب لابن ابى الدنيا وله ذمّ الغيبة ٥٨٢١ ذمّ الغيبة لابى الحسين احمد بن فارس المارّ ذكره ذكره ابن حجر فى المجمع ٥٨٢٢ ذمّ الكلام لابى اسمعيل عبد الله ابن محمد الانصارى الهروى المعروف بشيخ الاسلام المتوفى سنة ٤٨١ وانتقاه الامام برهان الدين ابراهيم بن عمر البقاعى المفسّر حين سمع من الشيخ شهاب الدين ابن حجر الحافظ [العسقلانى] بالقاهرة فى شهر رمضان سنة ست واربعين وثمانمائة وسمّاه احسن الكلام ومنتخبه

---

mortuo. — 5816. Dzemm el-hasad, vituperatio invidiae, auctoribus *Ibn Abi'ldunya* et *Abu Bekr Mohammed Ben Hasan Mausili*, vulgo *Naccásh* dicto et anno 351 (inc. 9. Febr. 962) mortuo. [Alii etiam libri praeter illos eundem titulum prae se ferre dicuntur]. — 5817. Dzemm el-khatá, vituperatio vitiorum in poesi, auctore *Abu'lhosein Ahmed Ben Fáris Cazwini* Lexicologo [Malikita], anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuo. — 5818. Dzemm el-khamr, vituperatio vini. Libellus, quem vir doctissimus *Abu Nasr Mohammed Shirázi*, vulgo *Mír Sadr-ed-dín* dictus, anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) composuit, incipit ita: Veniam rogo Deum magnum, qui etc., et auctor omnia, quae vinum spectant, exponit. — 5819. Dzemm el-dunya, vituperatio rerum terrenarum, auctore Sheikh et Imám *Ahmed Hanbali Hamawi*. — 5820. Dzemm el-ghadhab, vituperatio irae, auctore *Ibn Abi'ldunya*. Idem Vituperationem obtrectationis edidit. — 5821. Dzemm el-ghibet, vituperatio obtrectationis, auctore *Abu'lhosein Ahmed Ben Fáris* supra laudato. Commemorat librum *Ibn Hajr* in *El-Mojmi'*. — 5822. Dzemm el-kelám, vituperatio orationis, auctore *Abu Ismaíl Abdullah Ben Mohammed Ansári Herewi*, vulgo *Sheikh el-islám* dicto et anno 481 (inc. 27. Mart. 1088) mortuo. Meliora libri selecta edidit Imám *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Omar Berái* Corani interpres, cum Cahirae mense Ramadhán anni 846 (inc. 12. Mai. 1442) scholis Sheikhi *Shehâb-ed-dín Ibn Hajr* [*Ascaláni*] *El-Háfitz* interesset, epitomenque *Ahsan el-kelám* appellavit. Exstat

الكبير ومنتخبه الصغير كلاهما له ذكر ابن حجر في المجمع ٥٨٢٣ ذمّ المكس للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ وله ذمّ زيارة الامرآء وذمّ القضآء ٥٨٢٤ ذمّ الملاهي لابي بكر عبد الله بن محمد بن عبيد بن ابي الدنيا ٥٨٢٥ ذمّ الوسواس للحافظ ابي محمد المقدسي ٥٨٢٦ ذو الوشاحين للسيوطي ذكره في فهرسته من النوادر

٥٨٢٧ العلم الذوقي

٥٨٢٨ ذهاب البصر لمحمد بن علي الغساني المتوفى سنة ٦٣٦ ٥٨٢٩ الذهب الابريز جمع فيه خواصّ اسرار [اي] القران التي جربها الفقيه في خواصّ كتاب الله العزيز للشيخ الامام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي مختصر اوله الحمد لله الموصوف بصفات الكمال الخ ٥٨٣٠ الذهب الابريز المحرّر في اقتفآء علم الرمل والاثر للشيخ احمد بن علي بن احمد المحلّي الشهير بابن زنبل الرمّال اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ٥٨٣١ الذهب المسبوك في ذكر

epitome major et minor: utraque cum auctorem habet, et ab *Ibn Hajr* in *El-Mojme'* commemoratur. — 5823. Dzemm el-maks, vituperatio tributi *Maks* dicti, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Idem Vituperationem moris Emiros visitandi et Vituperationem muneris judicis edidit. — 5824. Dzemm el-meláhi, vituperatio ludicrorum, auctore *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed Ben Obeid Ben Abi'ldunya.* — 5825. Dzemm el-weswas, vituperatio moris mala suggerendi, auctore Háfitz *Abu Mohammed Codsi.* — 5826. Dzu el-wisháhein, qui duplici balteo praeditus est, auctore *Soyuti*, qui librum in Catalogo in scriptionibus historiis raris repletis numerat.

5827. El-Ilm El-Dzueki. Doctrina sensus pulchri et venusti.

5828. Dzehab el-basar, amissio visus, auctore *Mohammed Ben Ali Ghassáni*, anno 636 (inc. 14. Aug. 1288) mortuo. — 5829. El-Dzeheb El-Ibriz, aurum purissimum. Imam *Abu Hámid Ghazáli* hic collegit virtutes secretas Corani, quas ipse expertus est. Continet igitur hoc compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui attributis perfectis distinctus est etc., descriptionem proprietatum libri divini pretiosi. — 5830. El-Dzeheb El-Ibriz El-Moharrer, aurum purissimum accurate scriptum de praeferenda scientia e figuris in arena descriptis interrogantibus respondendi et signorum obscurorum, auctore Sheikh *Ahmed Ben Ali Ben Ahmed Mahalli* sortilego, vulgo *Ibn Zenbel* dicto. Incipit liber ita: Laus Deo mundorum domino etc. — 5831. El-Dzeheb El-Mesbuk, aurum liquefactum. Historia

من حجّ من الملوك للشيخ تقى الدين احمد بن على المقريزى المتوفى سنة ٨٤٥ ذكر فيه ستة وعشرين نفرًا اولهم رسول الله صلى الله عليه وسلّم ثمّ الخلفآء الراشدين ثمّ من حجّ من الملوك الى زمنه فى خمسة اجزآء واتمّه فى ذى القعدة سنة احدى واربعين وثمانمائة ٥٨٣٢ الذهب المسبوك فى سير الملوك لابن الجوزى ابى الفرج ذكره فى الجريدة ٥٨٣٣ ذهب المكارم ٥٨٣٤ الذهب اليوسفى والمورد العذب الصافى ديوان شعر ليوسف المغربى ابن خربى المصرى ذكره الشهاب ٥٨٣٥ ذهبيّة العصر لابن الشهاب وهو احمد بن يحيى بن فضل الله العمرى المتوفى سنة ٧٤٩ اوله الحمد لله على ما علم الخ قال لمّا رأيت [اكثر] الناس اصدقآء العظم الرميم واعدآء الاحيآء قمت لاهل عصرى منتقرًا وجنيت لفحول الرجال وجمعت فيه ذيل المشرق والمغرب وقصرته على اهل المائة الثامنة وقسمته قسمين الاول القسم الشرقى والثانى القسم المغربى ذكر اشعارهم واخبارهم كاليتيمة ٥٨٣٦ الذيل التامّ لدولة الاسلام

regum, qui sacrum iter Mekkanum fecerunt, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ahmed Ben Ali Macrízi*, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. Commemorat in quinque partibus viginti sex homines, quorum primus est legatus divinus, cui Deus faveat, tum Khalifas rectam viam insistentes, denique reges, qui usque ad tempus auctoris illud iter fecerunt, librumque mense Dzi'lca'det anni 841 (inc. 5. Jul. 1437) absolvit. — 5832. El-Dzeheb El-Mesbúk, aurum liquefactum. Biographiae regum ab *Abu'lfaraj Ibn-eljauzi* editae et in *El-Jerídet* commemoratae. — 5833. Dzeheb el-mekárim, aurum virtutum nobilium. — 5834. El-Dzeheb El-Yusufi we El-Maurid El-Adzb El-Safi, aurum Josephicum et aquatio dulcis et pura. Corpus carminum a *Yusuf Maghrebi Ibn-elharbi Misri* editum et a *Shehâb-ed-din* laudatum. — 5835. Dzehebiyet el-asr, scriptio aurea saeculi, ab *Ahmed Ben Yahya Ben Fadhlallah Omari*, vulgo *Ibn Shehâb-ed-din* dicto, qui anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) obiit, edita et ita incipiens: Laus Deo pro iis, quae docuit etc. — Auctor: Cum [plurimos], ait, homines amicos esse vidissem ossium cariosorum et hostes viventium, scribendo viris saeculi mei succurri, praestantissimos viros collegi, Orientis et Occidentis ibi lacinias congessi, et in viris saeculi octavi substiti totumque in duas partes divisi, quarum prior Orientem, posterior Occidentem complectitur. Commemorat illorum carmina et historiam, quemadmodum in *Yetímet* factum est. — 5836. El-Dzeil El-Tamm, appendix perfecta ad dynastiam

للسخاوي ٥٨٣٧ ذيل التنزيل تفسير مختصر كالجلالين تمّ في اول شعبان سنة ثمن واربعين
والف ٥٨٣٨ ذيل تواريخ الحافظ الذهبي والبرزالي وابن كثير لابي بكر بن احمد بن محمد
ابن عمر بن محمد بن قاضي شهبة الاسدي من سنة احدى واربعين وسبعمائة اوله الحمد
لله مميت الاحياء ومحيي الاموات الخ

Islami, auctore *Sekhâwi.* — 5837. Dzeil el-tenzíl, appendix ad revelationem. Commentarius in Coranum brevis ad instar illius, quem duo *Jelâl-ed-dini* ediderunt. Absolutus est initio mensis Shaban anni 1048 (inc. 5. Mai. 1638). — 5838. Dzeil tewáríkh, appendix ad historias ab Hâfitz *Dzehebi*, *Berzâli* et *Ibn Kethír* editas, auctore *Abu Bekr Ben Ahmed Ben Mohammed Ben Omar Ben Mohammed Ben Câdhi Shohbeh Asedi*, qui ab anno 741 (inc. 27. Jun. 1340) proficiscitur et ita incipit: Laus Deo, qui viventibus vitam adimit et mortuis eam reddit etc.

## باب الراء المهملة

٥٨٣٩ راحة الارواح للمسعودى ذكره فى مروج الذهب وقال رسمناه باخبار سير ملوك الامم
واخبار مقاتليهم ٥٨٤٠ راحة الارواح فى الحشيش والراح للشيخ تقى الدين البكرى الدمشقى
اوله الحمد لله الذى جعل مأوى المتقى جنّة النعيم الخ ٥٨٤١ راحة الارواح فى ... لابى احمد
حسن بن عبد الله العسكرى المتوفى سنة ٣٨٢ ٥٨٤٢ راحة الارواح فى دفع عاهة الاشباح رسالة
مختصرة فى امر الطاعون لعلّامة احمد بن سليمان بن كمال باشا المتوفى سنة ٩٤٠ رتّب على
مقدّمة وابواب ٥٨٤٣ راحة الانسان فى الطبّ لابى طاهر ابراهيم بن محمد الغزنوى الحكيم الثقة
للمأمون خليفة ٥٨٤٤ راحة الصبيان فارسى فى لغة الفرس بالعربى مرتّبا على الحروف ٥٨٤٥ راحة

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA *RA* PUNCTO DIACRITICO DESTITUTA INCIPIUNT.

5839. Rahat el-arwáh, quies spirituum, auctore *Mes'údi*, qui hunc librum in *Morúj el-dzeheb* commemorat et adjicit: Descripsimus ibi biographias regum populorum diversorum et historiam eorum certaminum. — 5840. Rahat el-arwáh fi el-hashísh we el-ráh, quies spirituum de herba *Hashísh* et vino, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Bekri Dimeshcki*, qui ita incipit: Laus Deo, qui piorum mansionem Paradisum amoenitatis fecit etc. — 5841. Ráhat el-arwah, quies spirituum de . . ., auctore *Abu Ahmed Hasan Ben Abdallah Askeri*, anno 382 (inc. 9. Mart. 992) mortuo. — 5842. Ráhat el-arwáh, quies spirituum de noxa a corporibus removenda. Tractatus brevis de pestilentia in praefationem et capita divisus, auctore viro doctissimo *Ahmed Ben Soleimán Ben Kemálpásha*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 5843. Rahat el-insán, quies hominis. Liber de medicina, quem *Abu Táhir Ibráhím Ben Mohammed Ghaznewi* Medicus Khalifae *Mamún* composuit. — 5844. Ráhat el-subyán, quies puerorum. Tractatus lexicologus persicus de lingua Persarum arabice exposita, alphabetice ordinatus. — 5845. Ráhat

اللزوم في شرح لزوم ما لا يلزم يدنى في اللام ٥٨٤٦ راحة النفوس في ترجمة رجوع الشيخ الى صباه وهو على قسمين كل منهما على اربعة فصول لمصطفى بن احمد الكليبولي المتخلص بعلى المتوفى سنة [١٠٠٨] ألفه للسلطان محمد خان امير مغنيسا سنة ٩٧٧ بجبل بوز طاغ موضع يايلاق ولايت آيدين ٥٨٤٧ رازنامه تركى للمولى حسين الكفوى المتوفى سنة جمع فيه ما جاء موافقا بمقتضى الحال من الابيات والكلمات حين التفاؤل من ديوان حافظ وغيره ٥٨٤٨ رأس مال النديم ٥٨٤٩ رافع الارتياب عن اسماء رجال الحديث للخطيب ٥٨٥٠ رافع الشقاق في مسألة الطلاق لتقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ٥٨٥١ رافع الكلفة عن الاخوان فيما قدم فيه القياس على الاستحسان لنجم الدين ابراهيم بن على الطرسوسى المتوفى سنة ٧٥٨ ٥٨٥٢ الرامزة قصيدة في علمى العروض والقافية للشيخ الاديب ضياء الدين ابى محمد عبد الله الخزرجى ولها شروح كثيرة اقدمها شرح الشريف الاندلسى

el-lozum, quies necessitatis. Commentarius in *Casídam Lozum má lá yelzem*, de qua litera *Lám* videatur. — 5846. Rahat el-nofús, quies animarum. Interpretatio operis *Roju' el-sheikh ila sabáho* sive Reditus senis ad juventutem suam, duas partes complectens, quae singulae quatuor sectiones continent. Fecit eam *Mustafa Ben Ahmed Galibuli*, vulgo *Ali* dictus et anno [1008 (inc. 14. Jul. 1599)] mortuus, jussu Sultani *Mohammed Khán* Emiri Magnesiae anno 977 (inc. 16. Jun. 1569) in monte *Buztágh*, qui locus aestivus est in praefectura *Aidín*. — 5847. Raz-nameh, liber secretorum turcice, in quo Molla *Hosein Kufuri*, anno . . . defunctus, versus et verba convenientia collegit, quae status postulat, quando omen e Diwano *Háfitzi* aliisque libris capiendum est. — 5848. Rás mal el-nedím, summa principalis compotoris — 5849. Rafi' el-irtiyáb, liber qui dubia removet a nominibus virorum in traditionibus obviorum, auctore *El-Khatíb*. — 5850. Rafi' el-shicac, liber qui discordiam removet de quaestione divortii, auctore *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 5851. Rafi' el-koffet, liber, qui molestiam ab amicis de iis rebus removet, ubi argumentatio potior est sola approbatione, auctore *Nejm-ed-dín Ibrahím Ben Ali Tarsusi*, anno 758 (inc. 25. Dec. 1356) mortuo. — 5852. El-Ramizet, *Casida* indicium faciens de duabus doctrinis prosodiae et homoeotelentorum versuum, auctore Sheikh philologo *Dhiyá-ed-dín Abu Mohammed Abdallah Khazreji*. Plures in eam inveniuntur commentarii, quorum antiquissimus ille est, quem *El-Sherif El-Andalusi* scripsit.

وشرح ايضا الشيخ شمس الدين محمد بن محمد الدلجى العثمانى الشافعى المتوفى سنة شرحا ممزوجا اوله اللهمّ انّا ممّا منحتنى من بسيط جودك الوافر الخ وسمّاه رفع حاجب العيون الغامزة عن كنوز الرامزة ٥٨٥٣ رامُوز فى اللغة للسيّد محمد بن السيّد حسن يشتمل على جميع لغات الجوهرى والمغرب والفائق والغرر والنهاية اوله الحمد لله حقّ حمده الخ قال انّ كتاب الصحاح لما فيه تطويل واطناب بايراد كثير ممّا يستغنى عنه من الامثال والشواهد والانساب واختصره بعض الفضلاء ولكنّه اخلّ كما انّ الاصل اسهب واملّ وزاد فيه فوائد فاضفت الى ما اختاره وجميع ما اهمله من اللغة ثمّ الحقت غرائب المثبتة فى المغرب وعثرت عليها فى الفائق والنهاية وبسطت الكلام بعض البسط ثمّ انّى بعد ما فرغت سمعت من واحد من العلماء انّ ما نقله الجوهرى مطعون وما نقلته من المختصر ليس ممّا يؤمن مبانيه وما زلت اسأل الله سبحانه وتعالى ان يطلعنى على مواضع التى علمته حتى وفقنى الله سبحانه وتعالى الى المطالعة فى القاموس واطلعت فيه الى ما ركب الجوهرى فيه

Porro Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Mohammed Delji Othmáni* Shafiita anno ... mortuus, commentarium, qui textum admixtum habet et ita incipit: O mi Deus, de eo, quod mihi ex amplitudine benevolentiae Tuae copiosae largitus es etc., edidit et *Raf'o' hájib el-oyún el-ghámizet en konúz El-Rámizet* nominavit. — 5853. **Rámúz**, mare, auctore *Seyyid Mohammed Ben-elseyyid Hasan.* Liber lexicologus, qui summam verborum apud *Jauheri* et in lexicis *Mughrib*, *Fáïc*, *Ghorer*, *Niháyet* comprehendit et ita incipit: Laus Deo talis, quali dignus est etc. Auctor haec monet: Liber *Siháh* cum nimis longus sit et prolixus in afferendis multis exemplis, locis probantibus et genealogiis, quibus quis facile carere possit, et alius vir bene meritus illum in epitomen coegerit, quae ut archetypum nimia verbositate vexat, ita nimia brevitate laboret, et utiles ibi adnotationes adjecerit, ad hanc epitomen et ad omnia ea, quae ex lexicologia neglexerat, mea aspersi. Addidi porro res raras, quas in *Mughrib* inveni et in *Fáïc* et *Niháyet* deprehendi et aliqua parte copiose exposui. Deinde cum rem absolvissem, ex viro quodam docto audivi, quae *Jauheri* attulisset, ea obtrectatione laborare, et quae ex epitome depromsissem, non ita esse comparata, ut eorum structura firmis fundamentis stabiliretur, nec Deum rogare desii, ut me locos doceret, quos ei indicavi, donec Deus clementia sua ad legendum Camusum me duceret, ubi cognovi, quae illa omnia essent, in quibus

من التصحيف فشمرت عن ساق جدّي على ان اقيم ما ثبت من الاود حتى فرغت فتمّمت ما غفل عنه وسهى ونقلت عنه اسماء المحدّثين ونسبهم واجتنبت عن الاطناب فشرت الى قول سبحانه وتعالى بحرف ق والى الحديث بحرف ح والى الاثر بحرف ر والى الجمع بحرف ج والى الموضع بحرف ع والى الجبل بحرف ل والى تأنيث الصفات التى تجرى على مذكّرها بحرفى ته معناهما المؤنث والى اسم رجل بحرفى سم واشرت بحرفى عز الى المتعدّى واللازم ٥٨٥٤ رايات البلاغة ٥٨٥٥ راى آراى فارسى لمحمد بن احمد النيسابورى

٥٨٥٦ الرأى المعتبر فى معرفة القضاء والقدر لشمس الدين محمد بن عبد الله الحكيم الدمشقى المعروف بابن اللبودى المتوفى سنة [٦٦١] ٥٨٥٧ رائض فى الفرائض لمحمود بن عمر العلامة جار الله الزمخشرى الخوارزمى المتوفى سنة ٥٣٨ ٥٨٥٨ رائض فى الفرائض لابى غانم محمد بن عمر بن احمد ابن العديم الحلبى المتوفى سنة ٦٩٥ ٥٨٥٩ رباب نامه وانتخبه يوسف الشهير

---

*Jauheri* errores admisisset. Denudavi igitur tibiam studii mei, ut peragerem, quae non sine molestia in hac re peragenda essent, donec absolvissem, eaque exposui, quae neglexerat et incuria praetermiserat. Assumsi inde nomina et genealogias traditionariorum, studiose nimiam verbositatem evitans. Indicavi autem verba Corani divina litera *Cáf*, traditiones litera *Há*, effata sociorum prophetae litera *Rá*, pluralem numerum litera *Jím*, loca litera *Aïn*, montes litera *Lám*, genus femininum adjectivorum ab eorum masculinis derivatum duabus literis *Thá* et *He*, quae femininum significant, et nomina virorum literis *Sín* et *Mím*. Denique verba transitiva et intransitiva literis *Aïn* et *Zá* insignivi. — 5854. Rayát el-belághat, signa eloquentiae. — 5855. Raï araï, consilium exornans, auctore *Mohammed Ben Ahmed Nisabúri*. Persice. — 5856. El-Raï El-Motaber, consilium grave de cognitione decreti aeterni et providentiae divinae, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abdallah* Medico Damasceno, vulgo *Ibn-ellobúdi* dicto et anno [661 (inc. 15. Nov. 1262] mortuo. — 5857. El-Raïdh fi el-feraïdh, liber docens de jure haereditario, auctore doctissimo *Járallah Mahmud Ben Omár Zamakhsheri Khowarezmi*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. — 5858. El-Raidh fi el-feraidh, liber docens de jure haereditario, auctore *Abu Ghánim Mohammed Ben Omar Ben Ahmed Ibn-eladim Halebi*, anno 695 (inc. 10. Nov. 1295) mortuo. — 5859. Rubab-nameh, liber de pandura. *Yusuf*, vulgo *Sinehják* dictus et anno 953

بسبند جدّ المتوفى سنة ٩٥٣  ٥٨٦٠ رباعيّات لابى بكر محمد بن عبد الله بن ابراهيم الشافعى
البغدادى البزّار المحدث المتوفى سنة ٣٥٤ تخريج ابى الحسن الدارقطنى وتسمّى هذه الرباعيّات
ايضا الجزء الرابع والثمانون من فوائد الشافعى يجمع منها رواية الاصيلى اى رباعيّات الاسانيد
للبخارى وفيه الدرر الدرارى فى شرح رباعيّات البخارى لاحمد بن محمد الشامى الشافعى
اوله الحمد لله الذى احسن الحديث الخ استخرجها من جامع الصحيح مستمدًّا من شرح
الكرمانى وتنقيح الزركشى مع زيادات انبهنا بقلت  ٥٨٦١ رباعيّات الترمذى  ٥٨٦٢ رباعيّات
مسلم بن الحجاج القشيرى  ٥٨٦٣ رباعيّات كنجعه لاهلى شيرازى المتوفى سنة ٩٤٣ نظم
فيه ما هو مناسبًا للصور وعددها كقوله نه غلام وسه غلام  ٥٨٦٤ ربط السور والآيات
لمحمد بن مبارك المعروف بحكيم شاه القزوينى المتوفى سنة  ٥٨٦٥ ربط الشوارد فى حلّ
الشواهد فى النحو لمحمد بن ابراهيم بن يوسف البادمى الحلبى  ٥٨٦٦ ربعة فى

(inc. 1. Mart. 1546) mortuus, meliora ejus excerpsit. — 5860. Robáiyát, traditiones quaternariae i. e. quae per quatuor relatorum seriem ad legatum divinum referuntur, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Ben Ibráhím* Shafiita, byssario Bagdadensi et traditionario, anno 354 (inc. 7. Jan. 965) mortuo. Elicuit eas *Abu'lhasan Dáracotni.* Hae *Robáiyát* etiam fasciculus octogesimus quartus adnotationum utilium Shafiitae nominantur, et ex illis hic ea collegit, quae *Asíli* tradiderat, quaternarias scilicet sive traditiones per quatuor relatorum seriem a *Bokhári* allatas. De eadem re habemus librum *El-Dorer El-Derári*, ab *Ahmed Ben Mohammed Shámi* Shafiita editum, qui commentarius est quaternariarum *Bokhári*i et ita incipit: Laus Deo, qui traditiones rem pulchram esse voluit etc. Elicuit eas ex *Jámi' El-Sahíh*, auxilio petito ex commentario *Kermáni* et ex *Tenckíh Zerkeshi*, ita ut sua adderet, quae formula „dico" diligenter distinxit. — 5861. Robáiát El-Tirmidzi, quaternariae *Tirmidzi*. — 5862. Robaiyat Moslim, quaternariae *Moslimi Ben-elhajjáj Cosheiri.* — 5863. Robáiyát Kenjaah, quaternariae centum quadraginta octo, auctore *Ahli Shirázi.* anno 943 (inc. 20. Jun. 1536) mortuo. Metrice hic composuit ea, quae sibi literarum formis et numeris respondent, ut novem (*neh*) pueri et tres (*seh*) pueri. — 5864. Rabt el-sower we el-ayát, vincula Suratarum et versuum, auctore *Mohammed Ben Mobárek Cazwini*, vulgo *Hakím Sháh* dicto et anno ... mortuo. — 5865. Rabt el-shewárid, ligatio versuum divulgatorum de expositione locorum probantium. Liber grammaticus, auctore *Mohammed Ben Ibrahím Ben Yusuf Bádimi Halebi.* — 5866. Rabaat fi

فرائض مجلد كبير في المبسوطات لاحمد بن العروضي المتوفى سنة ...

٥٨٦٧ علم ربع الدائرة

٥٨٦٨ ربيع الابرار ونصوص الاخيار في المحاضرات لابي القاسم محمود بن عمر جار الله العلامة الزمخشري المتوفى سنة ٥٣٨ اوله الحمد لله الذي استحمد الى عباده بموجبات الحمد مما اسبغ عليهم الخ قال هذا كتاب قصد به اجمام خواطر الناظرين في الكشاف عن حقائق التنزيل وترويح قلوبهم المتعبة باجالة الفكر في استخراج ودائع علمه وخبيئه الخ ورتبه على اثنين وتسعين بابا وقد انتخبه المولى محيي الدين محمد بن الخطيب قاسم المتوفى سنة ٩٤٠ قال لما كان علم المحاضرات علماً نافعاً من العلوم العربية حتى ان المولى العلامة قد صنف فيه كتاب ربيع الابرار الا انه بحر زاخر لا يدرك غايته استخرجت من جمة فوائده على وجه الاختصار والحقت به ما عثرت عليه في كتب الادباء وسميته بروض الاخيار المنتخب من ربيع الابرار

el-feraïdh, conditio bona de jure haereditario. Volumen magnum, quod in copiosissimis numeratur, auctore *Ahmed Ben-elarudhi*, anno ... mortuo. —

5867. Ilm rab'o' el-daïret. Doctrina quadrantis circuli.

5868. Rebi' el-abrár we nosús el-akhyár, ver justorum et sanctiones piorum, auctore *Abu'lcásim Mahmud Ben Omar Járallah Zamakhsheri* doctissimo, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. Opus anthologicum, quod ita incipit: Laus Deo, qui servis suis officium injungit gratias agendi pro caussis, quae propter ea, quae iis copiose largitur, ad laudandum excitant etc. Auctor monet: Studuimus hoc libro mentes lectorum in retegendis revelationis divinae veritatibus inflammare animosque eorum tranquillare cogitatione in eliciendis caussis occupata defatigatos, quibus ad cognoscendam revelationem ejusque arcana ducuntur etc. Vir quidam librum in nonaginta duos libros disposuit, et Molla *Mohyi-ed-din Mohammed Ben-elkhatib Casim*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, meliora ejus in epitome collegit, et: Cum, ait, doctrina anthologica in utilibus Arabum doctrinis numeretur, ita ut Molla doctissimus de ea librum *Rebi' el-abrár* composuerit, nisi quod illa mare exundans sit, cujus fundus attingi non possit, ex ejus rebus utilibus potiora elicui verbis brevioribus usus adjecique ea, quae in libris philologorum inveni. Epitomen *Raudh el-akhyár e Rebi' el-abrár* electam inscripsi. Haee ille. —

انتهى ورتّبه على خمسين روضة وذيل فى تأريخه جآء بفضله واختصره رجل آخر ايضا سمّاه انوار الربيع ٥٨٦٩ ربيع الجنان فى المعانى والبيان لحسام الدين حسن بن على الابيوردى الخطيب الشافعى المتوفى سنة ٨١٦ ٥٨٧٠ ربيع القلوب وروح الغيوب فى ذكر اسمآء المحبوب ٥٨٧١ رتبة الحكيم فى الكيميآء للشيخ الفيلسوف ابى محمد مسلمة بن احمد بن عمر بن وضّاح المجريطى [امام الرياضيين بالاندلس المتوفى سنة ٣٩٥] اربع مقالات وهو مجلّد اوّله الحمد لله العزيز الوهّاب مسبّب الاسباب الخ ذكر فيه انّ الذى دعاه الى تأليفه الذى وسمه بمدخل التعليم وسمّاه رتبة الحكيم انّه رأى اهل زمانه ينتحلون الحكمة ويتعاطون الفلسفة وهم فى بيدآء الحيرة تائهون فلمّا غلقت الحكمة دونهم ابوابها وقطعت بهم اسبابها اذا قنعوا عوضا عن الحقّ الذى تنتهى الحدود اليه ووجدنا الاسرار الطبيعيّة التى سمّتها الاوآئل اسرارًا ووضعت الاوآئل جميع علومها ونتآئج هذه العلوم نتيجتين احداهما سمّتها الاوآئل كيميآء

Disposuit eam in quinquaginta *Raudhat* sive hortos et chronostichon addidit, quo indicatur, opus anno 921 (inc. 15. Febr. 1515) absolutum esse. Denique vir alius etiam ejus epitomen edidit *Anwár el-rebí* inscriptam. — 5869. Rebí el-jinan, ver hortorum de doctrina sententiarum et expositionis, auctore *Hosám-ed-dín Hasan Ben Ali Abiwerdi El-Khatib* Shafiita, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuo. — 5870. Rebí el-colub we Ruh el-ghoyub, ver animarum et spiritus mysteriorum. Descriptio nominum amati (Dei). — 5871. Rotbet el-hakím, gradus sapientis de alchymia, auctore Sheikh philosopho *Abu Mohammed Maslema Ben Ahmed Ben Omar Ben Wedhdhá' Mejriti*, [mathematicorum Andalusenorum principe, anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuo]. Quatuor libri uno volumine comprehensi, quod ita incipit: Laus Deo illustri liberalissimo caussae caussarum etc. Narrat auctor, caussam, quae se ad librum scribendum excitaverit, quem tanquam institutionis introductionem insigniverit et *Rotbet el-hakím* appellaverit, eam fuisse, quod aequales suos sapientiam profiteri et philosophiam studiose tractare viderit in deserto stuporis errantes. Cum vero philosophia iis portas praecluderet et caussas, quibus ad eam pervenire possent, praecideret, ecce nihil aliud assequi studuerunt, quam cognitionem veritatis definitionibus comparandam, et arcana naturalia invenimus, quae veteres, qui omnium arcanorum doctrinarum prima jecerunt fundamenta, prae ceteris arcana appellabant. Quae autem inde enatae sunt doctrinae, omnes duabus complectimur, quarum priorem majores Alchymiam, posteriorem Symiam vocabant. Hae sunt duae

والسيمياء سيمياء وهما علما الاوائل ومن لم يحصل اليها فليس بحكيم وان احكم واحدة منهما فهو نصف حكيم لانّ الكيمياء في معرفة الارواح الارضيّة واخراج لطائفها للانتفاع بها والسيمياء وهي الارواح العلويّة واستنزال قواها للانتفاع ٥٨٧٢ رتبة الماسح وفخر القاسم للقاضي صدقة ابن احمد بن علي ٥٨٧٣ الرتبة في شرائط الحسنة تأليف الشيخ الامام محمد بن محمد ابن احمد الاشعري القرشي الشافعي مشتمل على سبعين بابًا كل باب على فصول شتى اوله الحمد لله الذي برأ النسم واجرى القلم الخ ٥٨٧٤ رتع الغزلان في الادب للشيخ بدر الدين محمد بن عبد الله المعروف بابن الزركشي المتوفى سنة ٧٩٤

### ٥٨٧٥ علم رجال الاحاديث

قال فيه سبط ابو شامة العلّامة في وصف علم التأريخ وذمّ من عابه وشانه وقد الّف العلماء في ذلك تصانيف كثيرة لكن قد اقتصر كثير منهم على ذكر الحوادث من غير تعرّض لذكر الوفيات

veterum prae ceteris disciplinae, et qui ad earum cognitionem non pervenit, philosophus non est, et qui unam tantum bene perspectam habet, dimidius est philosophus. Alchymia enim cognitio est spirituum terrestrium et ars subtiles eorum veritates eliciendi, ut commodum inde capiatur. Symia occupata est spiritibus coelestibus et arte cernitur eorum vires coelitus eliciendi, ut inde etiam utilitas comparetur. — 5872. **Rotbet el-másih we Fakhr el-casim**, gradus mendacis et gloria dividentis, auctore Cádhi *Sadaca Ben Ahmed Ben Ali.* — 5873. **El-Rotbet fi sheraït el-hasenet**, ordo de conditionibus boni operis, auctore Sheikh et Imam *Mohammed Ben Mohammed Ben Ahmed Ash'ari Coreshi* Shafiita. Opus septuaginta capita complectitur, quae singula in varias sectiones divisa sunt, et incipit ita: Laus Deo, qui halitum creavit et calamum movet etc. — 5874. **Rat'o' el-ghizlan**, libera pastura hinnulorum de philologia, auctore Sheikh *Bedr-ed-din Mohammed Ben Abdallah*, vulgo *Ibn-elzerkeshi* dicto et anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo.

### 5875. Ilm rijal el-ahádíth. Doctrina de iis viris, qui re traditionaria occupati fuerunt.

Loquitur de ea *Sibt Abu Sháme* doctissimus in capite, ubi historiae doctrinam describit et eos perstringit, qui vituperant illam et abjiciunt, ita: Viri docti de hac doctrina multa opera composuerunt, attamen eorum plures in describendis rebus gestis acquieverunt, mortes commemorare plane negligentes, ut id factum est in historia ab

كتأريخ ابن جرير ومروج الذهب والكامل وان ذكر اسم من توفى فى تلك السنة فهو عار عمّا له من المناقب والمحاسن ومنهم من كتب فى الوفيات مجرّدًا عن الحوادث كتأريخ نيسابور للحاكم وتأريخ بغداد لابى بكر الخطيب والذيل عليه للسمعانى وهذا وان كان اهمّ النوعين فالفائدة انّما تتمّ بالجمع بين الفنّين وقد جمع بينهما جماعة من الحفّاظ منهم ابو الفرج [ابن الجوزى] فى المنتظم وابو شامة فى الروضتين والذيل عليه وصل الى سنة خمس وستين وستمائة وقد ذيّل عليه الحافظ علم الدين البرزالى وممّن جمع بين النّوعين ايضا الحافظ شمس الدين الذهبى لكن الغالب فى العِبَر الوفيات وجمع بينهما الشيخ عماد الدين ابن كثير فى البداية والنهاية واجود ما فيه السير النبويّة وقد اخلّ بذكر خلائق من العلماء وقد يكون من اخلّ بذكره اولى ممّن ذكره مع الاسهاب المخلّ وفيه اوهام قبيحة لا تسامح وقد صار الاعتماد فى مصر والشام فى نقل [التواريخ] فى هذا الزمن على هؤلاء الحفّاظ الثلاثة البرزالى والذهبى وابن كثير وانّما تأريخ البرزالى فتنتهى الى آخر سنة ٧٣٨ ومات فى

*Ibn Jerír* edita, in *Morúj el-dzeheb* et in *El-Kámil*. Quodsi nomen viri, qui hoc vel alio anno mortuus est, commemoratur, laude virtutis et bonitatis gloria privatum est. Alii mortes tantum descripserunt omissis rebus gestis, ut videmus in historia Nisaburiensi ab *Hákim* edita et in Bagdadensi, quam *Abu Bekr El-Khatíb* scripsit et *Sim'ani* continuavit. Licet haec ratio scribendi majoris momenti sit quam altera, utilitas plena nonnisi ex conjunctione duorum generum comparatur. Plures igitur Hafitzi utrumque genus conjunxerunt, ut *Abu'lfaraj* [*Ibn-eljauzi*] in *El-Muntetzim*, *Abu Sháme* in *El-Raudhatein* et in appendice, quae ad annum sexcentesimum sexagesimum quintum progreditur. Continuavit eam El-Hafitz *Ilm-ed-dín Berzáli*. Porro utrumque genus etiam conjunxerunt El-Háfitz *Shems-ed-dín El-Dzehebi*, attamen in opere *Iber* mortes prae ceteris descripsit, et Sheikh *Imád-ed-dín Ibn Kethír* in *El-Bedáyet we El-Niháyet*, ubi optimum quod legitur descriptio vitae prophetae est, neglexit enim de multis viris doctis loqui. Interdum etiam ii, quorum descriptio omissa est, praestantiores illis sunt, de quibus cum verbositate quadam haud convenienter loquitur: errores enim hic irrepserunt turpes et haud condonandi. Hac aetate autem in Aegypto et Syria, quando testibus utuntur historicis, praeter ceteros ad hos tres Hafitzos recurrunt, ad *Berzáli*, *Dzehebi* et *Ibn Kethír*. *Berzáli* in historia sua ad finem anni 738 (inc. 30. Jul. 1337) pervenit,

السنة الآتية واما الذهبى فانتهى تأريخه الى اخر سنة ٧٤٠ وقد اخبر قبل موته بمدّة سنة احدى واربعين وسبعمائة واما ابن كثير فالمشهور انّ تاريخه انتهى الى اخر سنة ٧٣٨ وهو آخر ما لخّصه من تأريخ البرزالى وكتب حوادث الى قبل وفاته بسنتين ولمّا لم يكن من سنة ٧٤١ ما يجمع الامرين على الوجه الاتمّ شرع شيخنا الحافظ مفتى الشأم شهاب الدين احمد بن يحيى السعدى فى كتابه ذيلا من اول سنة احدى واربعين وسبعمائة على وجه الاستيعاب للحوادث والوفيات فذكر فى كلّ شهر ما فيه من الحوادث والوفيات فكتب [منه] سبع سنين ثمّ شرع من اول سنة ٧٦٩ فانتهى الى اثناء ذى القعدة سنة ٨١٥ وذلك قبل ضعفه ضعف الموت غير انّه سقط منه سنة خمس وسبعين فعدمت وكان قد اوصانى ان اكمل الجزء من اول سنة ثمان واربعين الى آخر سنة ثمان وستين فاستخرت الله تعالى فى تكميل ما اشار اليه ثم التذييل عليه من حين وفاته ثمّ رأيت فى سنة ٧٨١ فما بعدها الى آخر سنة ثمان واربعين فوائد

et insequenti anno mortuus est; *Dzehebi* ad finem anni 740 (inc. 9. Jul. 1339) progressus est, et ante mortem suam partem etiam anni 741 attigit. *Ibn Kethír* denique, ut satis constat, historiam suam ad finem anni 738 (inc. 30. Jul. 1337) continuavit, qui ultimus eorum est, quos ex historia *Berzáli* excerpsit: res gestas autem usque ad annum ante mortem suam secundum descripsit. Cum deinde ab anno 741 (inc. 27. Jun. 1340) inde nullus liber exstaret, qui ratione idonea et perfecta utrumque genus conjungeret, Sheikh noster El-Hafitz et Syriae Mufti *Shehâb-ed-dîn Ahmed Ben Yahya Sadi* in libro suo appendicem ab initio anni 741 incepit, nulla parte relicta res gestas et mortes ita describens, ut quae singulis mensibus accidissent et qui mortui essent, commemoraret et hac ratione septem annos expleret. Tum ab anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) initium fecit et ad medium mensem Dzi'lcadet anni 815 (inc. 13. Apr. 1412) progressus est, id quod fecit ante morbum, quo mortuus est, nisi quod annus septuagesimus quintus excidit, qui perditus est. Mihi autem testamento praeceperat, ut portionem ab anno quadragesimo octavo (inc. 13. Apr. 1347) usque ad finem anni sexagesimi octavi (inc. 7. Sept. 1366) absolverem: itaque Deum precibus adii, ut quod ille mihi faciendum commendaverat, peragerem et postea a tempore mortis ejus librum continuarem. Deinde res multas anno 781 (inc. 19. Apr. 1379) et quod hunc sequitur tempore usque ad annum quadragesimum octavum (inc. 13. Apr. 1347) gestas vidi et mortes ad cognoscendum utiles,

جملة من حوادث وتركت مما اهمله شيخنا ويحتاج الكتاب اليه فالحقت كثيراً منه في
الحوادث فشرعت من اول سنة ٧٤١ جمعا بين كلامه وتلك الفوائد على ان الجميع في الحقيقة له
٥٨٧٦ رجال الاربعة لابن حجر احمد بن على العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ٥٨٧٧ رجال
الصحيحين لابى القسم هبة الله بن حسن الطبرى المتوفى سنة ٤١٨ ٥٨٧٨ رجوع الشيخ الى
صباه في القوة على الباه اوله الحمد لله الذى خلق الاشياء بقدرته الخ ترجمه المولى احمد
ابن سليمان الشهير بابن كمال باشا المتوفى سنة ٩٤٠ باشارة السلطان سليم خان ذكر كتبا
كثيرة في هذا المعنى وقد جمعت فيها ولم اقصد به اعانة الممتنع الذى يرتكب المعاصى
بل قصدت اعانة من قصرت شهوته عن بلوغ امنيته في الحلال الذى هو سبب لعمارة الدنيا
ولما كمل قسمته قسمين قسم يشتمل على ثلثين بابا يتعلق باسرار الرجال وما يقويه من
الباه من الادوية والاغذية والثاني يشتمل على ثلثين بابا يتعلق باسرار النساء وما يناسبهن

quas Sheikh noster omiserat et quibus liber carere non potuit. Hinc ex illis multa capitibus rerum gestarum adjeci, et ab initio anni 741 ita incepi, ut quae ille scripserat, cum his rebus utilibus ratione ea conjungerem, quasi omnia vere ab illo profecta esse viderentur. —

5876. El-Rijal El-Arbaat, quatuor viri traditionarii, auctore *Ahmed Ben Ali Ascaláni*, vulgo *Ibn Hajr* dicto et anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 5877. Rijal El-Sahihein, traditionarii in utroque *Sahíh* obvii, auctore *Abu'lcásim Hibatallah Ben Hasan Taberi*, anno 418 (inc. 11. Febr. 1027) mortuo. — 5878. Roju' el-sheikh ila sabaho, reditus senis ad juvenilem aetatem suam de viribus venereis. Hoc opus, quod ita incipit: Laus Deo, qui potentia sua res creavit etc., Molla *Ahmed Ben Soleimán*, vulgo *Ibn Kemálpasha* dictus et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, jussu Sultani *Selím Khán* interpretatus est, idemque plures ejusmodi libros commemorat, et: Collegi, ait, de hac re plura, neque tamen prohibita adjuvare intendi, quae inobediens perpetrat, sed potius ei auxilium afferre studui, cujus cupido venerea nimis debilis est, quam ut optatis in statu satisfacere possit, qui caussa est, qua terra colatur et habitetur. Opus cum absolutum esset, illud in duas partes disposui, quarum altera triginta capitibus comprehensa virorum arcana et remedia alimentaque spectat, quibus ad coitum corroborantur, altera pariter triginta capita complectens arcana feminarum et ornatum tractat idoneum, quo

من الرحمة ٥٨٧٩ رحبة لابي محمد عبد الوهاب بن على القاضى بن طوق الثعلبى المالكى المتوفى سنة ... وهى مع صغر حجمه من خيار الكتب واكثرها فائدة ٥٨٨٠ رحلة الشيخ ابن حبيب ٥٨٨١ رحلة ابن خلدون المتوفى سنة ٨٠٨ ٥٨٨٢ رحلة ابن الرشيد ٥٨٨٣ رحلة ابن الصلاح وهى فوائد جمعها الشيخ تقى الدين ابو عمرو عثمان بن عبد الرحمن المعروف بابن الصلاح الشهرزورى المتوفى سنة ٦٤٣ فى رحلته الى الشرق عظيمة النفع فى سائر العلوم مفيدة جدّا ٥٨٨٤ رحلة ابى القسم التجيبى المتوفى سنة ٩٨٤ ٥٨٨٥ رحلة بدر الدين ابن رضى الدين الغزى [المتوفى سنة ٩٨٤] الى الديار الرومية كثيرا ما ينقل عنه تقى الدين فى طبقاته ٥٨٨٦ الرحلة الفيومية والمكية والدمياطية للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٥٨٨٧ رحلة الكتانى هو الشيخ ابو الحسين محمد بن جبير الكتانى الاندلسى تأريخها سنة ٥٧٨ ٥٨٨٨ رحلة محمد بن رشد المالكى ٥٨٨٩ الرحلة المصرية فى

placere viris studeant. — 5879. Rahbet, spatium amplum, auctore *Abu Mohammed Abd-elwehháb Ben Ali El-Cádhi Ben Tauc Thalebi* Malikita, anno . . . mortuo. Hic liber quamquam parvus volumine in optimis et ad discendum utilissimis numeratur. — 5880. Rihlet El-Sheikh Ibn Habib, iter Sheikhi *Ibn Habib.* — 5881. Rihlet Ibn Khaldun, iter *Ibn Khalduni*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortui. — 5882. Rihlet Ibn-elreshid, iter *Ibn-elreshidi*. — 5883. Rihlet Ibn-elsaláh, iter adnotationibus utilibus plenum, quas Sheikh *Tacki-ed-dín Abu Amru Othmán Ben Abd-elrahmán Shahrezuri*, vulgo *Ibn-elsaláh* dictus et anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus, in itinere suo orientali collegit. Continet res magnae utilitatis omnes ceteras disciplinas complectentis et specimen est egregiae eruditionis. — 5884. Rihlet Abi'lcasim El-Tejibi, iter *Abu'lcásimi Tejibi*, anno 984 (inc. 31. Mart. 1576) mortui. — 5885. Rihlet Bedr-ed-dín, iter *Bedr-ed-díni Ibn Redhi-ed-dín Ghazzi*, [anno 984 (inc. 31. Mart. 1576)] mortui, in terras Rumaeas. Saepius inde *Tacki-ed-dín* in suis *Tabacat* notabilia assumsit. — 5886. El-Rihlet El-Fayyumiyet, iter Fayyumicum, Mekkanum et Damiatanum, auctore Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahmán Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 5887. Rihlet El-Kettani, iter a Sheikho *Abu'lhosein Mohammed Ben Jobeir Andalusi*, vulgo *Kettáni* dicto, anno 578 (inc. 7. Mai. 1182) scriptum. — 5888. Rihlet Mohammed, iter *Mohammedis Ben Roshd* Malikitae. — 5889. El-Rihlet El-Misriyet,

فروع الحنفيّة اوله الحمد لله مانح اسباب التوفيق الخ انتخبه من عدّة كتب من الفتاوى

٥٨٩٠ رحمة الامّة في اختلاف الائمّة في الفروع للشيخ صدر الدين ابى عبد الله محمد بن

عبد الرحمن الدمشقى العثمانى قاضى القضاة بمملكة الصفديّة المتوفى سنة فرغ عنه فى شهر

ربيع الاول سنة ٧٨٠ وقيل لشيخ الاسلام ابى الحسن السعدى ٥٨٩١ الرحمة فى الطبّ والحكمة

[للشيخ مهدى بن على بن ابراهيم الصّبُنْرى اليمنى المهجمى المقرى المتوفى سنة ٨١٥ وهو

مختصر لطيف مفيد ذكره ابن الجزرى فى طبقات القرّأ] وهو على خمسة ابواب ١ فى علم

الطبيعيّة ٢ فى طبآئع الاغذية والادوية ٣ فيما يصلح للبدن [فى حال الصحّة] ٤ فى علاج

الامراض الخاصّة ٥ فى علاج الامراض العامّة ٥٨٩٢ الرحمة فى الكيميآء شرحه الجلدكى

وسمّاه سرّ الحكمة ٥٨٩٣ الرحيق المختوم فى شرح [قيد الاوآبد فى الفقه يأتى] ٥٨٩٤ الرحيق

المسلسل فى الادب المسلسل للشيخ نجم الدين سليمان بن عبد القوى الطوفى الحنبلى المتوفى

iter Aegyptium de partibus juris Hanefitici secundariis, cujus meliora auctor ex pluribus libris de responsis juridicis collegit. Incipit ita: Laus Deo vias auxilii sui largienti etc. — 5890. Rahmet el-ommet, clementia divina in populum Mohammedanum in variis Imamorum opinionibus conspicua. Agit hic Sheikh *Sadr-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Abd-el-rahman Dimeshki*, qui summus judex fuit in provincia *Safed*, de partibus juris derivatis. Librum mense Rebi I. anni 780 (inc. 30. Apr. 1378) absolvit et anno . . . obiit. Alii eum Sheikho el-islám *Abu'lhasan Sadi* tribuunt. — 5891. El-Rahmet fi el-tibb we el-hikmet, misericordia de medicina et philosophia, [auctore Sheikh *Mehdi Ben Ali Ben Ibrahím Sobonri Yemeni Mehjemi* Corani Lectore anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuo. Compendium festivum et utile, quod ab *Ibn-eljezeri* in *Tabucát el-corra* laudatur et] in quinque capita dispositum est — 1. de physica — 2. de natura alimentorum et medicamentorum — 3. de iis, quae corpori [quum sanum est] conveniunt — 4. de curandis morbis peculiaribus — 5. de curandis morbis communibus. — 5892. El-Rahmet fi el-kimiyá, misericordia de alchymia. Commentatus hoc opus est *Jildeki* et commentarium *Sirr el-hikmet* nominavit. — 5893. El-Rahíc El-Makhtúm, vinum generosum obsignatum. Commentarius [libri juridici *Caíd el-awáïd*, de quo infra dicetur]. — 5894. El-Rahíc El-Moselsel, vinum generosum infusum de humanitatis studiis egregie dispositis, auctore Sheikh *Nejm-ed-dín Soleimán Ben Abd-el-cawi El-Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. —

سنة [illegible] ٥٨٩٥ الرخصة العميمة في احكام القسيمة لابرهيم بن عبد الرحمن بن ابراهيم بن شبع بن ضياء الفزاري مختصر اوله الحمد لله كما يليق بكمال وجهه الخ ٥٨٩٦ ردّ ابن تيمية في مسئلة الطلاق للشيخ تقي الدين السبكي اوله الحمد لله الذى ارسل رسوله بالهدى الخ رتّبه على ثلثة فصول ٥٨٩٧ ردّ ابي حنيفة للغزالي قال صاحب قلائد العقيان هو ليس حجّة الاسلام بل هو على ما كتب في حاشية نسخة منه محمود الغزالي شخص من المعتزلة وقد ادعى شمس الائمّة الكردري المتعصّب الى ان ردّه وقابل به مقابلة الفاسد بالفاسد وشنّع على الشافعي وان كان هو لحجّة الاسلام فهو من تأليفاته في اوائل طلبه لانّه خلاف ما في الاحياء [من محمد] ٥٨٩٨ ردّ الانتقاد على لفظ الشافعي للامام البيهقي المتوفى سنة ٤٥٨ ٥٨٩٩ الردّ الجميل على من غيّر التوراة والانجيل لابي حامد الغزالي ذكره البقاعي في الاقوال القويمة ٥٩٠٠ الردّ المهذّب على مصلّي الرغائب مختصر لابراهيم بن قتيبان الحنفي

5895. El-Rokhset El-Amimet, indulgentia copiosa de praeceptis jurisjurandi, auctore *Ibráhím Ben Abd-el-rahman Ben Ibráhím Ben Shebbá' Ben Dhiyá Fezari.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo talis, qualis perfectae ejus substantiae convenit etc. — 5896. Radd Ibn Teimiya, refutatio *Ibn Teimiyae* de quaestione repudii, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Sobki.* Incipit ita: Laus Deo qui servum suum cum vera religione misit etc., et in tres disposita est sectiones. — 5897. Radd Abi Hanífa, refutatio *Abu Hanífae*, auctore *Ghazáli.* Auctor libri *Caláïd el-icyán*: Hic *Ghazáli*, ait, non confundendus est cum illo, qui *Hojjet el-islam* cognominatur, sed, ut in Glossis exempli cujusdam margini adscriptis legitur, *Mahmud Ghazáli* est Motazilita quidam shismaticus. *Shems el-äimmet Kerderi* hanc controversiam ita sustinuit, ut eum refutaret, sed oppositione sua pravitati aliam pravitatem substitueret, conviciis enim *Shafii*um consectatus est. Quodsi hujus libri auctor *Hojjet el-islám* esset, illum initio studiorum suorum haud dubie scripsit: nam diversa et repugnantia continet illis, quae [suis virtutibus convenienter] in *El-Ihyá* disputavit. — 5898. Radd El-Inticad, refutatio operis *Inticád*, in quo adversarius aliquis contra *Shafii* dictionem disseruit, auctore Imam *Beihucki*, anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuo. — 5899. El-Radd El-Jemil, refutatio elegans eorum, qui Pentateuchum et Evangelium corruperunt, auctore *Abu Hámid Ghazáli.* Librum *Beeaï* in *El-Acwál El-Cawímet* memorat. — 5900. El-Radd El-Sarb, refutatio concinna et acuta ejus, qui res libidinis desideratas precatur, auctore *Ibrahim Ben*

المقدسى اوله حمدًا لمن رفع من شآء من عباده الخ ٥٩٠١ ردّ القول الخآئب فى القضآء على الغآئب للشيخ قسم بن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ وله ردّ الاتّحاد ٥٩٠٢ ردّ القول القبيح فى التحسين والتقبيح لنجم الدين سليمان بن عبد القوى الطوفى الحنبلى المتوفى سنة ٧١٠ ٥٩٠٣ ردّ المتشابه الى المحكم للشيخ محمد بن احمد بن اللبان [الاسعردى] المصرى المتوفى سنة ٧٤٩ من الآيات القرانيّة اوله امّا بعد حمد الله الواحد بذاته وصفاته الخ ذكر فيه متشابهات القرآن ٥٩٠٤ ردّ المحرم عن المسلم للحافظ شهاب الدين احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ صنّف عند ما بلغه من سيوف سلّها على عرضه بعض من كان فى زمنه ٥٩٠٥ ردّ النصارى فيه كتب مثل كتاب الرهاوى وكتاب عمرو بن بحر الجاحظ وكتاب عبد الجبّار المعتزلى ومقالة القاضى ابى بكر وكلام الجوينى وكتاب لبعض المغربة وكلام لابن الطيّب وكتاب للطرسوسى وكتاب لابن عوض وكتاب خلف الدمياطى والنصيحة

---

*Fityán Mocaddesi* Hanefita. Compendium, quod ita incipit: Laudem ei, qui ex cultoribus suis illos extollit, quos vult etc. — 5901. Radd el-caul el-khaïb, refutatio dicti perversi de decreto contra absentem, auctore Sheikh *Cásim Ben Cotlubogha* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo. Idem refutationem operis *Ittihád* (i. e. unitas) edidit. — 5902. Radd el-caul el-cabih, refutatio dicti odiosi de approbatione et improbatione, auctore *Nejm-ed-dín Soleimán Ben Abd-el-cawi El-Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. — 5903. Radd el-moteshábih, conversio ambiguorum versuum coranicorum in certos et per se conspicuos, auctore Sheikh *Mohammed Ben Ahmed Ben-ellebbán* [*Isirdi*] *Misri*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo, qui ita incipit: Praemissis praemittendis. Laus Deo essentia sua et attributis unico etc., et Corani locos interpretationis incertae memorat. — 5904. Radd el-mohrim an el-moslim, remotio noxam inferentis a Mohammedano fideli, auctore Hafitz *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo, qui scripsit, dum gladiis petebatur, quos nonnulli aequalium in ejus latus strinxerant. — 5905. Radd El-Nesará, refutatio Christianorum. De hac re multi scripserunt, ut *Roháwi* — *Amru Ben Bahr Jáhitz* — *Abd-el-jebbár* Motazilita — Cadhi *Abu Bekr*, qui tractatum edidit — *Joweini* dissertationis auctor — Mauritanus aliquis — *Ibn-eltayyib* — *Tarsusi* — *Ibn Audh* — *Khalaf Dimyáti*. Praeterea eandem rem tractant libri *El-Nasihat El-Imániyet* —

الايمنيّة وتحفة الاديب والتخجيل تأليفان ومختصره والانتصارات الاسلاميّة ٥٩٠٦ الردّ الوافر على من زعم انّ من اطلق على ابن تيميّة شيخ الاسلام كافر للشيخ الامام حافظ الشأم الشمس محمد بن ابى بكر بن ناصر الدين [المتوفى سنة ٨٤٢] انّفها لمّا صرح بذلك العلآء البخارى فى مجلسه ٥٩٠٧ الردّ على ابن الراوندى لابى الحسن على بن اسمعيل الاشعرى [امام اهل السنة] المتوفى سنة [٣٢٤] ٥٩٠٨ الردّ على ابن سينا فى الكيميآء للوزير ابى اسمعيل الحسين ابن على الطغرآئى الاصفهانى [المتوفى سنة ٥١٤] مختصر ٥٩٠٩ الردّ على ابن العربى وبيان من ردّ عليه مختصر اوله الحمد لله الموفق للسداد الخ ٥٩١٠ الردّ على ابى حيّان فى تعقّباته على ابن مالك فى جزء لعلى بن يوسف الانبارى المتوفى سنة ٨١٤ ٥٩١١ الردّ على اهل الاهواء لابى عبد الله المعروف بابى حفص الكبير ٥٩١٢ الردّ على الجهميّة لعبد الرحمن بن ابى حاتم ولعثمان بن سعيد الدارمى ٥٩١٣ الردّ على الروافض لابى القاسم هبة الله بن عبد الله

*Tohfet el-adib* — uterque *Takhjil* et epitome — *El-Intisárát El-Islámiyet.* — 5906. El-Radd El-Wafir, refutatio copiosa ejus, qui opinatur, qui *Ibn Yetimet* Islámi Sheikhum appellet, eum impium esse, auctore Sheikh et Imám Hafitz El-Shám *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi Bekr Ben Násir-ed-dín*, [anno 842 (inc. 21. Jun. 1438) mortuo], qui librum composuit, cum *Alá-ed-dín Bokhári* diserte illud in consessu suo enunciasset. — 5907. El-Radd ala Ibn-elráwendi, refutatio *Ibn-elrawendii*, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Ismail Ash'ari* [Sunnitarum Imamo], anno [324 (inc. 30. Nov. 935)] mortuo. — 5908. El-Radd ala Ibn Síná, refutatio *Ibn Sinae.* Compendium de Alchymia, auctore Weziro *Abu Ismail Hosein Ben Ali Toghráyi Isfaháni*, [anno 514 (inc. 2. Apr. 1120) mortuo]. — 5909. El-Radd ala Ibn-elarabi, refutatio *Ibn-elarabi*i et descriptio eorum, qui eum redarguerunt. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui ad verum rectumque assequendum adjuvat etc. — 5910. El-Radd ala Abi Hayyán, refutatio *Abu Hayyán*i de ejus sententiis, quibus *Ibn Máliko* adversatur. Fasciculus, auctore *Ali Ben Yusuf Anbári*, anno 814 (inc. 25. Apr. 1411) mortuo. — 5911. El-Radd ala ahl el-ahwá, refutatio eorum, qui desideriis illicitis student, auctore *Abu Abdallah*, vulgo *Abu Hafs El-Kebír* dicto. — 5912. El-Radd ala El-Jehmiyet, refutatio sectae Jehmitarum, auctoribus *Abd-el-rahmán Ben Abi Hátim* et *Othmán Ben Saíd Dárimi.* — 5913. El-Radd ala El-Rewafidh, refutatio sectae shiiticae Rafeditarum, auctoribus *Abu'lkasim Hibatullah Ben*

القفطى المتوفى سنة ٦٩٧ وميرزا مخدوم معين الدين اشرف الحسنى المتوفى سنة مجلّد اوله
نحمدك اللهمّ لا آله الّا انت الخ ٥٩١٤ الردّ على الشافعى فيما خلف فيه القرآن لحسن
ابن احمد المقرى المتوفى سنة ٥٩١٥ الردّ على القدريّة لاسمعيل بن حمّاد الحنفى [حفيد
الامام الاعظم ابى حنيفة] المتوفى سنة [٢١٢] ٥٩١٦ الردّ على الكرّاميّة لابى بكر محمد بن
اليمان السمرقندى المتوفى سنة ٢٦٨ ٥٩١٧ الردّ على المتعصّب العنيد المنع من ذمّ يزيد
للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى مختصر اوله الحمد لله كفاء اجلاله الخ
٥٩١٨ الردّ على المشبه فى قوله تعالى الرحمن على العرش استوى للقاضى بدر الدين بن
جماعة محمد بن ابراهيم الشافعى المتوفى سنة [٧٣٣] ٥٩١٩ الردّ على الملحدين فى تشابه
القرآن لابى على محمد بن المستنير المعروف بقطرب النحوى المتوفى سنة [٢٠٦] ٥٩٢٠ الردّ
على النحاة لقاضى الجماعة احمد بن عبد الرحمن اللخمى المتوفى سنة ٥٩٣ ٥٩٢١ الردّ

---

*Abdallah Cofti*, anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuo, et *Mirza Makhdúm Moin-ed-dín Eshref Haseni*, anno ... mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laudamus Te, o Deus; non est Deus nisi Tu etc. — 5914. El-Radd ala El-Shafii, refutatio *Shafii* de iis locis, ubi a Corano discrepat, auctore *Hasan Ben Ahmed* Corani Lectore, anno ... mortuo. — 5915. El-Radd ala El-Caderíyet, refutatio sectae Caderitarum, auctore *Ismaíl Ben Hammád* Hanefita, [qui nepos fuit Imami maximi *Abu Hanífa*] et anno [212 (inc. 2. Apr. 827)] obiit. — 5916. El-Radd ala El-Kerrámíyet, refutatio sectae Kerramitarum, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elyemán Samarcandi*, anno 268 (inc. 1. Aug. 881) mortuo. — 5917. El-Radd ala el-moteassib el-aníd el-máni', refutatio partium studiosi, qui veri inimicus est et *Yezídi* vituperationem repellit, auctore Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo talis, qualis ejus collaudationi respondet etc. — 5918. El-Radd ala el-moshabbih, refutatio ejus, qui in verbis coranicis „Miserator super thronum consedit" difficultatem quaerit, auctore Cadhi *Bedr-ed-dín Ben Jemáa Mohammed Ben Ibrahím* Shafiita, anno [733 (inc. 22. Sept. 1332)] mortuo. — 5919. El-Radd ala el-molhidín, refutatio injustorum de locis Corani propter similitudinem ambiguis, auctore *Abu Ali Mohammed Ben-elmostenír* Grammatico, vulgo *Cotrob* dicto et anno [206 (inc. 6. Jun. 821)] mortuo. — 5920. El-Radd ala el-nohát, refutatio grammaticorum, auctore *Cádhi El-Jemáa Ahmed Ben Abd-el-rahman El-Lakhmi*, anno 593 (inc. 24. Nov. 1196) mortuo. — 5921. El-

على اليهود لعلاء الدين على بن محمد [ابن عبد الرحمن] الباجى الشافعى المتوفى سنة ٧١١
٥٩٢٢ الردّ على الخليل لابن درستويه عبد الله بن جعفر النحوى المتوفى سنة ... وله ايضا
ردّ على الفرّآء وردّ ايضا على المفصل ٥٩٢٣ الردّ على من اخلد الى الارض وجهل انّ الاجتهاد
فى كلّ عصر فرض لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١
٥٩٢٤ الردّ على من ردّ على ابى حنيفة وافتخر به وجعله بابًا فى كتبه وهو الحافظ ابو بكر
ابن ابى شيبة فشرع الرادّ بتحرير مسئلة اوّلًا مع ادلّته ثمّ تقرير اصل المسئلة مع اجوبته فى
مختصر اوله الحمد لله الذى هدانا الى الصراط المستقيم الخ ٥٩٢٥ الردّ على من نسب رفع
الخبر بلا الى سيبويه لمحمد بن على [بن محمد بن الفخار المالقى] الجذامى المتوفى
سنة ٧٢٣ ٥٩٢٦ الردّ على الوزير المغربى لابى طالب محمد بن على الحلى المتوفى سنة ٦٤٠
٥٩٢٧ ردع الجاهل ذى الملامة عن منعة السجود على خرقة مختصر لابراهيم بن الفتيان الحنفى

**Radd ala El-Yehúd**, refutatio Judaeorum, auctore *Alá-ed-din Ali Ben Mohammed* [*Ben Abd-el-rahman*] *El-Báji* Shafiita, anno 711 (inc. 17. Apr. 1311) mortuo. — 5922. **El-Radd ala El-Khalíl**, refutatio *Khalíli*, auctore *Abdullah Ben Jafar* Grammatico, vulgo *Ibn Dorostaweih* dicto et anno ... mortuo. Idem refutationem *Ferra*i et operis *Mofassil* edidit. — 5923. **El-Radd ala man akhlada ila el-ardh**, refutatio ejus „qui ad terram inclinat" et ignorat summae scientiae studium omni tempore esse officium a Deo imperatum, auctore *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 5924. **El-Radd ala man radda ala Abi Hanifa**, refutatio ejus qui *Abu Hanifa*m refutavit, hac re gloriatus est et peculiare de ea suo libro inseruit caput. Hic *Abu Hanifae* adversarius fuit Hafitz *Abu Bekr Ben Abi Sheiba*, et qui eum refutavit, primum in ejus quaestiones cum argumentis accurate inquisivit, tum ad fundamentum quaestionis constituendum responso suo adjecto pergit. Compendium ita incipit: Laus Deo, qui nos ad rectam viam ducit etc. — 5925. **El-Radd ala man nasaba raf' el-khabar bila ila Sibaweih**, refutatio ejus, qui nominativum attributi ab *ilá* (i. e. *non*) dependentis *Sibaweiho* attribuit, auctore *Mohammed Ben Ali* [*Ben Mohammed Ben-elfekhkhár Maliekí*] *Jodzámi*, anno 723 (inc. 10. Jan. 1323) mortuo. — 5926. **El-Radd ala El-Wezír El-Maghribi**, refutatio Weziri Africani, auctore *Abu Tálib Mohammed Ben Ali Hilli*, anno 612 (inc. 9. Jun. 1241) mortuo. — 5927. **Rad'o el-jahil**, prohibitio ignorantis reprehensione digni ab eo, quod vetuit Deum super sudario adorare, auctore *Ibráhím Ben-elfityán Codsi* Hanefita.

المقدسى اوله حمدًا لمن رفع من اجتباه الخ ٥٩٢٨ ردع الجاهل عن اعتساف المجاهل فى الردّ على الشوذية لابى جعفر احمد بن ابراهيم بن الزبير الثقفى الاندلسى المتوفى سنة ٧٠٨ ٥٩٢٩ ردع الراغب عن صلوة الرغائب للشيخ على بن غانم المقدسى المتوفى سنة ١٠٠٤

## فصل فى الرسائل وهو مرتّب على الحروف

كترتيب الكتب نظرًا الى اول المضاف والمضاف اليه والظرف والرسالة فى الجلّة المشتملة على قليل من المسائل التى تكون من نوع واصله الصحيفة التى يكتب فيها الكلام لسيد

### الالف

٥٩٣٠ رسالة الاباء عن مواقع الوباء للمحقّق مولانا ادريس بن حسام البدليسى اوله يا حيًّا لا يموت الخ ذكر فيه انّه توجّه من القسطنطينيّة الى نحو الاسكندرية فى سنة سبع عشرة وتسعمائة من البحر وحجّ ثمّ عاد امتثالًا لامر السلطان سليم ولمّا دخل الشام

Compendium, quod ita incipit: Laudem ei, qui extollit, quem elegit etc. — 5928. **Rad'o' el-jáhil**, prohibitio ignorantis ab injuste tractando eo, qui ignorantia et levitate usus est in reprehendendo *Shirdzima*, auctore *Abu Jafar Ahmed Ben Ibráhim Ben-elzobeir Thacafi Andalusi*, anno 708 (inc. 21. Jun. 1308) mortuo. — 5929. **Rad'o' el-rághib**, prohibitio appetentis a rogandis rebus expetitis, auctore Sheikh *Ali Ben Ghánim Mocaddesi*, anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) mortuo.

## Sectio tractatuum sive epistolarum ad ordinem alphabeticum disposita,

quemadmodum in disponendo toto libro factum est ratione habita primae literae nominis antecedentis, nominis subjuncti et nominum adverbiorum loco positorum. — Vox *risálet* (tractatus sive epistola) volumen significat paucas quaestiones continens speciei alicujus doctrinae subjectas. Prima ejus significatio folium est, quod alicui domino inscribitur.

### Tractatus sive epistolae, quae a litera Elif incipiunt.

5930. **Risalet el-abá**, tractatus de horrore locorum, ubi pestilentia grassatur, auctore Molla nostro acutissimo *Idris Ben Hosám Bidlisi*. Incipit ita: O Tu qui vivus es neque moreris etc., et auctor haec narrat. Cum Constantinopoli Alexandriam navigaturus anno 917 (inc. 31. Mart. 1511) mare ingressus esset et iter sacrum Mekkanum fecisset, tum autem mandatis Sultani *Selim* obsecutus rediret et Syriam

سمع انّ بمصر نزلة الوبآء فمتنع من الدخول اليها وركب الى استنبول من البحر فنكر عليه جمع من العلمآء بدمشق وحلب فكتب ٥٩٣١ رسالة ابن ابى زيد فى فقه المالكى للشيخ الامام ابى محمد عبد الله بن ابى زيد المالكى القيروانى [المتوفى سنة ٣٨٩] وشرحها عبد الله بن طلحة المتوفى سنة ٥١٨ وشرح ايضا جلال الدين التبّانى المتوفى سنة ... وشرحها الشيخ الامام ابو حفص عمر [بن على سالم اللخمى] الاسكندرى الشهير بابن الفاكهانى المتوفى سنة ٧٣١ وسمّاه التحرير والتحبير ٥٩٣٢ رسالة ابن زيدون وهو ابو الوليد احمد بن عبد الله [المخزومى] الاندلسى القرطبى المتوفى سنة ٤٦٣ وعليها شرح لجمال الدين ابى عبد الله محمد بن محمد بن نباتة الشاعر [المشهور] المتوفى سنة [٧٦٨] سمّاه شرح العيون فى شرح رسالة ابن زيدون اوله الحمد لله الذى لا يجب الحمد الّا له الخ وللشيخ محمد ابن البنّآء المقرى سمّاه العيون وشرحه صلاح الدين خليل بن ايبك الصفدى المتوفى سنة ٧٦٤ سمّاه تمام المتون فى شرح رسالة ابن زيدون وهذه رسالة كتبها على لسان ولّادة بنت

intrasset, pestilentiam Aegypto coelitus immissam esse audivit, ut hanc terram tangere impediretur et Constantinopolin mari repeteret; id quod multi viri docti Damasceni et Halebenses ei exprobrarunt: qua de caussa hunc libellum composuit. — 5931. Risalet Ibn Abi Zeid, tractatus de jure Malikitico, auctore Sheikh et Imám *Abu Mohammed Abdallah Cairawáni* Malikita, vulgo *Ibn Abi Zeid* dicto [et anno 389 (inc. 11. Apr. 379) mortuo]. Commentarios in eum scripserunt *Abdallah Ben Telha*, anno 518 (inc. 19. Febr. 1124) mortuus, itemque *Jelál-ed-dín Tebbáni*, anno . . . mortuus, et Sheikh et Imám *Abu Hafs Omar* [*Ben Ali Sálim Lakhmi*] *Iskenderi*, vulgo *Ibn-elfákiháni* dictus et anno 731 (inc. 15. Oct. 1330) mortuus, qui commentarium *El-Tahrír we El-Takhbír* inscripsit. — 5932. Risálet Ibn Zeidun, epistola, auctore *Abu'lwelíd Ahmed Ben Abdallah* [*Makhzúmi*] *Andalusi Cortubi*, vulgo *Ibn Zeidún* dicto et anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. *Jemál-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed Ben Nebáta* Poeta [clarissimus], anno [768 (inc. 7. Sept. 1366)] mortuus, commentarium in eum scripsit, qui titulum prae se fert *Sharh el-oyún fi sharh Risálet Ibn Zeidún*, et ita incipit: Laus Deo, cui soli laus debetur etc., itemque Sheikh *Mohammed Ben-elbenná* Corani Lector, qui commentarium *El-Oyun* inscripsit, et *Saláh-ed-dín Khalíl Ben Ibek Safedi*, anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuus, qui commentarium titulo *Temám el-motun fi sharh Risálet Ibn Zeidun* insignivit. *Ibn Zeidun* hanc epistolam per linguam *Welládetae*

المستكفي بالله محمد بن المستظهر بالله عبد الرحمن الى الوزير ابي عمر بن جهور بن عبدوس يتهكم به فوجد ميدان القول واسعا وتلعب فيها باطراف الكلام واجاد فيها ما شاء وهي رسالة هكذا مشحونة بفنون الآداب نظما ونثرا وهي امرأة ظريفة من بنات خلفاء الغرب الامويين المنسوبين الى عبد الرحمن بن الحكم المعروف بالداخل ابتذل حجابها بعد قتل ابيها وتغلب ملوك الطوائف في خبر يطول ثم عدت تجلس وتنظم للشعراء والكتاب وتعاشرهم وتحاضرهم ويتعشقها الكبراء منهم وكانت ذا خلق جميل وادب ونظم ٥٩٣٣ رسالة ابن سينا في جواب الشيخ ابي سعيد ابو الخير وشرحها ٥٩٣٤ رسالة في ابدال الادوية لابن الجزار احمد بن ابراهيم الافريقي الطبيب المتوفى قبل سنة ٤٠٠ ٥٩٣٥ رسالة في ابوي النبي صلعم لزين الدين محمد شاه بن محمد المعروف بزيني چلبي الفناري المتوفى سنة ٩٢٦ قاضيا بحلب ذكر فيه انهما بل جميع ابوي الانبياء عليهم الصلوة والسلام ماتوا على

filiae Khalifae *Mustekfibilláh Mohammed Ben El-Mustetzhirbillah Abd-el-rahman* Weziro *Abu Amir Ben Jehwer Ben Abdús*, in quem multum irridet, scripsit. Invenit vastum sermonis campum, in quo pro arbitrio orationis particulis lusit, et egregie ad animi sententiam in hac re versatus est. Omnis epistola ejusmodi variis orationis ligatae et solutae generibus, quae studiorum humanitatis documenta sunt, repleta est: illa autem femina est ingeniosa ex filiis Khalifarum Occidentis Omayyadarum, genus suum ab *Abd-el-rahman Ben-elhakem*, vulgo *El-Dákhil* (i. e. invasor) dicto, trahentium. Velum post patris necem levatum habuit, et provinciarum Hispanicarum reges summa imperii potiti sunt, cujus rei hic historiam narrare nimis longum esset. Postea poetarum et virorum doctissimorum et amplissimorum academiis interesse solebat, familiariter cum iis conversabatur et assiduitatem frequentem colebat. Eorum principes spectatissimi amore ejus capti erant, cum indolem morumque elegantiam prae se ferret et poesi deditissima esset. — 5933. Risálet Ibn Síná, tractatus *Ibn Sinae*. Responsum Sheikhi *Abu Saíd* filii *Abu'lkheiri*, ejusque commentarius. — 5934. Risálet fi ibdál el-adwiyet, tractatus de permutatione medicamentorum, auctore *Ahmed Ben Ibráhím Ifríki* Medico, vulgo *Ibn-eljezzár* dicto et ante annum 400 (inc. 25. Aug. 1009) mortuo. — 5935. Risálet fi abawei el-nebí, tractatus de parentibus prophetae, cui Deus benevolus sit, auctore *Zein-ed-dín Mohammed Sháh Ben Mohammed Fenári*, vulgo *Zeini Jelebi* dicto, qui Halebi munere judicis fungens anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) obiit. Demonstrare hic studet, *Mohammed*is parentes, imo omnium prophetarum, quibus Deus propitius sit, mortuos

لالمه. ذكره عرب زاده فى حواشى الشقائق ٥٩٣٦ رسالة ابى حنيفة الى قاضى البصرة عثمان البتى ٥٩٣٧ رسالة فى اثبات الواجب لجماعة من الفضلاء منهم جلال الدين محمد بن اسعد الصديقى [الشافعى] الدوانى المتوفى سنة ٩٠٨ وله رسالتان قديمة وجديدة اول القديمة سبحانك ما اعظم شأنك الخ قال وقد كتبت فى يومين من اقصر ايّام الصيف واهداه الى بعض السلاطين واول الجديدة بسم الله الرحمن الرحيم ومنه الاعانة فى التتميم وله الحمد على كرمه العميم الخ ثمّ قال قد اوردت فى عنفوان الشباب رسالة فى هذا المطلب قبل ذلك بعشر سنين واقتصرت هناك على ما هو اوضح بالتماس بعض الاعاظم فى الجيلان ورتّبه على عشرة فصول وكتب على القديمة المولى الحنفى حاشية اولها الحمد لمن تقدّس جنابه عن ان يكون شريعة لكلّ وارد الخ وقاضى زاده الكرخردى ايضا حاشية وحبيب الله ميرزا جان الشيرازى المتوفى سنة ٩٩١ اولها جلّ جلالك اللهمّ يا واجب الوجود الخ قال فهذه تعليقات علّقها الفقير ميرزاجان الباغندى على الرسالة القديمة المرتّبة لبيان اعلى المطالب للمحقّق

esse fiducia in Deo posita. Commemorat hoc opus *Arabzádeh* in glossis ad librum *El-Shecáïc*. 5936. Risalet Abi Hanifa, epistola *Abu Hanifae* ad *Othmán El-Betti* judicem Basrensem. — 5937. Risálet fi ithbát el-wajib, tractatus de probanda Dei existentia necessaria, de qua re plures viri bene meriti scripserunt, inter quos *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Sadícki Dewáni* [Shafiita], anno 908 (inc. 7. Jul. 1502) mortuus, nominatur, qui duos de hac re edidit tractatus, antiquum et novum. Ille sic orditur: O Deus sancte, quam excelsa est Tua majestas! etc. Auctor: „Scripsi eum, ait, duobus diebus aestivis brevissimis," et Sultano alicui obtulit. Novus ita incipit: Laus Deo, miseratori misericordi, a quo auxilium venit in rebus perficiendis et cui laus sit pro generositate sua copiosissima etc., et auctor pergit sic: „In prima mea juventute tractatum de hac quaestione decem annis ante hunc protuli ibique in iis flagitante procere aliquo Ghilanensi acquievi, quae maxime perspicua et plana erant." Disposuit eum in decem sectiones. — Ad antiquum Molla Hanefita glossas edidit, quae ita incipiunt: Laus ei, cujus majestas nimis sancta est, quam ut cuique praesenti lex sit aperta etc., itemque *Cadhizádeh Kerkherderi*, et *Habib allah Mirzajan Shírázi*, anno 991 (inc. 3. Dec. 1585) mortuus, cujus glossae ita ordiuntur: Eminet majestas Tua, o Deus per Te et necessario existens! etc., et auctor haec adjicit: Has adnotationes festinantius scriptas adspersit servus pauper *Mirzajan Bághendi* ad tractatum antiquum ad quaestionem praeter ceteras sublimem demonstrandam a praeceptore meo subtilissimo *Dewáni* dispositum,

الدوانى استاذى واستنادى قدوة الحكماء وقال فى آخره وليكن آخر ما قصدنا ايراده مع التزام محاورة الطلاب وحلّ كتب آخر غير هذا الكتاب وقع الفراغ من تأليفه فى منتصف ذى الحجّة عام ٩٨٣ وشرحه المولى عزّ الدين محمد [ابن على] القره باغى الرومى المتوفى سنة ٩٤٢ وشرح الجديدة نصر الله بن محمد العمرى الخلخالى شرحًا ممزوجًا اوله الحمد لمن توحّد بوجود ذاته الخ وشرحها ايضا تلميذ الدوانى المولى حسين الاردبيلى الآبهرى المتوفى سنة ٩٥٠ بقال اقول واول الشرح الحمد لله على النعمه العمّ الخ وشرحها ايضا الحاج محمود التبريزى ومنهم مير صدر الدين محمد الشيرازى المتوفى فى حدود سنة [٨٩٨] اوله الله لا آله آلّا هو له الاسماء الحسنى الخ رتّب على اثنى عشر فصلًا وخاتمة وشرحه المولى الفاضل يوسف ابن جمال الدين ومنهم على بن عمر الكاتب وايضا المولى محمد شاه بن على الفنارى المتوفى سنة ٩٢٩ — ٥٩٣٨ رسالة الاثيريّة فى الميزان المشهورة بايساغوجى سبق ذكرها مع شروحها — ٥٩٣٩ رسالة فى الاجرام السماويّة للشيخ الرئيس ابى على حسين بن عبد الله ابن سينا

---

qui columen meum est et exemplum sapientibus propositum; et ad finem ejus adjicit: Ultimum quod spectavimus sit quaestionis propositio ejusmodi, ut necessaria reddatur studiosorum disquisitio et alii etiam libri praeter hunc exponantur. Compositio autem ejus absoluta est medio mense Dzi'lhijjet anni 983 (inc. 12. Apr. 1575). — Eundem commentatus est Molla *Izz-ed-dín Mohammed* [*Ben Ali*] *Carahbághi Rumi*, anno 942 (inc. 2. Jul. 1535) mortuus, et novum *Nasrallah Ben Mohammed Omari Khalkháli*, cujus commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Laus ei, qui existentia sua per se necessaria unicus est etc. Pariter *Dewáni* discipulus Molla *Hosein Erdebíli Abahri*, anno 950 (inc. 6. Apr. 1543) mortuus, eum ita commentatus est, ut formula uteretur: Dicit auctor — dico ego. Commentarius autem ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficiis universalibus etc. Porro commentarios ediderunt *El-Hájj Mahmúd Tebrízi* — *Mír Sadr-ed-dín Mohammed Shirázi*, circa annum [898 (inc. 23. Oct. 1492)] mortuus, cujus commentarius ita incipit: Non est Deus, nisi hic, cui nomina sancta sunt etc., et in duodecim sectiones et conclusionem dispositus est — et Molla bene meritus *Yusuf Ben Jemál-ed-dín* — *Ali Ben Omar* Scriba — itemque Molla *Mohammed Sháh Ben Ali Fenári*, anno 929 (inc. 20. Nov. 1522) mortuus. — 5938. El-Risalet El-Athíriyet, tractatus *Athír-ed-dini* de syllogismo sive logica, vulgo *Isághuji* appellatus, cujus supra una cum commentariis mentio facta est. — 5939. Risalet fi el-ejrám el-semáwiyet, tractatus de corporibus coelestibus, auctore Sheikho principe *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn*

المتوفى سنة ٤٢٨ وله رسالة في الاخلاق ٥٩١٠ رسالة احتجاج ادم على موسى للشيخ محيى الدين محمد بن قطب الدين الازنيقى المتوفى سنة ٨٨٥ ٥٩١١ رسالة الاحديّة للبلبانى اوله الحمد لله الذى لم يكن قبل وحدانيّته الخ ٥٩١٢ رسالة الاحديّة ورقتان لشمس الدين ابى الحسن [ابن عبد الله] البكرى اولها الحمد لله الذى ليس لاحديّته قبل الّا والقبل هو الخ ٥٩١٣ رسالة الاحسان وثمرتها ٥٩١٤ رسالة الاحسان في بيان فضيلة اعلى شعب الايمان للشيخ ابى محمد عبد الله البسطامى ٥٩١٥ رسالة اختلاج في الادعية لمحمد بن ابراهيم بن محمد بن هشام ٥٩١٦ رسالة في اختلاف حركة الكواكب عند الارتفاع يرتفع من الافق في ساعة مثلا مقدار رمح ولا يرتفع في ساعتين مقدار رمحين لمولانا على مختصر اوله الحمد لله الذى رفع الافلاك الخ ٥٩١٧ رسالة الاخوان من اهل الفقه وحملة القرآن وهى على سبعة فصول اوله الحمد لله ذى الجود والاحسان الخ للشيخ على بن ميمون المغربى [المتوفى

*Sína*, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. Idem tractatum de moribus edidit. — 5910. Risálet ihtijáj Adam, tractatus argumentationis Adami contra Mosem, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Cotb-ed-dín Izníki*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. — 5911. Risálet el-ahadíyet, tractatus de unitate, qui ita incipit: Laus Deo, qui non fuit ante unitatem suam etc. Auctore *Bolbáni*. — 5912. Risálet el-ahadíyet, tractatus de unitate, auctore *Shems-ed-dín Abu'lhasan* [*Ben Abdallah*] *Bekri*. Duo folia, quae ita incipiunt: Laus Deo, cujus unitatem nihil praecessit, nisi quod praecessit, id is ipse fuit etc. — 5913. Risálet el-ihsán, tractatus servitutis divinae ejusque fructus. — 5914. Risálet el-ihsán, tractatus servitutis divinae de expositione praestantiae augustissimi praeceptorum fidei singularium, auctore Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Bistámi*. — 5915. Risálet ikhtiláj, tractatus doctrinae ex tremore membrorum involuntario futura pronunciandi, auctore *Mohammed Ben Ibráhím Ben Mohammed Ben Hishám*. De precationibus. — 5916. Risálet fi ikhtiláf hareket el-kewakib, tractatus de vario siderum motu tempore adscensus, ea scilicet ascendere ab horizonte spatio horae tantum, quantum longitudo hastae efficit, neque vero duabus horis tantum se elevare, quantum duae hastae efficiunt, auctore Molla nostro *Ali*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, qui facit, ut orbes coelestes se elevent etc. — 5917. Risálet el-akhwán, tractatus amicorum inter juris peritos et eos, qui Coranum memoria tenent, auctore Sheikh *Ali Ben Meimún Maghribi* Damasci inquilino, qui anno 915

سنة ٩١٥] نزيل دمشق آلفيا سنة ٩١٥ ‏٥٩٤٨ رسالة الاخوين في احكام الزنديق وهو للمولى محيي الدين محمد بن القاسم المتوفي في اواخر سنة ٩٠٠ ‏٥٩٤٩ رسالة في آداب البحث للمولى سنان الدين يوسف المعروف بعجم سنان ‏٥٩٥٠ رسالة في آداب السلوك فارسي لعزيز بن محمد النسفي اوله حمد وسپاس دروردكاررا الخ ‏٥٩٥١ رسالة في آداب المطلّقة لحامد بن برهان الدين بن ابي ذرّ الفناري اولها وعليك اعتمادي الخ وهي مشتملة على مقدّمة ومقصد ووصية فالجملة ورقتان ‏٥٩٥٢ الرسالة الادبيّة في طريقة الصوفيّة تركي لنصوح بن حاج علي من خلفاء الشيخ سنان اوله الحمد لله الذي هدانا الخ ‏٥٩٥٣ رسالة في ادعية الصلوة المفروضة لمصطفى بن محمد المعروف بخواجكي زاده المتوفي سنة ٩٩٨ ‏٥٩٥٤ رسالة الادوار لخواجه صفي الدين عبد المؤمن وهي على خمسة عشر فصلاً ‏٥٩٥٥ رسالة الشيخ ارسلان في التصوّف اولها الحمد لله العدل الحكيم الخ ‏٥٩٥٦ رسالة ارشيلاوس ذات الرؤيا اولها الحمد لله ربّ

---

(inc. 21. Apr. 1509) composuit [et duobus annis post mortuus est]. Tractatus in septem sectiones divisus est et incipit ita: Laus Deo liberalissimo et beneficentissimo etc. — 5948. Risálet el-akhawein, tractatus duorum fratrum de praeceptis Dualistarum, auctore Molla *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben-elcásim*, ad finem anni 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuo. — 5949. Risálet fi adáb el-bahth, tractatus de regulis artis disputandi, auctore Molla *Sinán-ed-dín Yusuf*, vulgo *Ajem Sinán* dicto. — 5950. Risálet fi adáb el-solúk, tractatus de regulis vitae spiritalis ab *Azíz Ben Mohammed Nesefi* persice scriptus, qui ita incipit: Laus et gratiae nutritori etc. — 5951. Risálet fi adáb el-motallecat, tractatus de regulis, quae repudiatae observandae sunt, auctore *Hámid Ben Borhán-ed-dín Ben Abi Dzarr Fenári.* In summa duo folia in praefationem, consilium et monitum disposita, quae ita incipiunt: Et in Te fiducia mea etc. — 5952. El-Risálet El-Edebiyet, tractatus elegantior de via spiritali Suforum turcice scriptus a *Nasúh Ben Hájj Ali*, qui ex vicariis Sheikhi *Sinán* fuit. Incipit ita: Laus Deo, qui nos dirigit etc. — 5053. Risálet fi ed'iyet el-salát el-mafrúdhet, tractatus de precibus invocationis a Deo imperatae, auctore *Mustafa Ben Mohammed*, vulgo *Khojakizádeh* dicto et anno 998 (inc. 31. Oct. 1589) mortuo. — 5954. Risálet el-adwár, tractatus de musica in quindecim sectiones divisus, auctore Khoja *Safi-ed-dín Abd-el-mumin.* — 5955. Risálet El-Sheikh Arslán, tractatus de Sufismo, auctore Sheikh *Arslán.* Incipit ita: Laus Deo justo sapienti etc. — 5956. Risálet Arshiláus, tractatus Archelai, qui de somniis agit et ita incipit: Laus Deo mundorum

النعمين الخ ٥٩٥٧ رسالة الازل للشيخ محيى الدين بن عربى اولها حمد لله الدائم الذى لم يزل الخ ٥٩٥٨ رسالة فى الاستثناء للشيخ محيى الدين محمد بن سليمان الكافيجى المتوفى سنة ٨٧٩ قال طاشكبرى زاده ولم يغادر صغيرة ولا كبيرة الّا احصاها واورد فيها نكتًا لم تسمعها آذان الزمان ٥٩٥٩ رسالة فى الاستخارة للشيخ محمد بن محمود المغلوى الوفائى المتوفى سنة ٩٤٠. ٥٩٦٠ رسالة فى استخراج جيب درجة واحدة على قواعد هندسيّة قد الهم بها جمشيد لبعض الافاضل اولها احمده على جزيل انعامه الخ والمبرّزون مع كثرة العدد لم يحوموا حولها ٥٩٦١ رسالة فى استخلاف الخطيب وجوازه لحسام الدين حسين بن عبد الرحمن المتوفى سنة ٩٢٦ وللحسن الشرنبلالى اوله الحمد لله الذى اظهر اسرار الهداية الخ ٥٩٦٢ رسالة الاستعارة للعلّامة ابى القاسم الليثى السمرقندى شرحها عصام الدين وقول احمد بن محمد بن خضر اوله الحمد لله الممجد الخ وعلى شرح العصام حاشية

domino etc. — 5957. Risalet el-ezel, tractatus de aeternitate, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Ben Arabi.* Incipit ita: Laus Deo perenni, qui fine caret etc. — 5958. Risálet fi el-istithná, tractatus de exceptione, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Soleimán Káfiji*, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo. *Táshköprízádeh*: Nullam rem, ait, sive sit minutissima sive amplissima, omisit; omnes recenset nulla excepta, ibique quaestiones profert subtilissimas, quas nulla unquam hominum auris audivit etc. — 5959. Risalet fi el-istikháret, tractatus de arte Coranum sorte consulendi, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mahmud Maghlewi Wefáyi*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 5960. Risalet fi istikhraj jeib darajet wáhidet, tractatus de inveniendo sinu gradus unius secundum regulas geometricas, quas *Jemshíd* viro alicui praestantissimo inspiravit. Incipit ita: Laudo eum pro ejus beneficiis copiosissimis etc., et viri eruditione excellentissimi quamquam numero plurimi ejus sensum penitus non perspexerunt. — 5961. Risalet fi istikhlaf el-khatib, tractatus de creando concionatoris vicario et de hujus creationis permissione, auctoribus *Hosám-ed-dín Hosein Ben Abd-el-rahman*, anno 926 (inc. 23. Dec. 1519) mortuo, et *Hasan Sharanbeláli*, cujus libellus ita incipit: Laus Deo, qui arcana rectae viae monstrat etc. — 5962. Risalet el-istiaret, tractatus de metaphora, auctore viro doctissimo *Abu'lcásim El-Leithi El-Samarcandi.* Commentarium in eum edidit *Isam-ed-dín*, et quae *Ahmed Ben Mohammed Ben Khidhr* de eo disseruit, incipiunt ita: Laus Deo gloria celebrando etc.

لحفيده ابن [علي بن] صدر الدين بن عصام اولها احمدك حمد مسترشد الخ ٥٩٦٣ رسالة في استعمال اليهود والنصارى للشيخ محمد بن عبد الكريم المغيلي التلمساني المتوفى سنة ٩١٠ اولها الحمد لله الذي انزل الكتب تبيينا لكل شيء الخ ٥٩٦٤ رسالة الاسطرلاب وعمله لابي الصلت اميّة بن عبد العزيز الاندلسي المتوفى سنة ٥٢٩ [ولمولى محمود بن محمد الرومي المشهور] بميرم چلبي [المتوفى سنة ٩٣١] فارسي على مقدّمة واحد وخمسين بابا وذيل اوله الحمد لله الذي خلق السموات والارض الخ وللشيخ ابي القاسم بن محفوظ وهي على ستة وستين بابًا وللشيخ جابر بن حيان الكوفي الصوفي تتضمّن الف مسألة ولابي القاسم احمد ابن ابي بكر المتوفى سنة ... جمعه فارسيّة ورتّبه على ثلاث مقالات اوله شكر وسپاس مر صانعي را ده الخ ورسالة على مقدّمة وثلاث مقالات نقلها من كتاب شش فصل لابي جعفر محمد بن أيّوب الطبري وهو سؤال وجواب وكتاب كيخسرو بن علاء المجوسي وكتاب علي بن

Ad commentarium *Isám-ed-dini* nepos ejus *Ibn* [*Ali Ben*] *Sadr-ed-dín Ben Isám* glossas edidit, quae ita ordiuntur: Laudo Te laude ejus, qui recta via incedit etc. — 5963. Risalet fi istimál El-Yehud we El-Nesára, tractatus de Judaeis et Christianis praefecturae praeponendis, auctore Sheikh *Mohammed Ben Abd-el-kerím Maghíli Tilimsáni*, anno 910 (inc. 14. Jun. 1504) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui libros sanctos revelavit, ut clari cujusvis rei essent interpretes etc. — 5964. Risalet el-asterlab we amalihi, tractatus de astrolabio ejusque usu, auctoribus *Abu'lsalt Omayya Ben Abd-el-azíz Andalusi*, anno 529 (inc. 22. Oct. 1134) mortuo — [Molla *Mahmúd Ben Mohammed Rumi*, vulgo] *Mírem Jelebi* [dicto et anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) mortuo], qui persice scripsit et libellum in praefationem et quinquaginta unum caput disposuit — Appendix ad eum edita incipit ita: Laus Deo qui coelos et terram creavit etc. — Sheikho *Abu'lkásim Ben Mahfútz*, cujus tractatus in sexaginta sex capita divisus est — Sheikho *Jábir Ben Hayyán Kufi* Theosopho, cujus opus mille quaestiones complectitur — *Abu'lkásim Ahmed Ben Abi Bekr*, anno ... mortuo, cujus sylloge persice scripta in tres dissertationes disposita est et ita incipit: Laus et gratiarum actio creatori, qui etc. — Porro commemorandi sunt tractatus in praefationem et tres dissertationes divisus, quem *Abu Ja'far Mohammed Ben Eyyúb Taberi* ex libro *Shesh fasl* „i. e. Sex sectiones" repetiit et ubi quaestionibus et responsis per vices usus est — et libri a *Keikhosrew*

عيسى الاسطرلابى ولكتاب عبد الرحمن الصوفى ولكتاب الكرمانى ولكتاب على بن هبة الله بن محمد ولكتاب ابى الفوارس بن ابى منصور ولكتاب احمد بن عبد الله المعروف بخنس الكاتب ولكتاب اسحق بن يعقوب الكندى ولكتاب ابى الريحان البيرونى ولكتاب احمد بن عبد الجليل السجزى ولكتاب مؤيد بن عبد الرحيم بن احمد بن محمد البغدادى ورسالة ابى الحسين عبد الرحمن الصوفى ورسالة الحكيم نصير الدين الطوسى فارسيّة ورسالة ابى الحسن الشيرازى وغيرهم ولمحمد بن رضوان الذى توفى سنة ٩٤٠. ٥٩٦٥ رسالة الاسطرلاب للشيخ زين الدين عبد الرحمن المزى الحنفى وهى على عشرة فصول وخاتمة اولها الحمد لله الكريم الوهاب الخ ٥٩٦٦ رسالة فى الاسطرلاب السرطانى المجنح لمحمد بن نصر الّفها فى سنة ٥١١ وهى على ثلثة وعشرين بابًا ولابى نصر منصور بن على بن عراق فى حقيقته بطريق الصناعى وهو على تسعين بابًا اولها الحمد لله تعالى خير ما استفتح الخ ٥٩٦٧ رسالة فى اسلوب الحكيم للمولى شمس الدين احمد [ابن سليمان العلّامة] ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠. ٥٩٦٨ رسالة فى رجوع اسماء الله تعالى

*Ben Alá* Mago — *Ali Ben Isa Asterlábi* — *Abd-el-rahman* Sufi — *Kermáni* — *Ali Ben Hibatallah Ben Mohammed* — *Abu'lfewáris Ben Abi Mansúr* — *Ahmed Ben Abdallah* Scriba, vulgo *Khanes* dicto — *Is'hac Ben Yacúb Kindi* — *Abu'lrihán Biruni* — *Ahmed Ben Abd-el-jelíl Sijzi* — *Mowayyed Ben Abd-el-rahím Ben Ahmed Ben Mohammed Baghdádi* — et tractatus ab *Abu'lhosein Abd-el-rahman* Sufi — philosopho *Nasír-ed-dín Tusi*, qui persice scripsit — *Abu'lhasan Shirázi* aliisque editi. Denique de eadem re scripsit *Mohammed Ben Ridhwán*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus. — 5965. Risalet el-asterláb, tractatus de astrolabio, auctore Sheikh *Zein-ed-din Abd-el-rahman Mizzi* Hanefita. Dispositus est in decem sectiones et conclusionem, et incipit ita: Laus Deo generoso, liberali etc. — 5966. Risalet fi el-asterlab Saratani Mojnah, tractatus de astrolabio *Saratáni Mojnah* vocato, quem *Mohammed Ben Nasr* anno 511 (inc. 5. Mai. 1117) composuit et in viginti tria capita divisit. Pariter *Abu Nasr Mansúr Ben Ali Ben Irác* de vera et subtili ejus conditione via artis monstrata librum in nonaginta capita divisum edidit, qui ita incipit: Laus Deo excelso. Optimum, quod aperuit etc. — 5967. Risalet fi oslub el-hakim, tractatus de methodo medici, auctore Molla doctissimo *Shems-ed-dín Ahmed* [*Ben Soleimán*] *Ibn Kemálpasha*, anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 5968. Risalet fi rojuʾ asmaʾ Allah taali, tractatus de nominibus divinis ex

الى ذات واحدة على رأى الفلاسفة والمعتزلة للامام الغزالى ٥٩٦٩ رسالة فى اسماء المدلّسين لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٥٩٧٠ رسالة الاشراقيّة فى دفع ظلمات الاسحاقيّة لشيخ جمال الدين افندى اوله الحمد لله الذى نور قلوب العارفين بمعرفة ذاته الخ الّفها لردّ على اسحق الحكيم فى دخله على اهل التصوّف ٥٩٧١ رسالة فى الاضحية لشيخ الرئيس ابى على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ٥٩٧٢ رسالة فى اطوار السلوك المسمّى بالاطوار السبعة لشيخ جمال الدين اسحق القرامانى المتوفى سنة ٩٣٠ ٥٩٧٣ رسالة فى اعتراضات عشر على التعريف المختار للعلم فى المواقف لخطيب زاده اجاب عنها جلال الدين الدوانى فى رسالة ٥٩٧٤ رسالة فى الاغذية اللطيفة وترتيبها وكيفيّتها لابى الحجاج يوسف الاسرائيلى وعليها ردّ لدخوار المذكور فى الاغانى ٥٩٧٥ رسالة فى الاغلاط الحسّيّة لقاضى قوام الدين يوسف بن حسن الحسينى الشهير بقاضى بغداد ٥٩٧٦ رسالة فى

sententia philosophorum et Motazilitarum ad unam essentiam revocandis, auctore Imâm *Ghazáli*. — 5969. Risálet fi asmá el-modallisín, tractatus de nominibus traditionariorum testimoniis incertis utentium, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 5970. Risálet El-Ishráckiyet, tractatus Neo-Platonicorum de repellendis tenebris asseclarum *Is'hack*'i, qui ita incipit: Laus Deo, qui corda gnosticorum cognitione essentiae suae illustravit etc. Sheikh *Jemál-ed-dín Efendi* eum ad refutandum *Is'hác* philosophum scripsit, cum contra Theosophos in certamen descenderet. — 5971. Risálet fi el-odhhiyet, tractatus de ovibus festo solemni Deo mactandis, auctore Sheikh Reyis *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sína*, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 5972. Risalet fi atwár el-solúk, tractatus de generibus vitae spiritalis, vulgo septem genera dicta, auctore Sheikh *Jemál-ed-dín Is'hac Carámáni*, anno 930 (inc. 10. Nov. 1523) mortuo. — 5973. Risálet fi itirádhat asher, tractatus de decem dubitationibus contra definitionem ejus allatis, quod in opere *Mewáckif* doctrinae convenienter libero arbitrio subjectum dicitur, auctore *Khatíb-zádeh*. Ad eas *Jelál-ed-dín Diwáni* in tractatu respondit. — 5974. Risalet fi el-aghdiyet el-letífet, tractatus de cibis subtilibus, eorum dispositione et ratione, auctore *Abu'lhejjáj Yusuf Israíli*. Refutavit eum *Dekhwár* in opere *El-Agháni* commemoratus. — 5975. Risálet fi el-aghlát el-hassiyet, tractatus de erroribus sensuum, auctore Cádhi *Ckiwám-ed-dín Yusuf Ben Hasan Hoseini*, vulgo Cadhi Baghdadensis dicto. — 5976. Risálet fi el-af'al, tractatus

الافعال التي تفعل في الصلوة على المذاهب الاربعة لزين العابدين بن ابراهيم المعروف بابن نجيم المصري المتوفى سنة ٩٧٠ وهي من الرسائل الزينية ٥٩٧٧ رسالة في افعال العباد لجلال الدين الدواني ايضا المتوفى سنة ٩٠٧ اولها اما بعد حمد الله فاتح القلوب مانح العيوب الخ ذكر فيه ان سعيد الدين محمد الاسترابادي سأله اوان اجتيازه بقاشان في بعض الاسفار فكتب من مخزونات خاطره ٥٩٧٨ رسالة في ان افعال الله سبحانه وتعالى لا تخلو عن حكم والمصالح وهذه المسألة من غوامض الاسرار ولذلك اضطربت فيها اقوال الائمة الكبار كما يشهد من مارس صناعتي الحكمة والكلام ويشاهده من تتبع اقاويل هؤلاء الاجلة الاعلام

٥٩٧٩ رسالة افعال الله تعالى لجلال الدين محمد بن اسعد الصديقي الدواني كتبها سنة ٩٠٣ وهي مشحونة بغرابة لم تسمعها الآذان ٥٩٨٠ رسالة في الافيون لعماد الدين محمود الشيرازي المتوفى سنة ... ٥٩٨١ رسالة في اقسام الحكمة لابن سينا الرئيس ٥٩٨٢ رسالة في اقسام المجاز للموفق

de actionibus, quae in precatione secundum quatuor sectas orthodoxas suscipiendae sunt, auctore *Zein-elabidin Ben Ibrahim Misri*, vulgo *Ibn Nojeim* dicto et anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuo. Pertinet ille ad tractatuum a *Zein-elabidin* editorum syllogen. — 5977. Risálet fi af'al el-ibad, tractatus de actionibus cultorum Dei, auctore eodem *Jelál ed-dín Dewáni*, anno 907 (inc. 17. Jul. 1501) mortuo. Incipit ita: Praemissis praemittendis. Laus Deo corda aperienti et vitia condonanti etc., et *Saíd-ed-dinum Mohammed Asterábádi* sibi narrat quaestionem proposuisse, cum in itinere aliquo eum in urbe *Cashan* praeteriret. Conscripsit igitur, quae menti et memoriae promta et parata erant. — 5978. Risálet, tractatus de eo, quod actiones Dei excelsi providentia et integritate non careant. Haec quaestio ad arcana maxime obscura pertinet, qua de caussa dicta Imamorum illustrissimorum in ea explicanda valde impedita sunt et dissentiunt, quemadmodum ii testantur, qui duas disciplinas philosophiae et metaphysicae tractant, et ii viderunt, qui effata horum virorum illustrium et doctorum persecuti sunt. — 5979. Risalet af'al allah, tractatus de actionibus Dei excelsi, quem *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Sadícki Dewáni* anno 903 (inc. 30. Aug. 1497) scripsit et quaestionibus rarissimis implevit, quas aures nondum audiverant. — 5980. Risalet fi el-afiyun, tractatus de opio, auctore *Imad-ed-din Mahmud Shirazi*, anno ... mortuo. — 5981. Risalet fi acsam el hikmet, tractatus de philosophiae partibus, auctore Reyis *Ibn Sina*. — 5982. Risalet fi acsam el-mejaz, tractatus de variis generibus metaphorae,

احمد بن سليمان الشهير بابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ ٥٩٨٣ رسالة فى اقسام الموجودات
وتفسيرها لابى الحسن العوفى وهو من اصحاب اخوان الصفآء وهى رسالة لطيفة ذكرها الشهرزورى
فى تأريخ الحكمآء ٥٩٨٤ رسالة فى قولهم اكثر من ان يحصى لعبد الباقى بن طورسون
علّقها حال كونه مدرّسًا بمدرسة على پاشا ٥٩٨٥ رسالة الاكراه للعلّامة سعد الدين مسعود
ابن عمر التفتازانى المتوفى سنة ٧٩١ ٥٩٨٦ رسالة فى الاكسير تركى منظوم لابن عاشق پاشا
٥٩٨٧ رسالة فى اكفار من اسند الجبر الى الانبيآء لمحيى الدين محمد بن ابراهيم بن الخطيب
المتوفى سنة ٩٠١ ٥٩٨٨ رسالة فى الفاظ الكفر لابى على بن محمد بن قطب الدين المتوفى سنة
جعلها على ستة عشر نوعًا اولها الحمد لله الذى ارشدنا الخ وفيه ايضا فارسى لقاضى القضاة
كمال الدين زيلى ذكره من التاتارخانيّة وقال شيخى ٥٩٨٩ رسالة فى الفاظ هل وضعت بازآء

---

auctore Molla *Ahmed Ben Soleimán*, vulgo *Ibn Kemálpásha* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 5983. Risálet fi acsám el-maujudát, tractatus de rerum existentium generibus et eorum expositione, auctore *Abu'lhasan Aufi*, qui ex discipulis fratrum sinceritatis fuit. Tractatus est elegans, quem *Shahrezuri* in Historia philosophorum commemorat. — 5984. Risálet fi caulihim „akthar min an yohsa," tractatus de dictione usitata „Plus quam ut numero comprehendi possit." *Abd-el-backi Ben Tursun* festinantius eum composuit, cum ad Collegium *Ali Pasha*e doctor esset. — 5985. Risálet el-ikráh, tractatus de necessitate alicui imposita, auctore viro doctissimo *Sa'd-ed-dín Mes'úd Ben Omar Teftázáni*, anno 791 (inc. 31. Dec. 1388) mortuo. — 5986. Risálet fi el-iksír, tractatus de elixirio. Poema turcicum, auctore *Ibn Ashic Pásha.* — 5987. Risálet fi ikfár man asnada el-jebr ila el-anbiyá, tractatus de eo impietatis accusando, qui beneficium, quo facta servi divini Deo ipsi attribuuntur, ad prophetas referunt, auctore *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím Ben-elkhatib*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuo. — 5988. Risálet fi alfátz el-kofr, tractatus de vocibus, quae impietatem significant, auctore *Abu Ali Ben Mohammed Ben Cotb-ed-dín*, anno ... mortuo, qui ei sedecim genera dedit et ita incipit: Laus Deo, qui nos recta via ducit etc. De eadem re judex supremus *Kemál-ed-dín Zeili* libellum persicum edidit, quem ille ex opere *Tátárkhaniyet* commemorat, et editorem praeceptorem suum appellat. — 5989. Risálet fi alfátz, tractatus de quaestione, verbane primitus inventa sint, ut cogitationibus speculativis et interioribus an sensibilibus et

المعدن الذهنيّة او الخارجيّة للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ٥٩٩٠. رسالة الامتحان من ثلثة فنون كتبها المولى اسحق چلبى وابن جوى وابن اسرافيل وامتحنوا بحضرة الصدرين الفاضلين المولى محيى الدين الفنارى والقادرى فى ثلثة ايام كلّ يوم من فنّ وذلك على التصحن فرجّح اسحق عليهم فقيل فى تأريخه ديدم تأريخى صحنه شرفدر اول ما كتبه جوى زاده فى رسالته فاتحة خير الكلام واول ما كتبه ابن اسرافيل الحمد لله الذى اكمل الدين الحنفى الخ واول رسالة اسحق خير الكلام يكتب على صدور الصحائف الخ وفى هذا البحث اى طعن الراوى من التوضيح رسالة للمولى الفنارى اولها سبحان من يحير فى بيدآء صمديّته الخ والردّ على رسالة ابن جوى لاسحق چلبى والجواب عنه لجوى زاده فى ورقة ولهم رسآئل فى فنون ثلثة فى هذا الامتحان ٥٩٩١ رسالة فى امثلة التعارض فى الاصول لسراج الدين محمود بن ابى بكر الارموى [المتوفى سنة ٦٨٢] وهى مسآئل

exterioribus respondeant, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 5990. Risálet el-imtihán, tractatus de probatione tres disciplinas complectente, quem Molla *Is'hac Jelebi*, *Ibn Jui* et *Ibn Isráfíl* scripserunt, qui praesidibus duobus viris doctissimis principem dignitatis gradum tenentibus, Molla *Mohyi-ed-dín Fenári* et *Cádiri*, per tres dies, quibus singulis una doctrina tractabatur, interioribus domus partibus inclusi se tentandos obtulerant. *Is'hac* caeteris palmam praeripuit, et de tempore, quo hoc factum est, chronogramma exstat: Vidi historiam meam „patinam esse nobilitatis". Quae *Juizádeh* ab initio tractatus sui verba habet, sunt haec: *Fátiha* optima oratio est: *Ibn Isráfíl* in limine libelli haec scripsit: Laus Deo, qui fidem veram et orthodoxam perfecit etc., et tractatus *Is'hack*i sic orditur: Optima verba, quae frontibus foliorum inscribuntur etc. Porro de hac quaestione, de relatore scilicet ob perspicuitatem desideratam obtrectando, Molla *Fenári* tractatum edidit, qui ita incipit: Laudatus sit ille, qui in sempiternitatis suae campo attonitum reddit etc. Tractatum *Ibn Jui*i *Is'hac Jelebi* refutavit, et ad hanc refutationem *Juizádeh* responsum edidit folio comprehensum. Iidem plures tractatus de tribus disciplinis in hoc examine tractatis composuerunt. — 5991. Risálet fi emthilet el-tearodh fi el-osul, tractatus de exemplis controversiae mutuae in dogmatibus fundamentalibus. Quaestiones, auctore *Siráj-ed-dín Mahmud Ben Abi Bekr Ormewi*, [anno 682 (inc. 1. Apr. 1283) mortuo]. —

٥٩٩٢ رسالة فى املآء الخطّ العربى لمحمد بن محمد العمرى العدوى مختصر اوله الحمد لله
الذى بنظامه وضع الكلام المتكلّمون الخ ٥٩٩٣ رسالة فى احوال بيت المال واقسامها واحكامها
ومصارفها لابراهيم بن يحيى الشهير بدده خليفة المتوفى سنة ...ه باسم السلطان مصطفى
ابن سليمان [خان العثمانى] ٥٩٩٤ رسالة فى الامور العامّة لبعض العلمآء اولها الحمد لله
الذى عظمت نعمته وعمّت الخ ٥٩٩٥ رسالة فى الانبيآء عليهم السلام وعددهم تركى لعبد
الباقى بن طورسون ٥٩٩٦ رسالة فى الانس والآفاق للسيّد الشريف الجرجانى ٥٩٩٧ رسالة
الانسيّة فارسى ليعقوب بن عثمان الجرخى جمعها فى كلمات بهآء الدين نقشبند ٥٩٩٨ رسالة
فى انشقاق القمر لمحمد بن بلال الحنفى المتوفى سنة ...ه لولد حسن كتخدا اولها الحمد
لله ربّ العالمين الخ ٥٩٩٩ [رسالة فى انعكاس الشعاعات لنصير الدين الطوسى الحكيم]
٦٠٠٠ رسالة الانوار للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى المشهور مختصر اوله

---

5992. Risálet fi imlá el-khatt el-arabi, tractatus de orthographia scripturae arabicae, auctore *Mohammed Ben Mohammed Omari Adewi.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, cujus inspiratione theologi philosophantes theologiam scholasticam primitus stabiliverunt etc. — 5993. Risálet fi ahwál beit el-mál, tractatus de conditionibus, quae ad aerarium publicum pertinent, de harum generibus, statutis et expensorum ratione. *Ibráhím Ben Yahya*, vulgo *Dehdeh Khalífa* dictus et anno ... mortuus, eum jussu Sultani *Mustafa Ben Soleimán* [*Khán Othmáni*] scripsit. — 5994. Risáiet fi el-omur el-ámmet, tractatus de rebus communibus, auctore viro aliquo docto, qui ita incipit: Laus Deo, cujus gratia magna est et omnia complectitur etc. — 5995. Risáiet fi el-anbiyá, tractatus de prophetis, quibus Deus propitius sit, eorumque numero ab *Abd-el-backi Ben Tursun* turcice scriptas. — 5996. Risálet fi el-ins we el-afác, tractatus de genere humano et terrae tractibus, auctore Seyyid Sherif *Jorjáni.* — 5997. Risálet el-insiyet, tractatus de statu humano a *Yacúb Ben Othmán Jerkhi* persice conscriptus, qui eum verbis *Behá-ed-dín*i *Nackishbend* convenienter collegit. — 5998. Risálet fi inshicác el-camer, tractatus de divisione lunae in duas partes a *Mohammede* facta, auctore *Mohammed Ben Bilál* Hanefita, anno ... mortuo, qui eum in commodum filii *Hasan Ketkhudá* scripsit et ita incipit: Laus Deo mundorum domino etc. — 5999. [Risalet fi inikás el-shoáát, tractatus de repercussu radiorum solis, auctore *Nasir-ed-dín Tusi* Philosopho]. — 6000. Risálet el-anwár, tractatus de luminibus, auctore Sheikh clarissimo *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi.* Compendium, quod

الحمد لله واهب العقل ومبدعه الخ ٦٠٠١ [رسالة فى انواع الاطعمة وكيفيّة طبخها للشيخ تاج الدين بن زكريّاء بن سلطان الهندى النقشبندى المتوفى بمكّة سنة ١٠٥٠] ٦٠٠٢ رسالة الايس والليس للمولى احمد بن سليمان الشهير بكمال باشازاده المتوفى سنة ٩٤٠ ٦٠٠٣ رسالة فى الاوانى والظروف واحكامها وما فيها من المظروف لشهاب الدين احمد بن عماد الاقفهسى الشافعى المتوفى سنة [٨٠٨] اولها الحمد لله وحده وصلوته الخ ٦٠٠٤ رسالة فى اوجاع الاطفال لابن مندويه احمد بن عبد الرحمن الطبيب الاصفهانى ٦٠٠٥ رسالة فى الاوزان للمولى عطاء الله العجمى ولابن رشيد وللكندى ولعلّ كلاهما فى معرفة قوّة المركّب فى اى وجه فى خاصّة المهمّة ٦٠٠٦ رسالة الايقاعيّة عن الفوائد البرهانيّة ٦٠٠٧ رسالة فى تحقيق الايمان لمولانا لطفى المتوفى سنة ٩٠٠ ٦٠٠٨ رسالة فى ايمان فرعون لجلال الدين محمد بن اسعد الصديقى الدوانى اولها الحمد لله قبل توبة عبده اذا تاب الخ [وشرحها المولى على

ita incipit: Laus Deo mentis datori et primo auctori etc. — 6001. [Risálet fi anwá' el-et'imet, tractatus de ciborum generibus et ratione eos coquendi, auctore Sheikh *Táj-ed-dín Ben Zakeriya Ben Sultán El-Hindi El-Nackishbendi*, Mekkae anno 1050 (inc. 3. Apr. 1650) mortuo]. — 6002. Risálet el-eis we el-leis, tractatus de vocibus „*est*“ et „*non est*“, auctore Molla *Ahmed Ben Soleimán*, vulgo *Kemálpushazádeh* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 6003. Risálet fi el-awáni we el-tzorúf, tractatus de vasis majoribus et minoribus, eorum statutis et rebus, quae iis continentur, auctore *Shehúb-ed-dín Ahmed Ben Imád Afcahesi* Shafiita, anno [808 (inc. 29. Jun. 1405)] mortuo. Incipit ita: Laus Deo soli et ejus benedictio etc. — 6004. Risálet fi aujá' el-atfal, tractatus de doloribus infantium, auctore *Ahmed Ben Abd-el-rahman Isfaháni* Medico, vulgo *Ibn Mundeweih* dicto. — 6005. Risálet fi el-auzán, tractatus de ponderibus, auctoribus Molla *Atá-ullah Ajemi*, *Ibn Reshíd* et *Kindi*. Fortasse duo ultimi de vi compositi in re qualicunque cognoscenda agunt, quae quaestio ad rem specialem praeter ceteras gravem pertinet. — 6006. Risálet el-icáiyet, tractatus de doctrina concentuum clausulae, ex opere *El-Fewáïd El-Borhániyet* sumta. — 6007. Risálet fi tahckic el-imán, tractatus de vera fidei significatione, auctore Molla nostro *Lutfi*, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuo. — 6008. Risálet fi imán Fir'aun, tractatus de fide Pharaonis, auctore *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Sadícki Dewáni*. Incipit ita: Laus Deo, qui resipiscentiam servi sui benevole admittit, quando se ad eum convertit etc. [Ejus commentarium duobus decem foliorum fasciculis

القارى فى كراستين] ٦٠٠٩ رسالة ايها الاخوان ٦٠١٠ رسالة ايها الولد سبق فى الالف

الباء

٦٠١١ رسالة فى كون باء البسملة للملابسة فى حديثها للمولى خواجه زاده المتوفى سنة ٨٩٣ ٦٠١٢ رسالة فى البانزهر والادوية الترياقية لمحمد بن محمد القوصونى اولها الحمد لله رب العالمين الخ رتّبها على ستة فصول وخاتمة ٦٠١٣ رسالة فى الباء والاسباب لابن مندويه احمد ابن عبد الرحمن الاصفهانى الطبيب ٦٠١٤ رسالة البدليات للشيخ ابراهيم بن ابى سعيد العلائى الطبيب المغربى مرتّب على الحروف ٦٠١٥ رسالة البركلى للمولى محمد بن پير على المتوفى سنة [٩٨١] وهى رسالة كتبها بالتركية ليعمّ نفعها بين العوامّ والنسوان والصبيان لانّها محتوية على اجمال الاعتقاديات على مذهب اهل السنة والجماعة والاخلاق فى ضمن وصايا

comprehensum edidit Molla *Ali* Corani Lector]. — 6009. Risálet ayyohá el-akhwán, tractatus: O fratres! — 6010. Risálet ayyohá el-weled, tractatus: O mi fili! de quo supra in litera *Elif* dictum est. —

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Bá* incipiunt.

6011. Risálet fi kaun bá el-besmelet lilmolábiset, tractatus de eo, quod praepositio *Bá* dictionis *Besmelet* (i. e. nomine Dei misericordis miseratoris) sensum conjunctionis in attributo suo habeat, ut „*cum*" significet, auctore Molla *Khojazádeh*, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuo. — 6012. Risálet fi el-bánzeher we el-edwiyet el-tiryáckíyet, tractatus de lapide Bezoar et medicamentis antidotis, auctore *Mohammed Ben Mohammed Causuni.* Incipit ita: Laus Deo mundorum domino etc., et in sex sectiones et conclusionem divisus est. — 6013. Risálet fi el-bá we el-asbáb, tractatus de litera *Bá* et caussis, auctore *Ahmed Ben Abd-el-rahman Isfaháni* Medico, vulgo *Ibn Mundeweih* dicto. — 6014. Risálet el-bedelíyát, tractatus de succedaneis, auctore Sheikh *Ibráhím Ben Abi Saíd Aláyi* Medico Mauritano. Dispositus est secundum literas alphabeti. — 6015. Risálet El-Birgili, tractatus, quem Molla *Mohammed Ben Pír Ali*, vulgo *Birgili* dictus et anno [981 (inc. 3. Mai. 1573)] mortuus, turcice scripsit, ut ejus utilitas in vulgus, mulieres et pueros redundaret et propagaretur. Omnia enim comprehendit fidei orthodoxae dogmata disciplinae Sunnitarum, Mohammedanorum orthodoxorum, et bene moratorum convenienter, et consilia sunt testamenti loco suis

لاولاده واقربائه وسائر المؤمنين اجمعين اتمه تقريبا سنة ٩٧٠ [وشرحه الشيخ على الصدرى القونوى المتوفى سنة بلسان التركية شرحا ممزوجا] ٦٠١٦ رسالة البرهانى لابى زيد جعفر بن زيد الشافعى المتوفى سنة [٧٣٩] ٦٠١٧ رسالة فى البسملة لجلال الدين رسولا بن احمد [بن يوسف التيرى الحنفى] التبانى المتوفى سنة ٧٩٣ ٦٠١٨ رسالة البصرى فى التلطف ٦٠١٩ رسالة بقراط [الطبيب الحكيم بن راقليس] الى انطاخت الكبير يعنى دارا ملك فرس لما عرض فى ايامه للفرس المعروين وله رسالة الى اهل ابديرا مدينة ديمقراطيس الحكيم جوابا عن رسالتهم اليه لاستدعائه وحضوره لعلاج ديمقراطيس ٦٠٢٠ رسالة فى بناء ايا صوفية وقلعة قسطنطنية للمولى الفاضل مصطفى بن حسن المعروف بالجنابى المتوفى سنة ٩٩٩ ٦٠٢١ رسالة فى البنج والحشيش وتحريمهما لابراهيم بن يخشى الشهير بدده خليفة المتوفى سنة ٩٧٣ ومنه انتخب ابراهيم الحلبى بن الحنبلى رسالة ثم شرحها وسماها بظل العريش [فى منع حل

liberis, propinquis et omnibus ceteris Mohammedanis relicta. Absolvit eum circiter annum 970 (inc. 31. Aug. 1562), [et Sheikh *Ali Sadri Cunewi*, anno ... mortuus, commentarium turcicum in eum edidit, qui textum admixtum habet]. — 6016. Risâlet el-borhâni, tractatus de demonstratione, auctore *Abu Zeid Ja'far Ben Zeid* Shafiita, anno [739 (inc. 20. Jul. 1338)] mortuo. — 6017. Risâlet fi el-besmelet, tractatus de formula „Nomine Dei miseratoris misericordis," auctore *Jelál-ed-dín Rasulá Ben Ahmed* [*Ben Yusuf Thiri*] *Tebbáni* [Hanefita], anno 793 (inc. 9. Dec. 1390) mortuo. — 6018. Risâlet El-Basri, tractatus *Basri*i de dictis facetis. — 6019. Risalet Bocrat, epistola Hippocratis [medici et philosophi, Heraclidis filii] ad Antiochum Magnum, quem Darium Persiae regem esse volunt, propter ea scripta, quae Persis Arabes factis sua aetate acciderunt. Idem epistolam ad Abderae incolas, ubi Democritus philosophus natus fuit, scripsit literis responsurus, quibus eum arcessiverant et praesentem esse voluerant, ut Democritum curaret. — 6020. Risâlet fi bena Aya Sufiya, tractatus de templi Aya Sufiya et castelli Constantinopolitani exstructione, auctore Molla bene merito *Mustafa Ben Hasan*, vulgo *Jenábi* dicto et anno 999 (inc. 20. Oct. 1590) mortuo. — 6021. Risalet fi el-benj we el-hashish, tractatus de herbis mentem perturbantibus *Benj* et *Hashish* et de earum usu prohibito, auctore *Ibrahím Ben Yakhshi*, vulgo *Dehdeh Khalifa* dicto et anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuo. Inde *Ibráhím Halebi Ben-elhanbali* meliora in tractatu excerpsit, quem postea commentatus est et *Tzill el-arish* [*fi man' hall*

البنج والحشيش] وقد ذكر صاحب مصحف الجماعة يعنى ارشادوس الفيثاغورى ونقل كلامه فى الصناعة قال التمس منّى بعض اخوانى كشف معانيها فاجبته وشرحته بالقاهرة فى اوآئل العشر الاول من ذى الحجة سنة ٩٤٤ ٦٠٢٢ رسالة البواسير وعلاج شققه لابن مندويه احمد ابن عبد الرحمن الاصفهانى الطبيب كتبها الى الرئيس ابن سينا وفيه ايضا رسالة تركيّة على سبعة ابواب اولها شكر الله اعلى وبالتقديم اولى الخ ٦٠٢٣ رسالة البهآئيّة فى مناقب الشيخ بهآء الدين النقشبندى لمحمد بن مسعود البخارى وللسيّد الشريف الجرجانى ٦٠٢٤ رسالة فى بيت المال وكيفيّة تصرّفه فى مصارف العشر للمولى خسرو المتوفى سنة ٨٨٥ ٦٠٢٥ رسالة فى البيعة من الشيخ فارسيّة للشيخ نور الدين جعفر ولعلى الهمدانى وهى فارسيّة ايضا ٦٠٢٦ رسالة بيون البرهمى فى الاكسير شرحها ايدمر بن على الجلدكى وسمّاه السرّ المصون ذكره فى نهاية الطالب اوله الحمد لله الذى شهدت بربوبيّته عجآئب المصنوعات الخ

*el-benj we el-hashish*] appellavit. Interdum auctorem libri *Jemáat* (Ἁρμονικόν?), Archytam scilicet Pythagoreum commemorat ejusque verba de Alchymia affert. Postulavit a me, ait, amicorum meorum unus, ut ei veram artis magnae naturam explicarem, et votis satisfeci. Commentarium Cahirae ineunte die undecimo mensis Dzi'lhijjet anni 944 (inc. 10. Jun. 1537) composuit. — 6022. Risálet el-bewasír we iláj shucáckihi, epistola de haemorrhoidibus et earum fissuris curandis, quam *Ahmed Ben Abd-el-rahman Isfaháni* Medicus, vulgo *Ibn Mundeweih* dictus, ad Reyis *Ibn Siná* scripsit. De eodem morbo tractatus exstat turcicus in septem capita divisus, qui ita incipit: Gratiae Deo actae augustissimae sunt, et quae ceteris rebus praeferantur dignissimae etc. — 6023. El-Risálet El-Beháiyet, tractatus *Behá-ed-din*icus de virtutibus Sheikhi *Behá-ed-dín Nackishbendi*, auctoribus *Mohammed Ben Mes'ud Bokhári* et Seyyid Sherif *Jorjáni*. — 6024. Risálet fi beit el-mál, tractatus de aerario publico et ratione, qua in expensis decimarum impenditur, auctore Molla *Khosrew*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. — 6025. Risálet fi el-biat min El-Sheikh, tractatus de inauguratione Sheikhi persicus, auctore Sheikh *Núr-ed-dín Ja'far*. De eadem re *Ali Hemdáni* persice scripsit. — 6026. Risalet Beyún El-Berhemi, tractatus *Beyun*i Brachmanae de elixirio, quem *Eidemir Ben Ali Jildecki* commentatus est, commentariumque *El-Sirr El-Mesún* inscripsit et in *Niháyet el-taleb* commemorat. Incipit ita: Laus Deo, cujus summa potestate miracula rerum creatarum confirmantur etc.

التاء

٦٠٢٧ رسالة فى تجزّى الانقسام للشيخ الرئيس ابى على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ٦٠٢٨ رسالة التجلّيات لابن عربى وللشيخ احمد البونى اولها اخرج الجسم من الظلمة الى النور الخ ٦٠٢٩ رسالة التجنيس فى الحساب للسجاوندى وشرحه تقى الدين ابن معروف شرحًا ممزوجًا اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ٦٠٣٠ رسالة فى التجويد لصادق ابن يوسف المجود المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى انزل القرآن معجزًا ببلاغة معناه الخ رتّبه على اربعة فصول ١ فى بيان التجويد ٢ فى وجوبه ٣ فى اللحن ٤ فى اللغات ٦٠٣١ رسالة فى تدبير الجسد لابى على احمد بن عبد الرحمن ابن مندويه الطبيب الاصفهانى وهى ثلث رسائل الى بعض اصحابه وله رسالة فى تدبير المسافر ٦٠٣٢ رسالة فى تذكرة اولى الالباب للشيخ عبد المجيد بن نصوح الرومى جمعها من التفسير فوجد اثنى عشر آية اولها

**Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Tá* incipiunt.**

6027. **Risalet fi tejezzi el-inckisam**, tractatus de divisione in partes, auctore Sheikh Reyis *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Siná*, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 6028. **Risálet el-tejelliyát**, tractatus de revelationibus secretorum divinorum, auctoribus *Ibn Arabi* et Sheikh *Ahmed Buni*, cujus libellus ita incipit: Protraho corpus e tenebris in lucem etc. — 6029. **Risálet el-tejnis**, tractatus assimilationis de arithmetica, auctore *Sejáwendi*. Commentarium in eum *Tacki-ed-din Ben Ma'ruf* ita scripsit, ut textum adderet, et incipit ita: Laus Deo mundorum domino etc. — 6030. **Risálet fi el-tejwíd**, tractatus de doctrina Coranum bene legendi, auctore *Sádic Ben Yusuf* illius doctrinae magistro, anno . . . mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui Coranum ita revelavit, ut miraculum esset ob sensus ejus eloquentiam etc., et divisus est in quatuor sectiones — 1. de significatione doctrinae Coranum bene legendi — 2. de ejus necessitate — 3. de erroribus in legendo — 4. de dialectis. — 6031. **Risálet fi tedbír el-jesed**, epistola de diaeta corporis, auctore *Abu Ali Ahmed Ben Abd-el-rahman Ibn Mundeweih Isfaháni* Medico. Sunt tres epistolae ad discipulorum aliquem scriptae. Idem tractatum de diaeta peregrinantis edidit. — 6032. **Risalet fi tedzkiret uli el-elbab**, tractatus memoriae adminiculum in usum virorum cordatorum continens, auctore Sheikh *Abd-el-mejid Ben Nasuh Rumi*, qui eum ex commentariis coranicis collegit, et duodecim versus invenit. Incipit ita: Laus Deo,

الحمد لله الذى نوّر قلوب العلماء الخ ٦٠٣٣ رسالة فى ترجيح مذهب ابى حنيفة على غيره للشيخ اكمل الدين محمد بن محمود البابرتى المتوفى سنة [٧٨٦] وعليه ردّ لعلى بن محمد ابن العزّ الحنفى ولجلال الدين رسولا بن احمد التبانى الحنفى المتوفى سنة ٧٩٣ ٦٠٣٤ رسالة الترشيحيّة لابى القسم السمرقندى الليثى المتوفى سنة فى اقسام الاستعارة على ست فوائد وشرحها عصام الدين ابراهيم بن محمد الاسفرآئنى المتوفى سنة [٩٤٢] وسعيد الاصفهانى ٦٠٣٥ رسالة الترصيع فى باحث التسميع ٦٠٣٦ رسالة فى التشبيه الواقعة فى دعاء الصلوة لجلال الدين محمد بن اسعد الدوانى اولها وله الحمد الخ ٦٠٣٧ رسالة التشريح لعماد الدين محمود الشيرازى المتوفى سنة ولابن جماعة فيه رسالة ولعيسى الصفوى اولها وله الحمد وعلى نبيّه الصلوة الخ ٦٠٣٨ رسالة التصوّر والتصديق لشارح المطالع قال فى اثناء مباحثه [فعليه] بمطالعة رسالتنا المعمولة فى التصوّر والتصديق قال مصنّفك هذه الرسالة كالعنقاء

qui corda virorum doctorum illuminavit etc. — 6033. Risalet fi terjih madzhab Abi Hanífa, tractatus de disciplina *Abu Hanífae* ceteris praeferenda, auctore Sheikh *Akmal-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd Báberti*, anno [786 (inc. 24. Febr. 1384)] mortuo. Refutationem ejus scripserunt *Ali Ben Mohammed Ben Izz-ed-dín* Hanefita et *Jelál-ed-dín Rasúlá Ben Ahmed Tebbáni* Hanefita, anno 793 (inc. 9. Dec. 1390) mortuus. — 6034. El-Risálet El-Tershíhíyet, tractatus de metaphora *tershíh*, auctore *Abu'lcásim Samarcandi Leithi*, anno ... mortuo. Agit de metaphorae generibus et in sex uniones divisus est. Commentarios in eum scripserunt *Isám-ed-dín Ibráhím Ben Mohammed Isferáini*, anno [912 (inc. 2. Jul. 1535)] mortuus, et *Saíd Isfaháni*. — 6035. Risálet el-tersí', tractatus de paronomasia *tersí'*. Agit de quaestione, qua auribus oblectatio pariatur. — 6036. Risálet fi el-teshbíh, tractatus de assimilatione in precatione solemni obvia, auctore *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Dewáni*. Incipit ita: Ei sit laus etc. — 6037. Risálet el-teshríh, tractatus de anatomia, auctore *Imád-ed-dín Mahmúd Shirázi*, anno ... mortuo. De eadem arte *Ibn Jemáa* tractatum edidit, et *Isa Seferi*, cujus libellus ita incipit: Ei sit laus et super ejus propheta benedictio etc. — 6038. Risálet el-tesawwor we el-tesdíc, tractatus de imaginatione et persuasione, auctore interprete libri *Metáli'*, qui media in disquisitione dicit: Commendo ei lectionem tractatus nostri, quem de imaginatione et persuasione confecimus. *Mosannifek* hunc tractatum similem esse dicit avi *Anca*, cui nihil praeter

سمى به الّا اسم من الاسماء وحكى انّ بعض الظرفاء لمّا بلغ هذا المقام عند قرأته على الشارح قرأ فعليه بمطالعة رسالتنا الخ فضحك من سمع فاعتذر الشارح بانّها كانت موجودة الّا انّها ضاعت منّى فى الطريق لما توجّهت الى هراة ولم يتيسّر لى تأليفها مرّة اخرى [اقول انّى ملكتها وطالعتها فلله الحمد والمنّة] ٦٠٣٩ رسالة فى التصوّف واهله وتحقيق مذهبهم لنور الدين عبد الرحمن [بن احمد] الجامى المتوفى سنة ٨٩٨ وللشيخ عبد اللطيف ابن ملك ٦٠٤٠ رسالة فى تعديل الاركان للصلوة لحسن افندى الواعظ الامام بجامع القلعة ببروسه الّفها سنة الف وادرج فيها تعديل الصلوة اولها الحمد لله المعبود فى طباق الارضين والسموات الخ ٦٠٤١ رسالة فى التعريب للمولى احمد بن سليمان الشهير بابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ ومحمد بن بدر الدين المنشى الرومى الاقحصارى الحنفى المفسر المتوفى سنة ١٠٠١ ٦٠٤٢ رسالة فى معنى التعريف والمعرفة لشاه محمد بن احمد الخالدى الكيسى المعروف بسيد عاشق

nomen sit; et vir aliquis ingeniosus, cum ad hunc locum in lectionibus coram interprete operis *Metáli* perveniret, legisse dicitur: „Commendo ei lectionem tractatus nostri etc. Riserunt, qui hoc audiebant; quapropter interpres se excusavit, quod tractatus revera exstiterit, sed in itinere, quod Heratam fecerit, perditum esse a sese, neque sibi contigisse, ut eum rursus componeret. [Ad quae adjicio: Possideo eum et legi. Laus sit Deo et gratia]. — 6039. Risálet fi el-tesawwof, tractatus de theosophia, theosophis et comprobanda eorum disciplina, auctoribus *Núr-ed-dín Abd-el-rahman* [*Ben Ahmed*] *Jámi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492) mortuo, et Sheikh *Abd-el-latíf Ibn Melik*. — 6040. Risálet fi ta'díl el-arkán li'lsalát, tractatus de recta divinorum institutorum Mohammedanis in oratione praescriptorum observatione, quem *Hasan Efendi* Concionator et Imamus ad templum cathedrale Prusae anno 1000 (inc. 9. Oct. 1591) composuit. Inseruit ei justam in oratione observandam recitationem, et incipit ita: Laus Deo, qui a creaturis in utroque mundo et coelis colitur etc. — 6041. Risálet fi el-ta'ríb, tractatus de arte peregrinas voces arabicae linguae accommodandi, auctoribus Molla *Ahmed Ben Soleiman*, vulgo *Ibn Kemálpásha* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo, et *Mohammed Ben Bedr-ed-dín El-Munshi El-Rumi Ac'hisári* Hanefita et Corani interprete, anno 1001 (inc. 28. Sept. 1592) mortuo. — 6042. Risálet fi ma'na el-ta'ríf we el-ma'rifet, tractatus de sensu definitionis et cognitionis, auctore *Sháh Mohammed Ben Ahmed Khálidi Keisi*, vulgo *Seyyid Ashic* dicto et anno …

المتوفى سنة وجعله على ثلثة سموط اوله الحمد لله الذى الهمنا معرفة الحقائق الخ

٦٠٤٣ رسالة فى التغليب لابن كمال احمد بن سليمان المذكور ٦٠٤٤ رسالة فى التغنى وحرمته

ووجوب استماع الخطبة للبركلى اولها الحمد لله الذى هدانا للاسلام الخ وللشيخ احمد

الرومى اوله الحمد لله الذى ارسل رسوله بالهدى الخ ٦٠٤٥ رسالة فى تفسير قوله سبحانه

وتعالى الرحمن على العرش استوى لابن طولون المولى الشامى اولها الحمد لله الذى استوى

الخ ٦٠٤٦ رسالة فى تفسير آية الوضوء للمولى احمد بن مصطفى الشهير بطاشكبرى زاده

المتوفى سنة ٩٦٨ وله فى تفسير قوله تعالى هو الذى خلقكم الآية ٦٠٤٧ رسالة فى تفسير بعض

الآيات لالياس بن ابراهيم السينابى اظهر فيه مهارته فى التفسير ٦٠٤٨ رسالة فى تفسير قوله

سبحانه وتعالى سنريهم آياتنا فى الآفاق وفى انفسهم للسيد الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى

سنة [٨١٤] ٦٠٤٩ رسالة فى تفسير قوله سبحانه وتعالى فسحقا لاصحاب السعير للمولى مصلح

mortuo, qui eum in tria fila disposuit, et ita incipit: Laus Deo, qui nobis cognitionem veritatum inspiravit etc. — 6043. Risalet fi el-taghlib, tractatus de principatu deferendo, auctore *Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemál* modo commemorato. — 6044. Risalet fi el-teghanni, tractatus de cantatione, prohibita ejus exercitatione et necessitate sermonem *Khotba* audiendi, auctoribus *Birgili*, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos ad veram fidem ducit etc., et Sheikh *Ahmed Rumi*, cujus libellus ita incipit: Laus Deo, qui prophetam suum cum vera religione misit etc. — 6045. Risalet fi tefsir caulihi, tractatus de interpretatione verbi divini „Miserator super thronum consedit," auctore Molla *Ibn Tulún Shámi*, cujus tractatus ita incipit: Laus Deo, qui consedit etc. — 6046. Risalet fi tefsír ayet el-wodhu', tractatus de interpretatione versus lotionis sacrae, auctore Molla *Ahmed Ben Mustafa*, vulgo *Táshköprizádeh* dicto et anno 968 (inc. 22. Sept. 1560) mortuo. Idem commentarium alium edidit de versu coranico: „Ipse est, qui creavit vos" etc. — 6047. Risalet fi tefsír ba'dh el-ayát, tractatus de interpretatione nonnullorum versuum coranicorum, auctore *Ilyás Ben Ibráhím Sinábi*, qui hic in interpretando solertiam comprobavit. — 6048. Risalet fi tefsir caulihi, tractatus de interpretatione loci coranici: „Mox ostendemus eis signa nostra in extremis terminis et in animabus eorum," auctore Seyyid Sherif *Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno [814 (inc. 25. Apr. 1411)] mortuo. — 6049. Risalet fi tefsir caulihi, tractatus de interpretatione verbi coranici „Sed procul habitatoribus Tartari," auctore Molla

الدين مصطفى القسطلانى المتوفى سنة ٩٠١ وهو محلّ غويص ٦٠٥٠ رسالة فى تفسير قوله سبحانه وتعالى فلا تجعلوا لله اندادًا للمولى احمد الشهير بشيخ زاده علّقها حال كونه مدرّسًا باحدى المدارس السليمانيّة لتعيين مراد الزمخشرى والبيضاوى اوله الحمد لله الذى بيّن وحدانيّته بانزال الآيات التشريعيّة الخ ٦٠٥١ رسالة فى تفسير قوله سبحانه وتعالى ما كان على النبى من حرج فيما فرض الله له للمولى عبد الحليم الشهير باخى زاده اوله انّ احسن ما توشّح به صدور السطور الخ كتبه وهو مدرّسًا بمدرسة على پاشا ٦٠٥٢ رسالة فى تفسير قوله سبحانه وتعالى والذين تبوّؤا الدار والايمان للشيخ احمد بن محمد الخفاجى الخطيب بالمدينة المنوّرة [شرفها الله تعالى] اولها الحمد لله الذى اظهر اسرار معانى آياته الخ رتّبها على مقدّمة وثلثة مقاصد وخاتمة وقد قرّظ عليها علماء عصره كالشيخ على المقدسى وغيره ٦٠٥٣ رسالة فى تفسير قوله وتعالى وربّك يخلق ما يشآء ويختار لابى محمد العسال ٦٠٥٤ رسالة فى تفسير قوله سبحانه وتعالى ولقد ارسلنا نوحا الى قومه للمولى محمد

*Moslih-ed-din Mustafa Casteláni*, anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuo. Locus est difficilis intellectu. — 6050. Risálet fi tefsir caulihi, tractatus de interpretatione loci divini „Ne ergo ponatis Deo similitudines," auctore Molla *Ahmed*, vulgo *Sheikhzádeh* dicto, qui eum obiter conscripsit, cum doctor esset ad unam Academiarum *Soleimáni*, ut commonstraret, quod *Zamakhsheri* et *Beidháwi* voluissent. Incipit ita: Laus Deo, qui unitatem suam demonstravit revelandis versibus duplici homoeoteleuto ornatis etc. — 6051. Risálet fi tefsir caulihi, tractatus de interpretatione verborum coranicorum: „Non fuit super prophetam ullum piaculum in (faciendo) id, quod Deus illi statuit" etc., quem Molla *Abd-el-halím* vulgo *Akhízádeh* dictus scripsit, cum doctor esset ad collegium *Ali Pashae*. Incipit ita: Praestantissimum, quo frontes linearum ornantur etc. — 6052. Risalet fi tefsir caulihi, tractatus de interpretatione loci coranici: „Qui autem incoluerunt domum et fidem," auctore Sheikh *Ahmed Ben Mohammed Khafáji* Concionatore in urbe Medina illustrata, [quam Deus nobilitet]. Incipit ita: Laus Deo, qui secreta sensus versuum suorum clara reddit etc., et eum in praefationem, tria consilia et conclusionem distribuit. Viri docti aetatis suae, ut Sheikh *Ali Mocaddesi* et alii, eum laude magna extulerunt. 6053. Risalet fi tefsir caulihi, tractatus de interpretatione loci coranici: „Et dominus tuus creat, quod vult et eligit." auctore *Abu Mohammed Assál*. — 6054. Risalet fi tefsir caulihi, tractatus de interpretatione loci coranici: „Jam quidem legavimus Noe ad gentem suam," auctore

الوانی ٦٠٥٥ رسالة فی تفسیر قوله سبحانه وتعالی ومن آیاته منامکم باللیل لبعض اهل دمشق اوله نحمدك یا من ایقظ قلوب العارفین الخ الفها سنة ٩٦٠ ولمولانا علاء الدین الشامی ٦٠٥٦ رسالة فی تفسیر قوله تعالی لا ینفع فی آخر سورة انعام لمحیی الدین ٦٠٥٧ رسالة فی تفسیر قوله سبحانه وتعالی یوم یأتی بعض آیات ربك فی سورة الانعام لمولی خسرو کتبها بامر السلطان محمد خان لکونها حجة للمعتزلة وعلی اهل السنة فی الظاهر وقد حل المولی المذکور هذه الاشکال وکشف مراد صاحب الکشاف والبیضاوی فیما ذکراه من الوجوه وبعد رسالة لسری الدین عبد البر بن محمد بن محمد بن الشحنة ذکر فیها انه وقع فی سنة ٨٧٦ الکلام فی قوله سبحانه وتعالی فاما الذین شقوا فاستشکل بعض الاصحاب والطیبی قد تعرض للجواب عنه وفی تقریره محتاج الی دقة فکر وحسن نظر وظاهر الامر انه مشکل ٦٠٥٨ رسالة فی تفضیل البشر علی الملك لمحمد امین الشهیر بامیر پادشاه المتوفی سنة وهی مقدمة

---

Molla *Mohammed Wáni.* — 6055. Risalet fi tefsír caulihi, tractatus de interpretatione loci coranici: „Et inter signa ejus (est) somnus vester in nocte," auctoribus viro aliquo Damasceno, qui ita incipit: Laudamus te, qui excitat corda spiritalium etc., et anno 960 (inc. 18. Dec. 1553) composuit, et Molla nostro *Alá-ed-din Shami.* — 6056. Risalet fi tefsír caulihi, tractatus de interpretatione loci coranici: „Non proderit (animae fides ejus)," qui ad finem Suratae *An'ám* legitur, auctore *Mohyi-ed-din.* — 6057. Risalet fi tefsír caulihi, tractatus de interpretatione loci coranici: „Die qua veniet aliquod signorum domini tui," qui in Surata *An'ám* legitur, auctore Molla *Khosrew*, qui eum jussu Sultani *Mohammed Khan* scripsit, cum argumentum in commodum Motazilitarum et contra Sunnitas secundum exteriorem quidem verborum sensum contineret. Molla commemoratus has difficultates ambiguas solvit, et quae auctor commentarii *Keshsháf* et *Beidháwi* significare voluerint, exponit: quatenus scilicet varias interpretandi rationes attulerant. De eadem re *Serí-ed-dín Abd-el-berr Ben Mohammed Ben Mohammed Ben-elshehneh* libellum edidit ibique perhibet, anno 876 (inc. 20. Jun. 1471) mentionem factam esse loci coranici „Porro, qui infelices fuerint," quem sociorum aliquis difficilem esse statuerit, et *Tayyibi* ad eum respondere suscepisse. In constituendo autem sensu sana cogitatione et vera ac subtili consideratione uti necesse habuit, unde satis apparet, quaestionem admodum difficilem esse et intricatam. — 6058. Risalet fi tefdhil el-besher ala el-melek, tractatus de hominibus angelis praeferendis, auctore *Mohammed Emín*, vulgo *Emír Padishâh* dicto et anno ... mortuo. Divisus

ومقصدين وخاتمة اولها الحمد لله الذي عمّ كلامه الخ ٦٠٥٩ رسالة في تفضيل العجم على العرب لابي عامر بن عبد الرحمن السبكي قيل انّه ابتدع تيه وفسق فردّ عليه جماعة من العلماء فردّه ابو الطيّب عبد المنعم في حديقة البلاغة وابو مروان في الاستدلال بالحق في تفضيل العرب على جميع الخلق وابو عبد الله العرفي في خطف البارق والفقيه ابو محمد عبد المنعم بن محمد بن الغرس الغرناطي من المتأخّرين ٦٠٦٠ رسالة في تقسيم العلوم للسيد الشريف علي بن محمد الجرجاني توفي سنة ٦٠٦١ رسالة التقليد للشيخ احمد الرومي الاقحصاري المتوفى سنة ١٠٤٣ اولها الحمد لله على نواله الخ ٦٠٦٢ رسالة التمانع للشيخ بدر الدين محمد بن محمد بن الغرس الحنفي المتوفى سنة ٨٩٤ وله في برهانه رسالة اخرى ايضا ٦٠٦٣ رسالة في التمر هندي لابن مندويه احمد بن عبد الرحمن الطبيب الاصفهاني ٦٠٦٤ رسالة التنزيهيّة في شأن المولويّة للشيخ اسمعيل الانقروي | المولوي المتوفى

est in praefationem, duo consilia et conclusionem, et incipit ita: Laus Deo, cujus doctrina omnes comprehendit etc. 6059. Risálet fi tefdhil El-Ajem ala El-Arab, tractatus de Persis Arabibus praeferendis, auctore *Abu Amir Ben Abd-el-rahman Sobki.* Hic novarum rerum studiosus fuisse et in impietatem incidisse dicitur, qua de caussa plures viros doctos contra se provocavit, ex quibus eum refutarunt *Abu'ltayyib Abd-el-mon'im* in libro *Hadícat el-belághat*, *Abu Merwán* in opere *El-Istidlál bi'lhacc fi tefdhíl El-Arab ala jemí' el-khalc*, *Abu Abdallah Arifi* in libro *Khatf el-báric*, et Jurisconsultus *Abu Mohammed Abd-el-mon'im Ben Mohammed Ben Ghars-ed-dín Gharnáti*, qui ex scriptoribus serioris aetatis fuit. 6060. Risálet fi tecsím el-olum, tractatus de disciplinarum divisione, auctore Seyyid Sherif *Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno ... mortuo. — 6061. Risálet el-teclíd, tractatus de servili aliorum imitatione, auctore *Ahmed Rumi Ac'hisári*, anno 1043 (inc. 28. Jun. 1633) mortuo, qui ita incipit: Laus Deo pro ejus beneficentia etc. 6062. Risálet el-temáno', tractatus de mutua prohibitione, auctore Sheikh *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Ben Ghars-ed-dín* Hanefita, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuo. Ad hunc demonstrandum alterum etiam tractatum edidit. 6063. Risálet fi el-temr hindi, tractatus de tamarindis, auctore *Ahmed Ben Abd-el-rahman Isfuháni* Medico, vulgo *Ibn Mundeweih* dicto. 6064. El-Risálet El-Tenzíhiyet, tractatus omnia humana a Deo removens de conditione Dervisiorum ordinis *Mewlewi*, auctore Sheikh *Ismail Anckirewi* | *Mewlewi*,

سنة ١٠٤٢] اوله الحمد لله الذى جعلنا من اهل التوحيد والحال الخ ذكر الرسالة المنسوبة الى الشيخ احمد الغزالى بحذف زوائده وانتشرت نسخها فردّها الشيخ ابراهيم فكتب جوابه مع ردّه مرتّبا على مقدّمة وثلث مقالات وخمس اعتراضات ونقل المعترض وجه لعب الحبشة من شرح البخارى فى باب الحراب والدرق من كتاب العيدين ٦٠٦٥ رسالة التواريخ للشيخ تقى الدين بن معروف وصنع الله بن ابراهيم المعروف بصنعى قاضى ٦٠٦٦ رسالة التوحيد للشيخ رسلان الدمشقى وشرحه القاضى زكريّاء يذكر فى الرآء يعنى رسالة رسلان ٦٠٦٧ رسالة التهديد والوعيد لتارك الصلوة لابى الخير محمد بن على بن محمد بن خالد الموازينى المعروف بالزاهد الاصفهانى اوله الحمد لله الذى سبحت لعظمته الاغوار الخ رتّبه على سبعة ابواب ١ فيما جآء فى تكفيره ٢ فيما جآء فى قتله ٣ فيما جآء فى المحافظة عليها ٤ فيمن يصلّى ومن لم يصلّ ٥ فيما جآء على متخلّف الجمعة ٦ فيما

---

anno 1042 (inc. 9. Jul. 1632) mortuo]. Incipit ita: Laus Deo, qui nos fidei in unum Deum et status spiritalis participes esse voluit etc., et commemorat tractatum Sheikho *Ahmed Ghazáli* tributum, ita tamen, ut redundantia omitteret. Exempla longe propagata sunt: cum autem Sheikh *Ibráhím* eum refutaret, responsum scripsit adversarium redarguens, quod in praefationem, tres dissertationes et quinque confutationes dispositum erat. In confutando ratione usus est lusus Habessinorum e commentario *Bokhárí*i de capite hastarum brevium et scutorum e corio confectorum, quod in libro *Aidín* legitur, sumto. — 6065. Risálet el-tewárikh, tractatus historiarum, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ben Ma'ruf* et *San'oallah Ben Ibráhím*, vulgo *San'i Cádhi* dicto. — 6066. Risalet el-tauhíd, tractatus de cultu unius Dei, auctore Sheikh *Raslán Dimeshcki.* Commentarium in eum Cadhi *Zakaríya* scripsit, de quo in litera *Rá* sub *Risálet Raslán* videatur. — 6067. Risálet el-tehdíd we el-waíd, tractatus, qui ei, qui precationem solemnem negligit, terrorem injicit et minatur, auctore *Abu'lkheir Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Ben Khálid Mewázíni Isfaháni*, vulgo *El-Záhid* dicto, qui ita incipit: Laus Deo, quem propter magnitudinem suam speluncae praedicant etc., et in septem capita eum divisit — 1. de iis, quae monenda sunt de eo impietatis accusando, qui invocationem negligit — 2. de iis, quae de ejus nece dicenda sunt — 3. de iis, quae de precatione assidue facienda observanda sunt — 4. de eo, qui eam facit et qui eam negligit — 5. de iis, quae contra eum dicenda sunt, qui conventui sacro se subducit — 6. de

جاء في وعيد ترك الجماعة ٧ فيما جاء في فضائل الصلوة

الجيم

٦٠٦٨ رسالة جاماسب الحكيم الى اردشير الملك الموصوفة بالحكمة في صنعة الكيمياء اولها اللهم اني اسألك الصدق قولا وفعلا الخ ٦٠٦٩ رسالة الجامعة لوصف العلوم النافعة للمولى احمد بن مصطفى الشهير بطاشكبرى زاده المتوفى سنة [٩٦٨] اولها الحمد لله الملك المهيمن المنعم الخ رتبها على ثلاثة مطالب وخاتمة ٦٠٧٠ رسالة الجبر والمقابلة لشرف الدين محمد ابن مسعود بن [محمد] المسعودي وهي نافعة وافية ذكرها في الموضوعات وللشيخ سراج الدين السجاوندي وعليه تعليقة له اخذ بالقول ٦٠٧١ رسالة في الجذام واسبابه وعلاجه لابن الجزار احمد بن ابراهيم الطبيب الافريقي ٦٠٧٢ رسالة الجراد وما [جاء] في شانه من الصلاح والفساد لجمال الدين يوسف بن احمد بن مسعود الترمذي الحنبلي في مجموعة قلائد

minus, quae ei intentantur, qui doctrinam orthodoxam negligit 7. de praestantia precationis solemnis.

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Jim* incipiunt.

6068. Risalet Jamasb, epistola *Jamasbi* philosophi ad *Ardeshír* regem, qui sapientia in arte chymica excelluit. Incipit ita: O Deus, Te rogo veritatem in dicendo et agendo etc. — 6069. El-Risalet El-Jamiai, tractatus, qui omnium disciplinarum utilium descriptionem comprehendit, auctore Molla *Ahmed Ben Mustafa*, vulgo *Tashköprizádeh* dicto et anno [968 (inc. 22. Sept. 1560)] mortuo. Incipit ita: Laus Deo regi protegenti, benefico etc., et in tres quaestiones et conclusionem divisus est. — 6070. Risálet el-jebr we el-mocabelet, tractatus de reductione per aequationem, auctore *Sheref-ed-dín Mohammed Ben Mes'ud Ben [Mohammed] Mes'udi*. Libellus utilis et copiosus, qui in *El-Maudhuát* commemoratur. De eadem re Sheikh *Siráj-ed-dín Sejáwendi* scripsit, ad illumque adnotationem edidit, quae tantum verba textus exposita admixta habet. — 6071. Risalet fi el-jodzam, tractatus de elephantia, ejus caussis et curatione, auctore *Ahmed Ben Ibrahím* Medico Africano, vulgo *Ibn-eljezzar* dicto. — 6072. Risalet el-jerad, tractatus de locustis earumque bona et prava conditione, auctore *Jemál-ed-dín Yusuf Ben Mohammed Ben Mes'ud Tirmidzi* Hanbalita. Commemoratur in Sylloge *Caláïd*

العقیان ٦٠٧٣ رسالة فی الجزء الذی لا یتجزّی للمولی عبد الرحمن بن علی الشهیر بمؤید
زاده المتوفی سنة ٩٢٢ ولابی العباس احمد بن محمد بن مروان الطبیب السرخسی ولبستان بن
محمّد فی انّه ینقسم الی ما لا نهایة له قتل سنة ٦٨٧ ٦٠٧٤ رسالة فی الجزی الزمنیّة والعهود
الآتیة للمولی محمد النخجوانی انتشرت فی الآفاق ووقع القذی بها فی الآماق فکتب مولانا
ابو شحمة ردًّا علیه وارسله الیه وکتب فی آخره وقد تفرّد النخجوانی بهذه الفتوی اعدلوا
هو اقرب للتقوی والنخجوانی قد اجاب عن مرقومه ومزبوره وخرج عن عهدة مکتوبه
ومسطوره ٦٠٧٥ رسالة فی الجسم للمولی احمد بن سلیمان ابن کمال پشا المتوفی سنة ٩٤٠
٦٠٧٦ رسالة الجعل للمولی قره سیدی الحمیدی المتوفی سنة ٩١٣ ٦٠٧٧ رسالة الجمع واقسامه
وصیغه لصیرفی بن جبرائیل بن میکائیل اولها الحمد لله الذی تنزّه عن مشابهة الاشکال
والامثال الخ ٦٠٧٨ رسالة فی الجمعة وعدم جواز الصلوة فی مواضع متعدّدة لقوام

برهان الدين محمد بن محمد النسفي المتوفى سنة ٦٨٨ ويحتمل ان يكون له رسالة قدسيّة على ما يفهم من ترجمته ٦٢٦٧ الرسالة القدسيّة في اسرار النقطة الحسّيّة للسيّد على بن شهاب الدين محمد الهمدانى المتوفى سنة ٧٨٦ ٦٢٦٨ رسالة القدسيّة للخواجه محمد ابن محمد بن محمود البارسا الحافظ البخارى [المتوفى بالمدينة المنوّرة سنة ٨٢٢] وهى فارسيّة في احوال خواجه بهآء الدين محمد بن محمد النقشبندى وسيره ومناقبه وكلماته ولشمس الدين محمد بن حمزة الفنارى المتوفى سنة ٨٣١ ٦٢٦٩ الرسالة القدسيّة للشيخ الامام محيى الدين محمد بن على بن محمد ابن عربى الحاتمى الطآئى اولها من العبد الضعيف الى وليّه واخيه الركن الوثيق ابى محمد عبد العزيز بن ابى بكر المهدوى نزيل تونس فذكر النصآئح العجيبة والوصايا الغريبة الى اخر الكتاب وقال في آخره كتب اليكم وليّكم بهذه الرسالة من مكة في ربيع الاول سنة ٦٠٠ ٦٢٧٠ رسالة القسم الالهى للشيخ محيى الدين محمد ابن عربى المذكور اولها الحمد لله ربّ العالمين الخ ذكر فيها ما اقسم به الله

*Borhán-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Nesefi*, anno 688 (inc. 25. Jan. 1289) mortuus, et fortasse, ut quis ex ejus biographia conjicere posset, idem tractatum *El-Risálet El-Codsíyet* inscriptum edidit. — 6267. El-Risálet El-Codsíyet, tractatus sanctus de arcanis puncti sensualis, auctore Seyyid *Ali Ben Shehâb-ed-dín Mohammed Hemdáni*, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuo. — 6268. El-Risálet El-Codsíyet, tractatus sanctus, quem Khoja *Mohammed Ben Mohammed Ben Mahmúd Bársá Bokhári* El-Háfitz, [Medinae anno 822 (inc. 15. Dec. 1422) mortuus], persice de conditionibus, vita, virtutibus egregiis et effatis Khojae *Behá-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Nachishbendi* composuit. Librum ejusdem tituli *Shems-ed-dín Mohammed Ben Hamza Fenári*, anno 831 (inc. 19. Sept. 1430) mortuus, edidit. — 6269. El-Risalet El-Codsíyet, epistola sancta, auctore Sheikh et Imám *Mohyí-ed-dín Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Ibn Arabi Hátimi Táyi*, quae ita incipit: A servo debili ad amicum suum et fratrem, columen firmum ac solidum *Abu Mohammed Abd-el-azíz Ben Abi Bekr Mehdewi* Tunetanum. Tum monita mira et mandata rara affert usque ad finem libelli, ubi haec habet: Scripsit ad vos amicus vester hanc epistolam Mekka mense Rebí I. anni 600 (inc. 10. Sept. 1203). — 6270. Risálet el-casem el-alahi, tractatus de juramentis divinis, in quo Sheikh *Mohyí-ed-dín Mohammed Ibn Arabi* modo laudatus juramenta collegit, quibus Deus in

54 *

تعالى في كتابه ٦٢٧١ الرسالة القشيرية في التصوف للامام ابي القسم عبد الكريم بن هوازن القشيري الاستاذ الشافعي المتوفى سنة ٤٦٥ اولها الحمد لله الذي تفرد بجلال ملكوته الخ وهي على اربعة وخمسين بابا وثلاثة فصول وهي عمدة في هذا الفن وشرحها القاضي زكريا ابن محمد الانصاري المتوفى سنة [٩٢٦] في مجلد سماه احكام الدلالة على تحرير الرسالة اوله الحمد لله الذي يسر [لنا] سبيل السالكين الخ قال وتنجز املاء الاصل في اوائل سنة ٤٣٨ وانه فرغ عن الشرح في رابع عشر جمادى الاول سنة ٨٩٣ ومن شروحها دلالة في فوائد الرسالة للشيخ الفقيه سديد الدين ابي محمد عبد المعطي بن محمود بن عبد المعلي اللخمي المتوفى سنة وشرحه المولى علي القاري في مجلد ٦٢٧٢ رسالة في قصة زيد المكنى بابي شحمة ولد عمر بن الخطاب وهو اقر بذنبه فحكم ابوه برجمه فقتل حدا ٦٢٧٣ رسالة في القضاء والقدر للمولى احمد بن سليمان الشهير بابن كمال باشا المتوفى سنة ٩٤٠ وللمولى عصام الدين احمد بن

---

Corano usus est. Incipit ita: Laus Deo, mundorum domino etc. — 6271. El-Risalet El-Cosheiríyet, tractatus de theosophia, auctore Imam *Abu'lcásim Abd-el-kerim Ben Hewázin Cosheiri El-Ostádz* (i. e. praeceptor) Shafiita, anno 465 (inc. 17. Sept. 1072) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui se majestate regni sui invisibilis distinguit etc., et in quinquaginta quatuor capita et tres sectiones divisus est, hujusque disciplinae fundamentum habetur firmissimum. Commentarium in eum Cadhi *Zakariyá Ben Mohammed Ansári*, anno [926 (inc. 23. Dec. 1519)] mortuus, edidit volumine comprehensum, quod *Ahkám el-delálet ala tahrír el-risálet* inscriptum est et ita incipit: Laus Deo, qui [nobis] viam ingredientium spiritalium faciliorem reddit etc. Archetypi, ait, compositio finita est initio anni 438 (inc. 8. Jul. 1046) et commentarius die quarto decimo mensis Jomadzi I. anni 893 (inc. 17. Dec. 1487). Deinde ad ejus commentarios pertinet liber *Delálet fi fewáïd el-risálet* inscriptus et a Sheikh jurisconsulto *Sedid-ed-din Abu Mohammed Abd-el-mo'ti Ben Mahmúd Ben Abd-el-ali Lakhmi*, qui anno ... obiit, editus, et volumen, quo Molla *Ali El-Cári* tractatum exposuit. — 6272. Risalet fi ekissat Zeid, tractatus de historia *Zeidi Abu Shehma* cognominati, qui filius *Omari Ben-elkhattáb* fuit. Qui cum stupri convictus esset, pater eum lapidibus obrui jussit. Supplicio de eo sumto interfectus est. — 6273. Risalet fi el-cadha we el-cadr, tractatus de decreto aeterno et providentia agente, de quibus plures scripserunt, ut Molla *Ahmed Ben Soleiman*, vulgo *Ibn Kemálpasha* dictus et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, Molla *Isam-ed-din Ahmed Ben*

مصطفى المعروف بطاشكبرى زاده المتوفى سنة ٩٦٢ [والشيخ بالى خليفة الصوفيوى المتوفى سنة ٩٦٠] ردّ فيه ردود ابن كمال ٦٢٧٤ رسالة القضاء والقدر لكمال الدين عبد الرزّاق الكاشى [المتوفى سنة ٧٣٠] اوله الحمد لله الذى احاط علمه بالاشياء الخ اورد فيها فصولًا وحقق غاية التحقيق ٦٢٧٥ رسالة نفى قضاء الاعمى وجوازه لابى سعد عبد الله المعروف بابن ابى عصرون الشافعى الموصلى المتوفى سنة [٥٨٥] فى جزء لطيف ألّفها فى حالة العمى ٦٢٧٦ رسالة فى القضية والتصديق لمولانا شمس الدين محمد الجعبرى اولها اما بعد حمد الله تعالى على نعمائه الخ ٦٢٧٧ رسالة فى القطب والغوث والابدال الاربعين وغيرهم للشيخ عزّ الدين عبد العزيز بن عبد السلام الدمشقى [المتوفى سنة ٦٦٠] بيّن فيه بطلان قول الناس فيهم وعدم وجودهم كما زعموا ٦٢٧٨ رسالة فى قطع اليد لمحمد بن عبد الاول القزوينى ألّفه فى ذى القعدة سنة ٩٥٠ واهداه الى الوزير ابراهيم پاشا ٦٢٧٩ رسالة القلب وتحقيق

*Mustafa*, vulgo *Tashköprizádeh* dictus et anno 962 (inc. 26. Nov. 1554) mortuus, [et Sheikh *Báli Khalifa Sufiyehwi*, anno 960 (inc. 18. Dec. 1552) mortuus], qui suo libello, quae *Ibn Kemál* contra dixerat, refutare studuit. — 6274. Risálet el-cadhá we el-cadr, tractatus de decreto aeterno et providentia agente, qui ita incipit: Laus Deo, cujus scientia res comprehendit etc., et sectionibus ibi usus subtilissimeque in hac quaestione solvenda versatus est. — 6275. Risálet fi nefʿi cadhá el-amá, tractatus, quo caecum judicem esse posse negatur et admittendusne ille sit quaeritur, auctore *Abu Saʿd Abdallah Mausili* Shafiita, vulgo *Ibn Abi Osrún* dicto et anno [585 (inc. 19. Febr. 1189)] mortuo. Fasciculus elegantiae plenus, quem in caecitate sua composuit. — 6276. Risálet fi el-cadhiyet we el-tesdíc, tractatus de judicando et sincere agendo, auctore Molla nostro *Shems-ed-dín Mohammed Jaʿberi.* Incipit ita: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus excelsus pro ejus beneficiis etc. — 6277. Risálet fi el-cotb we el-ghauth we el-abdal el-arbaín, tractatus de polo, quem theosophi dicunt, auxilio et quadraginta ministris *Abdál* terram conservantibus aliisque theosophiae personis, auctore Sheikh *Izz-ed-dín Abd-el-azíz Ben Abd-el-selám Dimeshki*, [anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo], qui hic falsam vanamque hominum opinionem de illis et non-existentiam eorum, ut autumant, demonstrare studet. — 6278. Risálet fi catʿi el-yad, tractatus de amputanda manu, quem *Mohammed Ben Abd-el-awwel Cazwini* mense Dzu'lcadet anni 950 (inc. 6. Apr. 1543) composuit et Weziro *Ibráhím Pasha* obtulit. — 6279. Risálet el-calb, epistola cordis et vera variorum illius modorum cognitio,

وجوهها المقابل الى الحضرات لشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى المشهور كتبه لشمس الامام فخر الدين الرازى   ٦٢٨٠ رسالة القلمية للمولى عبد الله بن طورسون الشهير بفيضى المتوفى سنة ١٠١٩ سليس اللفظ بليغ المعنى معتبر عند الكتّاب والبلغاء وللمولى محمد ابن صارى كرز توفى سنة ولنعمة الله الخوتارى توفى سنة ولجلال الدين محمد الدوانى اولها ن والقلم وما يسطرون الخ   ٦٢٨١ رسالة القلمية للعلامة الخطيب ابى الفضل محمد الكازرونى اولها الحمد لله الذى جعل اول ما خلقه القلم الخ   ٦٢٨٢ رسالة القلمية لعلى افندى اولها لك الحمد يا من اكرم الانسان الخ   ٦٢٨٣ رسالة فى حلّ اشكال القمر للفاضل على بن محمد القوشجى المتوفى سنة ٨٧٩ وهى رسالة فى غاية الدقّة والاتقان ذكر فى الشقائق انّه لمّا ذهب مختفيًا الى كرمان وصل الى خدمة الوغ بيك واعتذر قال الامير باى تحفة جئت الىّ قال برسالة حللت فيها اشكال القمر وهى اشكال تحيّر فى حلّها الاقدمون قال الامير هات انظر فى اى موضع اخطأت فأتى بها فقرأها قائمًا على قدميه فاعجبته

quatenus ad praesentias inclinat, quem Sheikh clarissimus *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi* flagitante Imamo *Fakhr-ed-dín Rázi* scripsit. — 6280. El-Risálet El-Calemíyet, tractatus de calamo, auctoribus Molla *Abdullah Ben Tursún*, vulgo *Feidhi* dicto et anno 1019 (inc. 26. Mart. 1610) mortuo, cujus libellus verbis mollis, argumento efficax est, et apud auctores doctos et viros facundos magna auctoritate fruitur — Molla *Mohammed Ben Sári Kerrüz*, anno . . . mortuo — *Nimetullah Khutázi*, anno . . . mortuo — et *Jelál-ed-dín Mohammed Dewáni*, cujus tractatus ita incipit: „N. Per calamum et id, quod scribunt“ etc. — 6281. El-Risálet El-Calemíyet, tractatus de calamo, auctore Concionatore doctissimo *Abu'lfadhl Mohammed Cázerúni*, qui ita incipit: Laus Deo, qui eorum, quae creavit, calamum primum fecit etc. — 6282. El-Risálet El-Calemíyet, tractatus de calamo, auctore *Ali Efendi*, qui ita incipit: Tibi laus, qui hominem honore afficis etc. — 6283. Risálet fi hall ashkal el-camr, tractatus de explicandis lunae figuris, auctore bene merito *Ali Ben Mohammed Cushji*, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo. Tractatus est admodum ingeniose scriptus et summa cum subtilitate elaboratus. Narratur in *El-Shecáïc*: Cum clam in provinciam *Kermán* se contulisset, in servitium *Olughbegi* se recepit, et hujus rei excusationem attulit. Emiro: Quid doni mihi affers? interroganti: Tractatum, respondit, ubi figuras lunae explicui. In his figuris exponendis astronomi antiquiores attoniti haerebant. Emirus: „Cedo eum, inquit. Videamus, quibus locis erraveris.“ Librum oblatum illico legit et magna admiratione

٦٢٨٤ رسالة القمل والحكمة فى خلقه للشيخ محمد بن قطب الدين الازنيقى المتوفى سنة ٨٨٥
٦٢٨٥ رسالة فى القوباء لمحمد بن محمد القوصونى ٦٢٨٦ رسالة القوسية لكمال الدين اسمعيل
الاصفهانى اولها يسألونك عن ذى القرنين الخ شرحها بعضهم ممزوجًا اوله الحمد لله الذى
الهم ضمائر العلماء طريق المعانى الخ ٦٢٨٧ رسالة فى القولنج لابن مندويه احمد بن عبد
الرحمن الطبيب المتوفى سنة ... ٦٢٨٨ رسالة فى القهوة والچاى فارسى لمحمد بن عبد الله
الحموى الطبيب اولها الحمد لله الذى اودع الخواصّ الخ رتّبها على فصول ٦٢٨٩ رسالة فى
القهوة وتحريمها للشيخ يونس الغثياوى خطيب جامع الجديد بدمشق ردّها عليه اهل
عصره وعقدوا عليه مجلسًا عند سنان پاشا نائب الشأم والزموه بحلّها فلم يرجع واستمرّ
مصرًّا وله تأليف فى فقه الشافعى يتداولونه طلبته ٦٢٩٠ رسالة فى القيس واليمن لواحد من العلماء
فى مجموعة قلائد العقيان ٦٢٩١ رسالة قيسونى زاده وهو الشيخ محمد بن محمد ترجمة المرحوم

affectus est. — 6284. Risálet el-caml we el-hikmet, tractatus de pediculis et sapientia in eorum creatione conspicua, auctore Sheikh *Mohammed Ben Cotb-ed-dín Iznícki*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. — 6285. Risálet fi el-cubá, tractatus de scabie, auctore *Mohammed Ben Mohammed Causúni.* — 6286. El-Risálet El-Cusiyet, tractatus difficilis, auctore *Kemál-ed-dín Ismaíl Isfaháni*, qui ita incipit: Et interrogabunt te de Bicorni etc. Vir aliquis commentarium ejus edidit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui virorum doctorum mentes viam sententiarum inspirando docuit etc. — 6287. Risálet fi el-culenj, tractatus de torminibus, auctore *Ahmed Ben Abd-el-rahman* Medico, vulgo *Ibn Mundeweih* dicto et anno ... mortuo. — 6288. Risálet fi el-cahwet we el-jäï, tractatus de decoctis *Cahwe* et *Jái* persicus, auctore *Mohammed Ben Abdallah Hamewi* Medico. Incipit ita: Laus Deo, qui proprias virtutes deposuit etc., et in sectiones divisus est. — 6289. Risálet fi el-cahwet, tractatus de decocto *Cahwe* et de ejus usu prohibito, auctore Sheikh *Yunos Ghathyáwi* Concionatore ad templum cathedrale Damasci novum, quem aequales refutarunt. Interesse enim consessui apud *Sinánpásha* Damasci praefectum et tractatus explicationem eum dare jusserunt. Neque tamen rediit et in opinione sua tuenda perseveravit. Idem tractatum de jure Shafiitico edidit, quem hujus rei studiosi multum manibus versabant. — 6290. Risálet fi Cais we Yemen, tractatus de tribu *Cais* et Arabia Felice, auctore quodam viro docto. Commemoratur in Sylloge *Caláïd el-icyán.* — 6291. Risálet Caisúnizádeh, tractatus Sheikhi *Mohammed Ben Mohammed*, quem *Nidáyi Jelebi* beatus, vulgo

زاده چلبی بالنظم لسلطان سليم خان اوله ای حكيم عليم حی حليم الخ ٦٢٩٢ رسالة قلوبطره الحكيمة ابنة بطلميوس واجتماع الحكمآء اليها ومعاتبتها لهم وما زادوا عليها من ذكر الصنعة الروحانيّة قالت انّی وضعت مصحفی هذا وجعلته ذخيرة اهديتها لمن يأتی بعدی من طالب الحكمة

الكاف

٦٢٩٣ رسالة فی الكافور لابن مندويه احمد بن عبد الرحمن الطبيب الاصفهانی ٦٢٩٤ الرسالة الكاملة لكمال الدين الحمصی ٦٢٩٥ الرسالة الكاملة فی علم الجبر والمقابلة للنجم اللبودی [الحكيم] المذكور فی الاشارات ٦٢٩٦ الرسالة الكامليّة فی السيرة النبويّة للشيخ علی بن ابی الحزم القرشی رتّبها علی اربعة فنون ٦٢٩٧ رسالة الكبآئر والصغائر لقاضی جلال الدين عبد الرحمن بن عمر البلقينی المتوفی سنة ٨٢٤ ٦٢٩٨ رسالة فی كتاب السرّ فی ديوان مصر للشيخ جار الله محمد بن عبد العزيز بن فهد المكی الشافعی [المتوفی سنة ٩٥٤] ٦٢٩٩ رسالة الكحّالين

---

*Caisunizádeh* dictus, Sultano *Selím Khán* poetice transtulit, et haec translatio incipit ita: O sapiens, docte, vivens, mansuete etc. — 6292. Risálet Ckilubatrah, tractatus Cleopatrae sapientis, Ptolemaei filiae, congregationis sapientum apud eam, expostulationis cum his ab ea amice factae, et eorum, quae huic tractatui ex disciplina alchymistica spiritali adjecerunt. Hoc meum volumen, ait, composui et thesaurum esse volui, quem iis offero, qui post me philosophiae studiosi erunt.

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Káf* incipiunt.

6293. Risálet fi el-káfur, tractatus de camphora, auctore *Ahmed Ben Abd-el-rahman Isfaháni* Medico, vulgo *Ibn Mundeweih* dicto. — 6294. El-Risálet El-Kámilet, tractatus perfectus, auctore *Kemál-ed-dín Himsi.* — 6295. El-Risálet El-Kámilet, tractatus perfectus de doctrina aequationis per reductionem, auctore *Nejm-ed-dín Lobudi* [philosopho], in *El-Ishárát* laudato. — 6296. El-Risálet El-Kámiliyet, tractatus perfectus de vita prophetae in quatuor species dispositus, auctore Sheikh *Ali Ben Abi'lhazm Coreshi.* — 6297. Risálet el-kebaïr we el-saghaïr, tractatus de peccatis majoribus et minoribus, auctore Cadhi *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Omar Bolckeini*, anno 824 (inc. 6. Jan. 1421) mortuo. — 6298. Risálet fi kitáb el-sirr, tractatus de libro arcani in concilio Aegypti, auctore Sheikh *Járallah Mohammed Ben Abd-el-azíz Ben Fihd Mekki* Shafiita, [anno 954 (inc. 21. Febr. 1547) mortuo]. — 6299. Risálet el-kehhalín, tractatus

فارسی لابن زین محمد الكحّال جمعها من تذكرة الكحّالين وغيرها ورتّبها على خمسة وعشرين بابا اولها الحمد لله خالق الابصار وفاطر الانوار الخ ٦٣٠٠ رسالة فى الكحل لشمس الدين محمد بن يوسف الكرمانى المتوفى سنة ٧٨٦ ٦٣٠١ رسالة فى الكرة المدحرجة للمولى عبد الرحمن بن على الشهير بابن المؤيّد توفى سنة ٩٢٢ وقد جمع فيها غرائب من الكتب وفيها كتب لم يسمع بها احد من ابناء الزمان فضلا عن الاطلاع عليها ٦٣٠٢ رسالة فى الكلام للمولى عبد الرحمن بن على ابن المؤيّد الاماسى المذكور آنفا اورد فيها المواضع المشكلة من علم الكلام وقد ارسلها الى السلطان قورقود وضمّن فى خطبتها قصيدة مرتّبة يمدحه بها وهى فى غاية البلاغة ٦٣٠٣ رسالة كلمتى الشهادة لنور الدين ابى البركات الشيخ عبد الرحمن ابن احمد الجامى المتوفى سنة ٨٩٨ ٦٣٠٤ رسالة فى الكلّيات وتحقيقها لقطب الدين الرازى [المتوفى سنة ٧٦٦ وهو مؤلّف مشهور] اوله الحمد لله مخترع الاشياء [وموجدها الخ رتّبه على مقدّمة

persicus de medicis ocularriis, quem *Ibn Zeid Mohammed* ophthalmicus e libro *Tedzkiret el-kehhálín* et aliis collegit et in viginti quinque capita disposuit. Incipit ita: Laus Deo oculorum creatori et luminum genitori etc. — 6300. **Risálet fi el-kohl**, tractatus de collyriis, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben Yusuf Kermáni*, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuo. — 6301. **Risálet fi el-korret el-modahrejet**, tractatus de globo rotundo, auctore Molla *Abd-el-rahman Ben Ali*, vulgo *Ibn-elmowayyed* dicto et anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuo, qui hic annotationem raram e libris congessit, inter quos plures inveniuntur, de quibus ne unus quidem aequalium quidquam audivit, nedum ut eos inspexerit. — 6302. **Risálet fi el-kelám**, tractatus de metaphysica, auctore Molla *Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-elmowayyed Amási* modo memorato. Affert hic quaestiones metaphysicas difficiles easque Sultano *Curcúd* misit. Argumento praefationis *Casídam* comtam inseruit, in qua illum laudibus extollit et vim eloquentiae summam expromsit. — 6303. **Risalet kelimetei el-shehádet**, tractatus de duabus confessionis fidei partibus: Non est Deus nisi Deus et Mohammed propheta ejus, auctore Sheikh *Núr-ed-din Abu'lberekát Abd-el-rahman Ben Ahmed Jámi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492) mortuo. — 6304. **Risálet fi el-kulliyát**, tractatus de notionibus generalioribus veraque earum cognitione, auctore *Cotb-ed-din Rázi*, [anno 766 (inc. 28. Sept. 1364) mortuo. Liber notissimus, qui] ita incipit: Laus Deo primo rerum novarum auctori [aliarumque ex aliis fabricatori etc., et in praefationem, septem sectiones et conclu-

وسبعة فصول وخاتمة | ٦٣٠٥ رسالة في الكمالات الالهيّة لغياث الدين منصور الشيرازي الحكيم المتوفى سنة ٩٤٩ وكتب على مذهب الحكماء وقيل انّه رجع رتبتها على مقدّمة واربعة فصول وخاتمة اوّلها الحمد لكامل كمل بكمال ذى كمال الخ ٦٣٠٦ الرسالة الكماليّة تركى في الطبّ الّفه الشيخ كمال الدين الطبيب | المتوفى سنة ٨٨١ | رتّبه على مقدّمة وعشرة ابواب وخاتمة الباب الاول في مداوات امراض الرأس الباب الثانى في مداوات العين الباب الثالث في مداوات الافواه الباب الرابع في مداوات الاسنان الباب الخامس في مداوات الجنب السادس في سلس البول السابع في الادوية المقوية للباه الثامن في المقعد | والشقاق | والبواسير | وما يتعلّق بادويتها | التاسع في ادوية وجع المفاصل من الركبة الى القدم وما يتعلّق بالاعصاب العاشر في | ادوية الجروح وفي تركيب | المعاجين | وغيرها من المراهم والسفوفات الى غير ذلك من انواع المعالجات الطبيّة كالحميات وغيرها | ٦٣٠٧ رسالة الكماليّة في الحقائق الالهيّة للامام فخر الدين الرازي مختصر فارسي في المنطق والحكمة ٦٣٠٨ رسالة في الكنائس

sionem divisus est]. — 6305. Risalet fi el-kemálat el-alahiyet, tractatus de perfectionibus divinis, auctore *Ghiyát-ed-dín Mansúr Shírázi* philosopho, anno 949 (inc. 17. Apr. 1542) mortuo. Dispositio ad praefationem, quatuor sectiones et conclusionem redire dicitur, et liber ipse, qui ad mentem philosophorum conscriptus est, incipit ita: Laus perfecto, qui perfectione omnium perfectionum perfectus est etc. — 6306. El-Risálet El-Kemálíyet, tractatus *Kemál-ed-dín*icus de medicina, quem Sheikh *Kemál-ed-dín* Medicus, [anno 881 (inc. 26. Apr. 1476) mortuus], turcice, composuit, et in praefationem, decem capita et conclusionem divisit. Caput primum agit de morbis capitis curandis — secundum de oculi curationibus — tertium de curationibus partium oris — quartum de curationibus dentium — quintum de curationibus lateris — sextum de profluvio urinae involuntario — septimum de remediis ad res venereas corroborantibus — octavum de claudicatione, [fissuris], haemorrhoidibus [et de remediis his morbis adhibendis] — novum de curandis doloribus articulorum a genu ad pedem et de iis quae nervos spectant — decimum de [vulneribus curandis et componendis] confectionibus [aliisque emplastris et medicamentis aqua non subactis, et quae sunt alia genera curationum medicarum, ut februm et quae sunt cetera id genus]. — 6307. El-Risalet El-Kemalíyet, tractatus perfectus de veritatibus divinis, auctore Imam *Fakhr-ed-dín Rází*. Compendium persicum de logica et philosophia. — 6308. Risalet fi el-kenais we el-biya', tractatus de synagogis

والبيع للشيخ احمد بن محمد بن على الشهير بابن رفعة الشافعى [المتوفى سنة ٧١٠ وهى تأليف حسن] اوله الحمد لله العلى الكبير اللطيف الخبير الخ فرغ من تصنيفه فى شعبان سنة سبعمائة ٦٣٠٩ رسالة كنه ما لا بدّ منه مختصر للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى ابتدأ بالحمد والصلاة ثمّ قال فى اولها ايّها المريد كنه ما لا بدّ منه كذا وكذا الى اخر الكلام وللشيخ عبد الرحمن [بن الشيخ عبد الحليم] الصوفى [المتوفى سنة ٨٥٢] اولها الحمد لله وحده والصلوة على محمد عبده الخ ٦٣١٠ رسالة فى الكيمياء للشيخ تقى الدين احمد بن عبد الحليم الشهير بابن تيمية المتوفى سنة [٧٢٨] انكر فيه وردّ فيه الشيخ نجم الدين ابن ابى الدرّ وزيّف ما قاله ٦٣١١ رسالة الكيمياء للشيخ محمد بن محمد المغوش المغربى [التونسى المتوفى سنة ٩٤٧] الّفها للمولى ابى السعود اولها الحمد لله الذى خلق من عالم الفساد الخ

---

Judaeorum et Christianorum ecclesiis, auctore Sheikh *Ahmed Ben Mohammed Ben Ali* Shafiita, vulgo *Ibn Rif'a* dicto [et anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. Opus pulchrum, quod] ita incipit: Laus Deo excelso, magno, benigno, gnaro etc., et mense Shabán anni 700 (inc. 16. Sept. 1300) absolutum est. — 6309. Risálet konhi ma la bodd minho, tractatus de substantia ejus, quod absolute necessarium est. Compendium, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, qui a laude Dei et precatione pro propheta incipit. Tum: O tu, ait, qui aspiras, substantia ejus, quod absolute necessarium est, haec vel illa, et quae sunt cetera. De eadem re Sheikh *Abd-el-rahman* [*Ben-elsheikh Abd-el-halím*] *Sufi*, [anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus], tractatum edidit, qui ita incipit: Laus Deo uni et precatio pro *Mohammede* ejus servo etc. — 6310. Risálet fi el-kimiya, tractatus de Alchymia, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ahmed Ben Abd-el-halím*, vulgo *Ibn Teimíya* dicto et anno [728 (inc. 17. Nov. 1327)] mortuo. Reprehendit hic et rejicit Sheikhum *Nejm-ed-dín Ibn Abi'ldorr*, et improbat, quae dixerat. — 6311. Risálet el-kimiyá, tractatus de Alchymia, quem Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Maghúsh Maghribi* [*Tunnesi*, anno 947 (inc. 8. Jun. 1540) mortuus], Mollae *Abu'lsoúd* composuit. Incipit ita: Laus Deo, qui e mundo corruptionis creavit etc.

اللام

٦٣١٢ رسالة اللامية للشيخ احمد البونى اولها الحمد لله الذى خلق الانسان من نطفة امشاج الخ ٦٣١٣ الرسالة اللاهوتية لمحمد بن محمد الكومى [التونسى] ٦٣١٤ رسالة اللدنية للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ اولها الحمد لله الذى زين قلوب خواص عبيده الخ ذكر ان واحدا من اصدقائه حكى عن بعض العلماء انه انكر العلم الغيبى اللدنى الذى يعتمد عليه خواص المتصوفة وادعى انحصار العلوم فى العلوم الرسمية فالفه لاثبات علوم الغيبى فى فصول ٦٣١٥ رسالة فى لغة الفرس ومزيتها لابن كمال پاشا احمد ابن سليمان المفتى المتوفى سنة ٩٤٠ ٦٣١٦ رسالة فى اللهو لحاجى بابا وهو الشيخ ابراهيم الطوسى ذكر انه جمعه من الكتب المعتبرة وجعلها بابين الاول فى حرمة اللهو والثانى فى اثبات الحلال والحرام اولها الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ ٦٣١٧ رسالة فى

---

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Lám* incipiunt.

6312. El-Risálet El-Lámíyet, tractatus in literam *Lám* desinens, auctore Sheikh *Ahmed Buni.* Incipit ita: Laus Deo, qui hominem e gutta seminis virilis cum semine feminae et sanguine mixta creavit etc. — 6313. El-Risalet El-Lahutíyet, tractatus divinus, auctore *Mohammed Ben Mohammed Kumi* [*Taunesi*]. — 6314. El-Risalet El-Ladoníyet, tractatus de cognitionibus apud Deum depositis, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui corda amicorum singularium inter cultores suos ornavit etc. et: Meorum, inquit, amicorum unus aliquem virum doctum doctrinam de rebus invisibilibus quasi apud Deum depositam, qua viri inter Theosophos spectatissimi innitantur, improbasse eumque postulasse narravit, ut inter disciplinas non nisi eae admittantur, quae scriptae et usu receptae sint. Itaque has sectiones composuit, ut disciplinae res invisibiles tractantes stabilirentur. — 6315. Risalet fi loghat el-fors, tractatus de lingua Persarum ejusque praestantia, auctore *Ahmed Ben Soleimán* Mufti, vulgo *Ibn Kemálpasha* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 6316. Risálet fi el-lahw, tractatus de lusu, auctore Sheikh *Ibráhím Tusi*, vulgo *Háji Bábá* dicto, qui eum ex libris summae auctoritatis se collegisse perhibet. Dispositus est in duo capita, quorum prius de prohibendo lusu agit, posterius autem probatur, eum licitum et illicitum esse, et incipit ita: Laus Deo, qui servo suo librum revelavit etc. — 6317. Risalet fi el-liwatet, tractatus

اللواطة وتحريمه لشيخ ابراهيم بن بخشى المعروف بدده خليفة ٦٣١٨ رسالة فى قوله تعالى لو كان فيهما آلهة الا الله لفسدتا الخ لمظفر الدين على الشيرازى المتوفى سنة

الميم

٦٣١٩ رسالة فى ماء الحيوة لشيخ داود بن محمود القيصرى [المتوفى سنة ٧٥١] ٦٣٢٠ رسالة ما انا قلت من عبارات المطوّل لعلى قوشجى وعصام الدين وشيخ الاسلام الحفيد ومحمد امين الشهير بامير بادشاه ٦٣٢١ رسالة فى الماهيّة ومجعوليّتها لشمس الدين احمد بن سليمان ابن كمال پاشا المفتى المتوفى سنة ٩٤٠ ٦٣٢٢ رسالة فى مبدآء الاول وصفاته لمنلا حسين الخلخالى المتوفى سنة [١٠١٤] جعلته على مقدّمة ومقصد وخاتمة اولها لك الحمد يا من تفرّد بوجوب الوجود والقدم الخ ٦٣٢٣ رسالة المبدآء والمعاد فارسى لعزيز محمد النسفى وهى على بابين ٦٣٢٤ رسالة فى المثانة وعلاجها لابن مندويه الطبيب احمد بن عبد الرحمن

de incestu Sodomitico ejusque usu prohibito, auctore Sheikh *Ibráhim Ben Bakhshi*, vulgo *Dehdeh Khalifa* dicto. — 6318. Risálet fi caulihi taáli, tractatus de verbis coranicis: „Si essent in his duobus (in coelo et terra) dii praeter Deum, certe ambo corrumperentur" etc., auctore *Motzaffer-ed-dín Ali Shírázi*, anno … mortuo. —

Tractatus sive epistolae, quorum tituli a litera *Mim* incipiunt.

6319. Risalet fi má el-hayát, tractatus de aqua vitali, auctore Sheikh *Dawúd Ben Mahmúd Caisari*, [anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo]. — 6320. Risalet Ma aná colto, tractatus de effato: Quas ego do explicationes, prolixioris generis sunt, auctoribus *Ali Cushji* — *Isám-ed-dín* — Sheikh-el-islám *El-Hafíd* — *Mohammed Emín*, vulgo *Emír Pádishâh* dicto. — 6321. Risalet fi el-máhíyet we mejúliyatiha, tractatus de quidditate ejusque formis in subjecto effictis, auctore *Shems-ed-dín Ahmed Ben Soleimán* Mufti, vulgo *Ibn Kemálpáshá* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 6322. Risalet fi mebdá el-ewwel, tractatus de primi initio et qualitatibus, auctore Menla *Hosein Khalkháli*, anno [1014 (inc. 9. Mai. 1605)] mortuo. Distributus est in praefationem, consilium et conclusionem, et incipit ita: Laus Tibi, qui existentiae et aeternitatis necessitate distinctus es etc. — 6323. Risálet el-mebda we el-meád, tractatus de prima et altera vita persice scriptus et in duo capita divisus, auctore *Azíz Mohammed Nesefi*. — 6324. Risálet fi el-methánet, tractatus de vesica urinaria ejusque curatione, auctore *Ahmed Ben Abd-el-rahman* Medico, vulgo *Ibn Mundeweih* dicto. —

٦٣٢٥ رسالة في المثل الافلاطونيّة لبعض العلمآء الّفها لبعض الوزرآء [قطب الدين الاصفهاني] اوّلها الحمد لله المتلألأ من ورآء سرادقات قدسه الخ رتّبها على فصول ثلثة وذكر انّه ممّن علمه من التوحيد المشهور عن بعض الصوفية ٦٣٢٦ رسالة المجالسة والجلسآء لابي العبّاس احمد بن محمد السرخسي الطبيب المتوفى سنة ٣٨٦ كتبها في جواب ثابت بن قرة فيما سأل عنه ٦٣٢٧ رسالة المحبّة لمنلا خليل بن اليزدي ٦٣٢٨ رسالة الشيخ محرم بن مير محمد بن مزيد القسطموني المتوفى سنة مشتملة على عشرة مطالب جمعها من التفاسير والكتب المشهورة لترغيب الناس الى العلم والحثّ على العمل به اولها الحمد لله الذي علّم القرآن الخ ٦٣٢٩ الرسالة المحمّديّة في الحساب للمولى علي بن محمد القوشجي المتوفى سنة ٨٧٩ كتبها للسلطان محمد الفاتح واهداها اليه حين قدم رسولاً من حسن الطويل وهي رسالة لطيفة لا يوجد انفع منها في ذلك العلم اولها الحمد للاحد الصمد الخ رتّبها على مقدّمتين الاولى في علم الحساب وهو مشتمل على مقدّمة وخمس مقالات ٦٣٣٠ رسالة مخارج

6325. **Risálet fi el-mothol el-iflatuniyet**, tractatus de exemplis platonicis, quem vir aliquis doctus Weziro cuidam [*Cotb-ed-dín Isfaháni*] composuit. Incipit ita: Laus Deo pone aulaea sanctitatis suae splendenti etc., et distributus est in tres sectiones. Auctor niti illis doctrinam narrat de cultu unius Dei, qualis pluribus theosophis placet. — 6326. **Risálet el-mojáleset we el-jolasá**, tractatus de consessu literario et sodalibus, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi* Medico, anno 386 (inc. 25. Jan. 996) mortuo, qui scripsit, ut quaestionibus *Thábit*i *Ben Corra* responderet. — 6327. **Risálet el-mehabbet**, tractatus de amore, auctore Menlá *Khalíl Ben-elyezdi*. — 6328. **Risálet el-sheikh Moharrem**, tractatus Sheikhi *Moharrem Ben Mir Mohammed Ben Mezíd Castemuni*, anno ... mortui. Continet decem quaestiones, quas e commentariis et aliis libris notis collegit, ut hominibus scientiae cupiditatem commendaret et ad illi scientiae convenienter agendum excitaret. Incipit ita: Laus Deo, qui Coranum discendum impertivit etc. — 6329. **El-Risálet El-Mohammediyet**, tractatus *Mohammedi*cus de arithmetica, quem Molla *Ali Ben Mohammed Cushji*, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, Sultano *Mohammed* Expugnatori composuit et obtulit, cum ab *Hasano* Longo missus eum adiret. Tractatus est eleganter scriptus, quo nullus alius exstat in hac scientia utilior. Incipit ita: Laus Deo unico, sempiterno etc., et in duas praefationes dispositus est, quarum prior de arithmetica agit, et praefationem et quinque dissertationes continet. — 6330. **Risalet mekharij el-horuf**, tractatus de organis,

الحروف وصفاتها للشيخ الرئيس ابن سينا ٦٣٣١ رسالة في مختارات العلم لمحيي الدين محمد بن تاج الدين المعروف بخطيب زاده الرومي المتوفى سنة ٩٠١ ٦٣٣٢ رسالة المذكرة ورقة للشيخ ابي الحسن محمد البكري المتوفى سنة ٦٣٣٣ رسالة في مرثية آدم لابنه وتفسيرها ورقة لابن كمال پاشا احمد بن سليمان المتوفى سنة ٩٤٠ ٦٣٣٤ رسالة المرثية للسيد الشريف علي بن محمد الجرجاني المتوفى سنة [٨١٦] ٦٣٣٥ رسالة المرزيفوني خضر بن محمود المتوفى سنة في ورقتين ذكر فيها ثمان مقامات ١ قوة العقل ٢ طول العمر ٣ كثرة الاولاد ٤ كثرة الاموال ٥ قوة الجماع ٦ الزينة والجمال ٧ دفع المرض ٨ حفظ الصحة ٦٣٣٦ الرسالة المرشدية لصدر الدين محمد بن اسحق القونوي المتوفى سنة ٦٧٣ للتنبيه في تعريف كيفية التوجه نحو الحق وتبيين الصراط الاقوم اولها الحمد لله المنعم على الصفوة من عباده بمزية الاجتباء الخ قال فهذه جملة تتضمن التعريف بكيفية التوجه الاتم الاولى نحو الحق

quibus literae pronuntiantur ejusque qualitatibus, auctore Sheikh Reyís *Ibn Siná.* — 6331. Risálet fi mokhtárát el-ilm, tractatus de partibus scientiae selectis, auctore *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Táj-ed-dín Rumi*, vulgo *Khatíbzádeh* dicto et anno 901 (inc. 21. Sept. 1495) mortuo. — 6332. El-Risálet El-Modzakkiret, tractatus memorialis. Folium, auctore Sheikh *Abu'lhasan Mohammed Bekri*, anno ... mortuo. — 6333. Risálet fi merthiyet Adam, tractatus de epitaphio Adamo a filio inscripto ejusque explicatione. Folium, auctore *Ahmed Ben Soleimán*, vulgo *Ibn Kemálpáshá* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 6334. Risálet el-merthiyet, tractatus de epitaphio, auctore Seyyid Sherif *Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno [816 (inc. 3. Apr. 1413)] mortuo. — 6335. Risálet El-Merzifuni, tractatus *Khidhri Ben Mahmúd*, vulgo *Merzifúni* dicti et anno ... mortui. Duo folia, ubi octo stationes commemorat, quae agunt — 1. de vi ingenii — 2. vitae longitudine — 3. liberorum multitudine — 4. divitiarum copia — 5. vi venerea — 6. ornatu et elegantia — 7. morbo depellendo — 8. sanitate conservanda. — 6336. El-Risálet El-Morshidiyet, tractatus recta via ducens, quem *Sadr-ed-dín Mohammed Ben Is'hac Cunewi*, anno 673 (inc. 7. Jul. 1274) mortuus, scripsit, ut rationem exponeret ad veritatem summam accedendi, et viam rectissimam demonstraret. Incipit ita: Laus Deo, qui benevolentiam selectis inter servos suos praestantia electionis praestat etc. Hic libellus, inquit, festinantius conscriptus expositionem continet rationis, qua perfectissime et praestantissime veritati propius accedi possit,

وكيفية تخليص العزيمة وتحرير المطلب حال القصد اليه والاقبال بوجه القلب عليه وبيان الصراط الاقوم ٦٣٣٧ الرسالة المرشدية في بيان الاعتقادات على ثلثة فصول اولها الحمد لله ربّ العالمين الخ ٦٣٣٨ الرسالة المرضيّة في شرح دعاء الشاذليّة لابي سليمان داود الشاذلي نزيل الاسكندريّة ٦٣٣٩ الرسالة المرضيّة في نصرة مذهب الاشعريّة للامام بدر الدين الاهدل المتوفى سنة ... ٦٣٤٠ الرسالة المرضيّة في صنعة الجنديّة لمحمد بن منكلي القاهري ٦٣٤١ رسالة مزيل الشكّ لمحيي الدين محمد بن قطب الدين الازنيقي المتوفى سنة ٨٨٥ ٦٣٤٢ رسالة في مسألة التسريحيّة ٦٣٤٣ رسالة في مسألة قتل المسلم بالكافر لابن عبد الحقّ ابراهيم بن على الدمشقي الحنفي المتوفى سنة ٧٤٤ ٦٣٤٤ رسالة في مسائل من الفنون لجلال الدين محمد بن اسعد الصديقي الدواني كتبها الى بعض السلاطين اولها الحمد لله الذي جعل السلطان غياث الخ وذكر فيها مشايخه وسنده ٦٣٤٥ رسالة في كيفيّة العمل بالمساترة حتى

describit modum, quo firma animi voluntas salva praestetur, et studium, cum ad eam tendatur, ejus cultui destinandum adque eam respectu cordis perveniendum sit. Denique via rectissima ostenditur. — 6337. El-Risálet El-Morshidíyet, tractatus recta via dirigens de articulis fidei describendis. Tres sectiones, quae ita incipiunt: Laus Deo, mundorum domino etc. — 6338. El-Risálet El-Merdhíyet, tractatus acceptus. Commentarius precationum *Shádzili*anarum, auctore *Abu Soleimán Dáwud Shádzili*, Alexandriae inquilino. — 6339. El-Risálet El-Merdhíyet, tractatus acceptus in auxilium sectae Ash'aritarum compositus ab Imamo *Bedr-ed-dín Ahdal*, anno ... mortuo. — 6340. El-Risálet El-Merdhíyet, tractatus acceptus de arte belli, auctore *Mohammed Ben Mengüli Cáhiri.* — 6341. Risálet mozíl el-shakk, tractatus ejus, qui dubium depellit, auctore *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Cotb-ed-dín Izníki*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. — 6342. El-Risálet fi el-mes'alet el-tesríhíyet, tractatus de quaestione *El-Tesríhíyet* (i. e. de repudio uxoris) dicta. — 6343. Risálet fi mes'alet catl el-moslim bi'lkáfir, tractatus de quaestione necis ab infideli fideli illatae, auctore *Ibn Abd-el-hacc Ibráhím Ben Ali Dimeshki* Hanefita, anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuo. — 6344. Risálet fi mesáïl min el-fonun, epistola de quaestionibus ex variis disciplinarum generibus, quam *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Sadíki Dewáni* ad Sultanum quendam misit. Orditur ita: Laus Deo, qui Sultanum auxilium esse voluit etc., et in libello doctores suos et auctoritates laudat, quibus usus est. — 6345. Risálet fi keifíyet el-aml bi'lmosateret, tractatus de ratione, qua

مرتبة على ثلثة وعشرين فصلًا قال واعلم انّ هذه الآلة اربعة اصناف اكملها الصنف الاول

٦٣٤٦ الرسالة المسترشديّة للامام ابي حامد محمد بن محمد الغزالي المتوفي سنة ٥٠٥

٦٣٤٧ رسالة المسترضي في تفسير قوله سبحانه وتعالى ولسوف يعطيك ربّك فترضى للشيخ منصور الطبلاوي المتوفي سنة    ٦٣٤٨ رسالة في المسح للشيخ ابراهيم بن محمد الحلبي المتوفي سنة ٩٥٦ كتبها ردًّا وجوابًا لرسالة جوى زاده ذكر لو انّ مفتيًا افتى بعدم جواز المسح على الخفّ تحته خفّ آخر من حرج ونحوه فسأل السلطان سليمان من علمآئه وفيه رسالة للمولى محيي الدين الفناري اولها الحمد لله الذي خفّف التكاليف الشاقّة الخ ولمولانا ابن كمال پاشا مختصر في ورقة اوله الحمد لله الذي جعل المسح سنّة في دين الاسلام الخ [ولمولانا قدري افندي اوله الحمد لله الذي الاطاعة الخ ولمولانا جوى زاده اوله الحمد لله شارع الشرآئع الخ ذكر مقدّمة وفصلين وللمولى ساجلي امير اوله وبحمده نحمده على

---

cum instrumento *Mosáteret* operandum sit. Divisus est in viginti tres sectiones, et auctor: Scias, inquit, huic instrumento quatuor genera esse, e quibus primum omnium praestantissimum est. — 6346. El-Risálet El-Mostershidíyet, tractatus bene directus, auctore Imám *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 6347. Risálet el-mosterdhi, tractatus ejus, qui contentum reddere studet. Adnotatio ad locum coranicum „Et postmodum sane dabit tibi dominus tuus id, quo contentus sis", auctore Sheikh *Mansúr Teblawi*, anno ... mortuo. — 6348. Risálet fi el-mas'h, tractatus de abstergendo, quem Sheikh *Ibráhím Ben Mohammed Halebi*, anno 956 (inc. 30. Jan. 1549) mortuus, refutationis et responsi loco ad tractatum a *Jewizádeh* editum scripsit. et: Si Mufti, inquit, decreto sanxisset, ocream abstergere non licitum esse, sub qua alia sit ocrea, hoc delictum esse, et quae sunt alia. Hac de caussa Sultan *Soleimán* viros doctos interrogando adiit, inter quos ea de re Molla *Mohyi-ed-dín Fenári* scripsit, cujus tractatus ita incipit: Laus Deo, qui in praestandis officiis molestis adjuvat etc. — Molla noster *Ibn Kemálpásha*, cujus compendium folio comprehensum ita incipit: Laus Deo, qui in religione Islamica extersum praeceptum esse voluit — [Molla noster *Cádiri Efendi*, qui ita orditur: Laus Deo, quem piorum operum actio etc. — Molla noster *Jewizádeh*, qui ita incipit: Laus Deo, qui leges praescribit etc. Habet praefationem et duas sectiones — et Molla *Sájili* Emir, cujus tractatus ita incipit: Laude

ان جعلنا الخ] ٦٣٤٩ رسالة المسعوديّة في المباحث النفيسة للقاضي ابي جعفر محمد بن احمد البيكندي الحنفي المتوفى سنة ٤٨٢ ٦٣٥٠ رسالة في المشاكلة للمولى احمد بن سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ ٦٣٥١ الرسالة المصريّة لابي الصلت امية بن عبد العزيز الاندلسي المتوفى سنة ٥٢٩ ذكر فيها ما رآه بمصر من الآثار وممّن اجتمع بهم فيه من الاطبّاء والمنجّمين والشعرآء وغيرهم من اهل الادب والّفه لابي طاهر يحيى بن ابي تميم صاحب الاندلس ٦٣٥٢ رسالة في مطالع قوس معلومة من فلك البروج في بلد معلوم العرض اذا لم يكن شيء معلومًا سوى غاية الميل ٦٣٥٣ رسالة في المعاد للشيخ الرئيس ابي علي حسين ابن عبد الله المعروف بابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ثمّ نقله الى الفارسيّة اوله الحمد لله اهل ذا حمد الذي ذكر فيها حال النفس الانسانيّة مشتملة على ستة عشر فصلا وله المبدآء والمعاد | غير هذا | اوله الحمد لله حمد الشاكرين الخ ولمقصود الشيرازي ٦٣٥٤ رسالة في المعادن

eo digna laudo eum, quod nos fecit etc.]. — 6349. El-Risalet El-Mes'udiyet, tractatus *Mes'údiyet* inscriptus de quaestionibus pretiosis, auctore Cádhi *Abu Jafar Mohammed Ben Ahmed Beikendi* Hanefita, anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) mortuo. — 6350. Risálet fi el-moshakelet, tractatus de forma dicendi *Mosbákelet* dicta, auctore Molla *Ahmed Ben Soleimán Ibn Kemálpásha* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 6351. El-Risálet El-Misriyet, tractatus Aegyptius, quem *Abu'lsalt Omayya Ben Abd-el-aziz Andalusi*, anno 529 (inc. 22. Oct. 1134) mortuus, *Abu Táhiro Yahya Ben Abi Temím* Andalusiae principi composuit. Describit monumenta, quae in Aegypto viderat, medicos, astronomos, poetas aliosque viros humanitatis studiosos, quos ibi convenerat. — 6352. Risálet fi metali' caus, tractatus de locis arcus notis ex orbe coelesti signorum Zodiaci ascendentibus in terra, cujus latitudo nota est, quando nulla res cognita est praeter summum declinationis terminum. — 6353. Risalet fi el-mead, tractatus de altera vita, auctore Sheikh Reyis *Abu Ali Hosein Ben Abdallah*, vulgo *Ibn Siná* dicto et anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. Tum eum persice transtulit. Incipit archetypum ita: Laus Deo omni laude digno etc. Investigat hic animae humanae conditionem ita, ut sedecim sectiones libello daret. Idem librum [praeter hunc] de hac et altera vita edidit, qui ita incipit: Laus Deo talis, quali grati eum laudant etc. De eadem re *Macsud Shirázi* scripsit. — 6354. Risalet fi el-meadin, tractatus de fodinis et

وابطال الكيمياء لموفّق الدين البغدادى المذكور فى الانصاف ٦٣٥٥ رسالة فى معجزات الانبياء تركى للمولى عبد الله بن طورسون الشهير بفيضى المتوفى سنة ١٠١٩ ٦٣٥٦ رسالة فى المعدة ووصفها لابن مندويه احمد بن عبد الرحمن الطبيب ٦٣٥٧ رسالة فى معدل النهار والعمل بآلته لشعبان بن حسين القسطمونى المتوفى سنة على مقدّمة وعلى عدّة ابواب اولها الحمد لله الذى وهب لنا الاطلاع على دآئرة معدل النهار الخ ٦٣٥٨ رسالة فى المعراج للشيخ مصلح الدين مصطفى المعروف بنور الدين زاده المتوفى سنة ٩٨١ وبها تميّز وتفرّد عن كثير من الاكابر اولها الحمد لله الذى اسرى بعبده ليلا الآية وصنّف الشيخ الرئيس ابن سينا فيه رسالة فارسيّة حقّق فيها امكان المعراج واثبت ٦٣٥٩ رسالة فى المعرفة للشيخ محمد بن قطب الدين الازنيقى المتوفى سنة ٨٨٥ ألّفها فى تحقيق سبحانك ما عرفناك حقّ معرفتك وردّ من انكر قآئله وهو من المشايخ الكبار رتّبها على مقدّمة وفصول وخاتمة اولها الحمد

Alchymiae abolitione, auctore *Mowaffic-ed-dín Baghdádi*, supra sub *El-Insáf* commemorato. — 6355. Risálet fi mo'jizát el-anbiya, tractatus turcicus de miraculis a prophetis editis, auctore Molla *Abdallah Ben Tursún*, vulgo *Feidhi* dicto et anno 1019 (inc. 16. Mart. 1610) mortuo. — 6356. Risálet fi el-mi'det, tractatus de stomacho ejusque descriptione, auctore *Ahmed Ben Abd-el-rahman* Medico, vulgo *Ibn Mundeweih* dicto. — 6357. Risálet fi moaddel el-nehar, tractatus de aequinoctio et ratione cum ejus instrumento operandi, auctore *Shabán Ben Hosein Castamúni*, anno … mortuo. Divisus est in praefationem et plura capita, et incipit ita: Laus Deo, qui nobis cognitionem circuli aequinoctialis dedit etc. — 6358. Risalet fi el-mi'raj, tractatus de ascensu, quo *Mohammed* ad Deum in coelum evectus esse dicitur, auctore Sheikh *Moslih-ed-dín Mustafa*, vulgo *Núr-ed-dinzádeh* dicto et anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortuo, qui illo libello se praeter viros magna eruditione claros distinxit et excelluit. Incipit ita: Laus Deo, „qui transtulit servum suum noctu" etc. Praeterea Sheikh Reyís *Ibn Siná* tractatum persicum scripsit, ubi illum ascensum fieri potuisse argumentis demonstrat et probat. — 6359. Risálet fi el-ma'rifet, tractatus de cognitione, quem Sheikh *Mohammed Ben Cotb-ed-dín Iznícki*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuus, composuit, et verba: „O Deus sancte, nos Te non ita cognoscimus, ut dignus es qui cognoscaris" argumentis probare studet et eum refutat, qui hujus dicti auctorem, Sheikhum magnum, impugnat. Distributus est in praefationem, sectiones et conclusionem, et

لله الذى غرق فى بحار معرفته عقول العقلاء الخ ٦٣٦٠ رسالة فى المعمّى فارسى لمير حسين ابن محمد الحسنى النيسابورى [المتوفى سنة ٩٠٤] الّفها لمير عليشير اولنيا بنام آنكه از تأليف وترتيب الخ ولنور الدين عبد الرحمن بن احمد الجامى المتوفى سنة ٨٩٨ شرحه مصطفى بن شعبان السرورى بالتركية المتوفى سنة ٩٦٩ وله شرح رسالة مير حسين ايضا المذكور وله شرح آخر لرسالة المعمّى المعروف بعلى كر وللشيخ محمد البدخشى نزيل دمشق المتوفى سنة ٩٢٢ وليوسف المتخلّص ببديعى الشاعر ٦٣٦١ رسالة المعنويّة فى التطبيق بين كلام الشيخ الاكبر وحضرة المولويّة فارسى مختصر لبعض المشايخ اوله سبحان من اثبت حقائق الاشياء فى حضرة علمه الازلى الخ ٦٣٦٢ الرسالة المعينيّة فى الهيئة فارسيّة على اربع مقالات اوله سپاس وستايش حضرت الخ ذكر فى اولها من الملوك عبد الرحيم بن ابى منصور شهريار ايران وصدره وولده معين الدين ابو شمس بن عبد الرحيم ٦٣٦٣ رسالة المعينة فى السكوت ولزوم

incipit ita: Laus Deo, qui mentes intelligentium in maria cognitionis suae immergit etc. — 6360. **Risálet fi el-moamma**, tractatus de logogryphis persicus, quem *Mír Hosein Ben Mohammed Hasani Nisabúri*, [anno 904 (inc. 9. Aug. 1498) mortuus]. Emiro *Alishír* composuit. Incipit ita: Nomine illius qui ex conscriptione et compositione etc. De eadem re *Núr-ed-dín Abd-el-rahman Ben Ahmed Jámi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492) mortuus, tractatum edidit, quem *Mustafa Ben Shabán Sorúri*, anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuus, turcice commentatus est. Idem commentarium tractatus Emíri *Hosein* supra laudati edidit, et alium in tractatum de logogryphis, vulgo *Alíger* dictum. Praeterea Sheikh *Mohammed Bedakhshi* Damasci inquilinus, anno 922 (inc. 5 Febr. 1516) mortuus, et *Yusuf* Poeta, qui *Bedíi* nomen poeticum sibi tribuit, eadem aenigmata tractarunt. — 6361. **El-Risálet El-Manewíyet**, tractatus speculativus de conciliatione inter verba Sheikhi Maximi et Magnificentiae Illustrissimae. Compendium persicum a Sheikho quodam editum, quod ita incipit: O sancte, qui veram rerum naturam in celsissima sua scientia aeterna comprobat etc. — 6362. **El-Risálet El-Moíniyet**, tractatus *Moín*icus de astronomia persicus in quatuor dissertationes distributus, qui ita incipit: Laus et gloria majestati etc. Ab initio inter principes *Abd-el-rahím Ben Abi Mansur* magnum regni Irán principem laudat ejusque supremum ministrum et *Moín-ed-dín Abu Shems Ben Abd-el-rahím* filium. — 6363. **El-Risálet El-Moayyinet**, tractatus determinans de silentio et firma in domiciliis mansione, auctore *Abu Ali*

البيوت الاخى على بن البناء ذكره البقاعى فى مشيخته ٦٣٦٤ رسالة فى مقامات عباد الله ومراتبهم للشيخ عبد اللطيف بن غانم المقدسى المتوفى سنة [٨٥٦] ٦٣٦٥ رسالة المقبول على الباغى والمجهول لاحمد بن محمد الاشبيلى المتوفى سنة ٦٣٦٦ رسالة المقنعة للشيخ الفارسى ٦٣٦٧ رسالة فى المقياس لمحمد شاه بن على الفنارى المتوفى سنة ٩٢٩ وهى مقبولة ٦٣٦٨ رسالة المكية للشيخ الامام قطب الدين عبد الله بن محمد بن ايمن الاصفهيدى ٦٣٦٩ رسالة الملكشاهية فارسى للسلطان ملكشاه السلجوقى فى وصف بلاده ومملكته ٦٣٧٠ رسالة فى الممكنات ولزوم الامكان لها ٦٣٧١ رسالة فى المناظرة بين المسلمين والنصارى وذكر اسولتهم وهى رسالة جيدة للامام العلامة نجم الدين مختار بن محمود الزاهدى المتوفى سنة ٦٥٨ ٦٣٧٢ رسالة فى منشا الاغاليط وهو من مزاحمة الوهم العقل لشمس الدين محمد بن محمد الشماع [الحموى المتوفى سنة ٨٦٣ وهو كتاب فى مصطلح الصوفية] ٦٣٧٣ رسالة المنصوره

---

*Ben-elbenná*, quem *Becái* inter suos doctores laudat. — 6364. Risalet fi mecámát ibád Allah, tractatus de stationibus et gradibus cultorum Dei, auctore Sheikh *Abd-el-latíf Ben Ghánim Mocaddesi*, anno [856 (inc. 23. Jan. 1452)] mortuo. — 6365. Risálet el-machbúl, tractatus de eo, quod gratum est contra tyrannum et ignotum, auctore *Ahmed Ben Mohammed Ishbili*, anno ... mortuo. — 6366. El-Risálet El-Mocniat, tractatus contentum reddens, auctore Sheikh *Fárisi*. — 6367. Risálet fi el-micyás, tractatus de nilometro admodum probatus, auctore *Mohammed Sháh Ben Ali Fenári*, anno 929 (inc. 20. Nov. 1522) mortuo. — 6368. El-Risálet El-Mekkíyet, tractatus Mekkanus, auctore Sheikh et Imám *Cotb-ed-dín Abdallah Ben Mohammed Ben Eimen Esfehidi*. — 6369. El-Risálet El-Melikshâhíyet, tractatus persicus, quem Sultan *Melikshâh* Seljuckida de descriptione provinciarum suarum et imperii composuit. — 6370. El-Risálet fi el-momkinat, tractatus de rebus possibilibus et earum possibilitatis necessitate. — 6371. Risálet fi el-monátzaret, tractatus de disputatione inter Muslimos et Christianos eorumque quaestionibus. Libellus egregius, auctore Imám doctissimo *Nejm-ed-dín Mokhtár Ben Mahmúd Záhidi*, anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuo. — 6372 Risálet fi mensha el-aghálít, tractatus de fonte errorum, qui ex facultate imaginandi mentem nimis impediente oriuntur, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Shemmá'* [*Hamawi*, anno 863 (inc. 8. Nov. 1458) mortuo. Liber agit de sermone Theosophorum terminologico]. — 6373. El-Risálet El-Mansuret, tractatus

في الاعداد الوافية لنجم الدين اللبودي المذكور في الاشارات ٦٣٧٤ رسالة في المنطق
بالفارسيّة للسيّد الشريف عرّبه ولده محمد اول المعرّب الحمد لله الذى لا يتمّ المنطق
الفصيح الخ وله شروح منها شرح مير ابى البقآء ابن [عبد] الباقى الحسينى وهو شرح ممزوج
اوله عنوان صحيفه ممدوح الخ وشرح آخر ممزوج ايضا اوله بعد از سرابيدن عندليب زند
الخ وشرح مولانا عصام الدين ابراهيم بن محمد الاسفرآئنى شرحا ممزوجا بالفارسيّة
ايضا اوله حمد مصوّر صور مقدور قدر ملك وبشريتست الخ [وعلى شرح عصام الدين
حاشية بالفارسيّة لمير ابى الفتح] ٦٣٧٥ رسالة في المنفرجة تصييرها حادّة قبل ان تصير قائمة
لسنان الدين يوسف بن خضر بيك المتوفى سنة ٨٩١ وهذا امر غريب يأباه العقل وكان المولى
ذكره وادّعى امكانه فيستخرجه هو بذكائه ٦٣٧٦ رسالة في من التبعيضيّة للمولى احمد بن
سليمان المعروف بابن كمال باشا المتوفى سنة ٩٤٠ ٦٣٧٧ رسالة في من عاش من الصحابة

adjutus de numeris integris, auctore *Nejm-ed-dín Lobudi*, supra in *El-Ishárát* laudato. — 6374. Risálet fi el-mantic, tractatus de logica persice a *Seyyid Sherif* editus et a *Mohammed* filio in arabicam linguam conversus. Interpretatio arabica sic incipit: Laus Deo, (sine) quo logica disertissima non perfecta est etc. Plures in eum commentarios ediderunt, ut Mir *Abu'lbecá Ibn* [*Abd-*]*el-backi Hoseini*, cujus commentarius textum admixtum habet et ita incipit: Titulus pagina augusta est etc. Idem alium commentarium confecit, qui ita orditur: Postquam philomela linguam modulatus est etc. — porro Molla noster *Isám-ed-dín Ibráhím Ben Mohammed Isferaïni*, cujus commentarius persicus etiam textum admixtum habet et ita incipit: Laus formatoris imaginum potestatis imperii definitarum et humanitas est etc. Ad hunc *Isám-ed-díni* commentarium Mir *Abu'lfat'h* glossas persice scriptas edidit. — 6375. Risálet fi el-monfarijet, tractatus de angulo obtuso, quem acutus efficiebat, priusquam rectum formaret, auctore *Sinán-ed-dín Yusuf Ben Hadhr Beg*, anno 891 (inc. 7. Jan. 1486) mortuo. Haec res singularis est, quam mens aversatur. At Molla eam descripsit possibilemque esse contendit, ut mentis acumine eam cognitam redderet. — 6376. Risálet fi min el-tebidhiyet, tractatus de praepositione „*min*“ rem non ad omnes pertinere sed ad nonnullos tantum exprimente, auctore Molla *Ahmed Ben Soleimán*, vulgo *Ibn Kemálpásha* dicto et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. — 6377. Risálet fi man asha, tractatus de sociis prophetae,

مائة وعشرين سنة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وله رسالة اخرى فيمن وافقت كنيته كنية زوجته ٦٣٧٨ رسالة فى الموجودات ومراتبها للشريف السيد على الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ ٦٣٧٩ رسالة الموسيقى لابى الصلت امية بن عبد العزيز الاندلسى المتوفى سنة ٥٢٩ [وللشيخ الرئيس ابى على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨] ٦٣٨٠ رسالة فى موضوعات العلوم لمحيى الدين محمد بن الخطيب قاسم المتوفى سنة ولعلاء الدين على بن محمد القوشجى المتوفى سنة ٨٧٩ وهى رسالة لطيفة ٦٣٨١ رسالة فى المهدى فارسى للشيخ على بن حسام الدين المعروف بمتقى المتوفى سنة ورتبها على اربعة فصول ٦٣٨٢ رسالة فى الميزان للمولى احمد بن سليمان الشهير بابن كمال المتوفى سنة ٩٤٠ وللشيخ محمد بن مصطفى المعروف بقاضى زاده المتوفى سنة ١٠٤٣ اوله خير ما يفتتح به الكلام الخ بإشارة المفتى صنع الله افندى ٦٣٨٣ رسالة الميم [والواو] والنون

سنة ٧٩١ والتدج فى زوائد الروضة على المنهاج لنجم الدين محمد بن عبد الله بن قاضى
عجلون المتوفى سنة ٨٧٦ واختصر الشيخ شمس الدين محمد بن محمد القيلوى الشافعى
الروضة اختصارًا حسنًا وتوفى سنة ٨٤٩ ‏ ٦٦٦٧ روضة فى فروع الشافعيّة للامام عبد الكريم بن
الرافعى القزوينى المتوفى سنة [٦٢٣] ‏ ٦٦٦٨ روضة فى الفروع للحنفيّة للناطفى المتوفى سنة [٤٤٦]
وهو صغير الحجم كثير الفائدة وفيه فروع غريبة ‏ ٦٦٦٩ روضة فى النحو لابى عبد الله محمد
ابن على بن حميدة الحلبى المتوفى سنة ٥٥٠ الّفه بمكة ‏ ٦٦٧٠ روضة فى ... لنور الدين على
ابن هبة الله الدستاوى المتوفى سنة ٧٠٧ ولمحيى الدين يحيى بن عبد الرحيم القرشى [الشافعى]
المتوفى سنة ٧١٨ مختصر هذه الروضة ‏ ٦٦٧١ روضة فى ... لابى العباس محمد بن يزيد المعروف
بالمبرّد النحوى المتوفى سنة [٢٨٥] ‏ ٦٦٧٢ روضة فى ... للاقشهرى ‏ ٦٦٧٣ روضة فيها الف حديث
صحيح والف غريب والف حكاية والف بيت شعر لعبد الواحد بن احمد بن [ابى القاسم] المليحى

---

31. Dec. 1388) mortuus, excerptas edidit, et opus *Táj Nejm-ed-dín*i *Mohammed Ben Abdullah Ben Cadhí*i *Ajlún*ensis, anno 876 (inc. 20. Jun. 1471) mortuus, supplementa tractat ad librum *Minháj*, quae *El-Raudhat* continet. Denique Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Cailuni* Shafiita, anno 849 (inc. 9. Apr. 1445) mortuus, epitomen pulchram Viridarii reliquit. — 6667. **Raudhat fi forú' El-Sháfiiyet**, viridarium de partibus juris Shafiitici derivatis, auctore Imám *Abd-el-kerím Ben-elráfii Cazwíni*, anno [623 (inc. 2. Jan. 1226)] mortuo. — 6668. **Raudhat fi el-forú'**, viridarium de partibus juris Hanefitici secundariis, auctore *Nátifi*, anno [446 (inc. 12. Apr. 1054)] mortuo. Volumen parvum, at multis adnotationibus utilibus repletum, quod articulos rariores et exquisitiores continet. — 6669. **Raudhat fi el-nahw**, viridarium, quod *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Ben Homeida Halebi*, anno 550 (inc. 7. Mart. 1155) mortuus, Mekkae de grammatica composuit. — 6670. **Raudhat fi ...**, viridarium de ..., auctore *Nur-ed-dín Ali Ben Hibatallah Destúwi*, anno 707 (inc. 3. Jul. 1307) mortuo. *Mohyi-ed-dín Yahya Ben Abd-el-rahím Coreshi* [Shafiita], anno 718 (inc. 5. Mart. 1318) mortuus, hujus Viridarii epitomen edidit. — 6671. **Raudhat fi ...**, viridarium de ..., auctore *Abu'labbás Mohammed Ben Yezíd* Grammatico, vulgo *Mobarred* dicto et anno [285 (inc. 28. Jan. 898)] mortuo. — 6672. **Raudhat fi ...**, viridarium de ..., auctore *Acshehiri*.
6673. **Raudhat**, viridarium, quod mille traditiones probatas, mille traditiones auctoritatis infirmioris *Gharíb* dictas, mille narrationes et mille versus continet, auctore *Abd-el-wáhid Ben Ahmed Ben* [*Abi'lcásim*] *Melíhi*, anno 463 (inc. 9. Oct.

المتوفى سنة ١٠٧٠ ٦٦٧٤ روضة لابن اللبان عبد الله بن محمد بن احمد المصرى المتوفى سنة [٤٤٦] وقد اختصره ورتّبه محمد بن احمد المصرى المتوفى سنة ٧٤٩ ٦٦٧٥ روضة فى القراءات الاحدى عشرة لابى على الحسن بن محمد بن ابراهيم المقرى البغدادى المالكى المتوفى سنة ٤٣٨ وللامام ابى عمر احمد بن عبد الله بن طالب الطلمنكى الاندلسى المتوفى سنة ٤٢٩ وفيه ايضا للشريف ابى اسمعيل موسى ابن الحسين بن اسمعيل المعدل المقرى ٦٦٧٦ روضة القضاة وطريق النجاة لفخر الدين الزيلعى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى امر الخلق بتتبع دينه وتصديق رسوله صلعم الخ وهو فى مجلد كبير فى فروع الحنفية اكثره صكوك وهو كبير الحجم جدا اورد لكل مسئلة فصلا وذكر فى آخره من التواريخ والحكايات ٦٦٧٧ روضة القلوب لعبد الرحمن بن نصر الله الشيرازى قاضى طبرية ٦٦٧٨ روضة الكتاب وحديقة الالباب فارسى فى الانشاء لابى بكر بن المتطبب القونوى الملقب بالصدر المتوفى سنة

1070, mortuo. — 6674. Raudhat, viridarium ab *Abdallah Ben Mohammed Ben Ahmed Misri*, vulgo *Ibn-ellebbân* dicto et anno [446 (inc. 12. Apr. 1054)] mortuo, editum, quod *Mohammed Ben Ahmed Misri*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus, in epitomen coegit et melius disposuit. — 6675. Raudhat fi el-ckiraât el-ihda ashret, viridarium de undecim Corani recensionibus, auctoribus *Abu Ali Hasan Ben Mohammed Ben Ibrâhîm Baghdadi* Malikita et Corani Lectore, anno 438 (inc. 8. Jul. 1046) mortuo, et Imam *Abu Omar Ahmed Ben Abdallah Ben Tâlib Talamanki Andalusi*, anno 429 (inc. 14. Oct. 1037) mortuo. De eadem re scripsit Sherif *Abu Ismaïl Musa Ibn-elhosein Ben Ismaïl Moaddil* Corani Lector. — 6676. Raudhat el-codhât we Taric el-nejat, viridarium judicum et via effugii, auctore *Fakhr-ed-din Zeilaï*, anno … mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui homines jussit religionem suam sequi et legato fidem habere etc. Amplum volumen de articulis juris Hanefitici secundariis, quorum maxima pars sententias judicis scripto mandatas continet. Liber in multas sectiones divisus est: cuique enim quaestioni sectionem tribuit, et ad finem historias et narrationes profert. — 6677. Raudhat el-colub, viridarium cordium, auctore *Abd-el-rahman Ben Nasrallah Shirazi* Tiberiadis judice. — 6678. Raudhat el-kottab, viridarium scribarum et arbustum cordium de modo pedestri oratione eleganter scribendi, auctore *Abu Bekr Ben-elmotetabbib Cunewi*, honorifice *Sadr-ed-din* cognominato et anno [791 (inc. 29. Nov. 1391)]

فارسي ٦٦٧٩ روض المتقين لشيخ محمد بن عبد اللطيف المعروف بابن ملك المتوفى سنة
٦٦٨٠ روضة المتكلمين في الكلام للشيخ احمد بن محمد المعروف بسعيد القونوي المتوفى سنة
٦٦٨١ روضة المجالس في الفروع للحنفية وهي متداولة ٦٦٨٢ روضة المجالس وانس المجالس
مجلدين في الموعظ لابي بكر محمد الحبشي البسطامي المتوفى سنة ٦٦٨٣ روضة المجالس
في بديع المجانسة لشمس الدين محمد بن حسين التنوخي المتوفى سنة ٨٥٦ ٦٦٨٤ روضة
المجانسة وغيضة المجانسة لمحمد بن [حسن بن علي] النواجي [المتوفى سنة ٨٥٩]
٦٦٨٥ روضة المحبين ونزهة البساتين لشمس الدين ابي بكر ابن قيم الجوزية الدمشقي المتوفى
سنة ٧٥١ اوله الحمد لله الذي جعل المحبة الى الظفر بالمحبوب الخ وجعله تسعة وعشرين بابا
كلها في مباحث المحبة ٦٦٨٦ روضة المريدين مختصر للشيخ ابي جعفر محمد بن حسين
ابن احمد بن يزد الانباري الفه في آداب التصوف والصوفية واحكامهم وطريقهم واحوالهم

mortuo. Persice. — 6679. Raudhat el-mottackin, viridarium Deum timentium, auctore Sheikh *Mohammed Ben Abd-el-latif*, vulgo *Ibn Melik* dicto et anno ... mortuo. — 6680. Raudhat el-motekallimin, viridarium disputantium de oratione, auctore Sheikh *Ahmed Ben Mohammed Cunewi*, vulgo *Saïd* dicto et anno ... mortuo. — 6681. Raudhat el-mejalis, viridarium consessuum literariorum de articulis juris Hanefitici specialibus. Liber tritissimus. — 6682. Raudhat el-mejális we Ons el-jalis, viridarium consessuum et societas sedentis. Duo volumina paraenetica, auctore *Abu Bekr Mohammed Habashi Bistámi*, anno ... mortuo. — 6683. Raudhat el-mejalis, viridarium consessuum literariorum de ornatu vocum similitudine distincto, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben Hosein Tenúkhi*, anno 856 (inc. 23. Jan. 1452) mortuo. — 6684. Raudhat el-mojáleset we Gheidhat el-mojáneset, viridarium consessus et arundinetum similitudinis vocum in genere, auctore *Mohammed Ben* [*Hasan Ben Ali*] *Newwaji*, [anno 859 (inc. 22. Dec. 1454) mortuo]. — 6685. Raudhat el-mohibbín we Nozhet el-besátín, viridarium amantium et oblectamentum hortorum, auctore *Shems-ed-din Abu Bekr Ibn Cayyim-eljauzíyet Dimeshcki*, anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui amorem ita constituit, ut ad possessionem amati ducat etc., et in viginti novem capita divisum est, quae singula disquisitiones de amore continent. — 6686. Raudhat el-moridín, viridarium discipulorum aspirantium. Compendium, quod Sheikh *Abu Ja'far Mohammed Ben Hosein Ben Ahmed Ben Yezd Anbári* de regulis in Theosophia a Theosophis observandis, de horum statutis practicis,

ومختصر لبعضهم اوله الحمد لله حمدًا يكون له الخ ٦٦٨٧ روضة المعارف ٦٦٨٨ روضة المناظر لابى بكر محمد بن ثابت الخجندى الشافعى المتوفى سنة ٤٨٣ ذكر السبكى فى ترجمته انّه نقل القاضى مجلّى [ابن جميع] فى ذخائره وجهين عن روضة المناظر للخجندى ولم ار منه الّا نبذًا ٦٦٨٩ روضة المنجّمين فارسى مجلّد على خمس عشرة مقالة ذكر فيه جميع ما يحتاج اليه فى هذا الفنّ ٦٦٩٠ روضة الناصحين فى شرح خطب الاربعين [لعبد العزيز النسفى اولها الحمد لله الذى دلّت بعزّته الخ] ٦٦٩١ روضة الناظر فى ترجمة الشيخ عبد القادر لابى طاهر مجد الدين محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨١٧ ٦٦٩٢ روضة الناظر ونزهة الخاطر لعبد العزيز الكاشى فى الآداب والاشعار والحكمة فى مجلّد كبير اوله الحمد لله الملك العلام الخ ذكر انّه جعله ثلثة اقسام الاوّل فى المدائح والافتخارات والحكم والآداب والثانى فيما يتعلّق بانواع الحكايات والثالث فى المتفرّقات وجمع فيه الاشعار العربيّة والفارسيّة ٦٦٩٣ روضة

via et exstasibus composuit. Epitome, quam alius quidam edidit, incipit ita: Laus Deo talis, qualis ei est etc. — 6687. Raudhat el-meárif, viridarium cognitionum. — 6688. Raudhat el-monátzir, viridarium disputantis, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Thábit Khojendi* Shafiita, anno 483 (inc. 6. Mart. 1090) mortuo. *Sobki* in ejus vita narrat, Cadhi *Mojalla* [*Ben Jemí'*] in suo *Dzakháïr* duas disputandi rationes e *Raudhat el-monátzir* a *Khojendi* edito assumsisse, ego tamen partem ejus tantum parvam vidi. — 6689. Raudhat el-monajjimin, viridarium astronomorum. Volumen persicum in quindecim dissertationes distributum, ubi omnia commemorantur, quibus in astronomia opus est. — 6690. Raudhat el-násihin, viridarium monentium, [auctore *Abd-el-azíz Nesefi*]. Commentarius in librum *El-Khotab El-Arbaun*, [qui ita incipit: Laus Deo, cujus potentia monstrantur etc.]. — 6691. Raudhat el-nátzir, viridarium observatoris. Biographia Sheikhi *Abd-el-cádir* ab *Abu Táhir Majd-ed-dín Mohammed Ben Yacúb Firúzábádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo, edita. — 6692. Raudhat el-natzir we Nozhet el-khatir, viridarium oculi et oblectamentum animi, auctore *Abd-el-azíz Káshi*. Volumen magnum de humanitatis studiis, carminibus et philosophia, quod ita incipit: Laus Deo regi scientissimo etc. Se tres partes fecisse narrat, quarum prima de carminibus laudativis et panegyricis, apophthegmatis et humanitatis studiis, secunda de iis, quae varias narrationum species spectant, tertia de diversis literarum elegantium generibus agit, et poemata arabica et persica collecta continet. — 6693. Raudhat

النواظر وميدان الخواطر في شرح الاشعار البليغة على ترتيب الحروف مجلّد اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ٦٦٩٤ روضة الواصلين رسالة [تركيّة] في الكيمياء للسيد محمد بن عبد الشهابي ٦٦٩٥ روضة الواعظين في احاديث سيّد المرسلين لمعين المسكين محمد الفراهي الهروي المتوفى سنة ... وهي في اربع مجلّدات ذكر في المعراج انّه الّفه بسم ربّ العالمين وهو كتاب الاربعين المسمّى بروضة الواعظين كذا قال وهو على ما رأيته فارسي مختصر على اربعة اصول ١ في صفة الواعظ وفيه سبعة فصول ٢ في المجالس ٣ في سبع حكايات مهذّبة ٤ التبكية من المواعظ المبكيات ويقال له روضة وكفاية المذكّرين ٦٦٩٦ روضة الورديّة في الرحلة الروميّة لابي العباس احمد بن محمد المعروف بشهاب الحصنكيفي الحلبي وكان حيًّا في حدود سنة ٨٦٤ ٦٦٩٧ الروع والاوجال في نبأ المسيح الدجال لشمس الدين ابي عبد الله محمد بن احمد الحافظ الذهبي المتوفى سنة ٧٤٨ ٦٦٩٨ رونق التفاسير ٦٦٩٩ رونق الطرفة

el-newâtzir we Meidan el-khawâtir, viridarium oculorum et hippodromus animorum. Commentarius carminum eloquentia distinctorum et secundum literas alphabeti dispositorum. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo mundorum domino etc. — 6694. Raudhat el-wásilín, viridarium pervenientium. Tractatus [turcicus] de Alchymia, auctore Seyyid *Mohammed Ben Abd-el-shehábi.* — 6695. Raudhat el-wäïtzín, tractatus concionatorum de traditionibus domini legatorum divinorum, auctore *Moin El-Miskín Mohammed Feráhi Herewi*, anno ... mortuo. Quatuor volumina, quae, ut in libro *Meárij* dicit, nomine domini mundorum composuit, et continet opus quadraginta traditiones et *Raudhat el-wáitzín* appellatum est. — Haec ille. — Compendium persicum est, ut ego quidem vidi, in quatuor principia dispositum, quorum primum de concionatoris attributis agit et in septem sectiones distributum est — secundum de consessibus — tertium de septem narrationibus perpolitis — quartum de arte sermonibus paraeneticis flebilibus ad fletum movendi — idemque *Raudhat we Kifáyet el-modzakkirín* nominatur. — 6696. El-Raudhat El-Werdiyet, viridarium roseum de itinere per terras Rumaeas, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Halebi*, vulgo *Shehâb Hisnakeifi* dicto, qui circa annum 864 (inc. 28. Oct. 1459) vixit. — 6697. El-Rauo' we El-Aujal, terror et timores de historia Antichristi, auctore *Shems-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Dzehebi El-Háfitz*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuo. — 6698. Raunec el-tetasir, splendor commentariorum coranicorum. — 6699. Raunec el-tarfat, splendor

في فضل يوم عرفة للشيخ شمس الدين محمد بن طولون الدمشقي رسالة اولها الحمد لله الذي تعرّف الى احبّته بمعرفته فما خاب كلّ من عرفه الخ ورتّبها على اثنى عشر بابًا ٦٧٠٠ رونق المجالس لابي حفص عمر بن عبد الله السمرقندي المتوفى سنة ... اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ وفي نسخة المعروف بالسمرقندي جعله على اثنين وعشرين بابًا يحتوي كلّ باب عشر حكايات ٦٧٠١ رونق المحاكم فيما يروح فيه الحاكم للشيخ عبد الرحمن بن احمد بن مسك السخاوي المتوفى سنة ... ٦٧٠٢ رونق مختصر في فروع الشافعيّة على طريقة لباب المحاملي وقد اختلف في مؤلّفه قيل انّه منسوب الى الشيخ ابي حامد الاسفرآئني وقيل انّه من تصنيف ابي حاتم القزويني كذا في طبقات ابن السبكي قال ابن السبكي وهذا غير مستبعد فانّ ابا حاتم قرأ على المحاملي والرونق اشبه شيء بكلام المحاملي في اللباب كذا ذكر ٦٧٠٣ الرقص والوقص لمستحلّ الرقص رسالة للشيخ ابراهيم بن محمد الحلبي المتوفى سنة ٩٥٦ اولها الحمد لله الملك

nictus oculi de merito diei, quo peregrinatores in monte Arafat prope Mekkam sacra faciant, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Tulún Dimeshcki.* Tractatus in duodecim capita divisus, qui ita incipit: Laus Deo, qui amicos cognitionem suam docet, neque ullus, qui eum cognoscit, spe frustratur etc. — 6700. Raunec el-mejális, splendor consessuum, auctore *Abu Hafs Omar Ben Abdallah Samarcandi*, anno ... mortuo. Incipit ita: Laus Deo mundorum domino etc., et in exemplo auctorem vulgo *Samarcandi* dici legitur. Liber in viginti duo capita divisus est, quae singula decem narrationes comprehendunt. — 6701. Raunec el-mehakim, splendor tribunalium de iis rebus, de quibus judex vespertino tempore agit, auctore Sheikh *Abd-el-rahman Ben Ahmed Ben Misk Sekháwi*, anno ... mortuo. — 6702. Raunec mokhtasar, splendor. Compendium de articulis juris Shafiitici specialibus ad rationem libri *Lobáb* a *Mehámili* editi, de cujus auctore varia statuunt. Alii illud Sheikho *Abu Hámid Isferáïni* tribuunt, alii in scriptis *Abu Hátim*i *Cazwíni* numerant, ut quidem in *Tabacát Ibn Sobki*i perhibetur. Neque hoc teste eodem *Ibn-elsobki* a veritate alienum esse dicitur, *Abu Hátim* enim coram *Mehámili* lectiones habuit, et opus *Raunec* rationem dicendi, qua *Mehámili* in *Lobáb* usus est, perfectissime refert. — Ita quidem perhibet. — 6703. El-Rahs we El-Waes, impulsus et fractio, ut saltatio licita censeatur. Tractatum, qui ita incipit: Laus Deo, regi alto et magno etc., Sheikh *Ibráhím Ben Mohammed Halebi*, anno 956 (inc. 30. Jan. 1549) mortuus, ad

العلىّ الكبير الخ كتبها ردًّا على رسالة الشيخ سنبل ٦٧٠٤ ره انجام نامه فرسى مختصر لافضل الدين محمد الكاشى المتوفى سنة اوله الله الحمد اهل الحمد ووليه الخ ٦٧٠٥ رياض الرسائل ومنهاج الوسائل للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ ٦٧٠٦ الرياسة الناصرية فى الرد على من يعظم اهل الذمة ويستخدمهم على المسلمين للشيخ عماد الدين محمد بن حسن الاسنوى الشافعى المتوفى سنة ٧٦٤ ٦٧٠٧ رياض الاحاديث ٦٧٠٨ الرياض الادبية لابى الربيع سليمان بن موسى الاشعرى الزبيدى الحنفى المتوفى [بالحبشة] سنة ٦٥٢ وهو كتاب جيد صنفه وهو ابن ثمان عشرة سنة ٦٧٠٩ رياض الازهار فى جلاء الابصار فى اصول الحديث على مقدمة وستة ابواب وخاتمة المقدمة فى تحريض الطالب ببيان جلّ فائدته والباب الاول فى الالفاظ المصطلحة لاهل الحديث الثانى فى تحمل الاحاديث وروايتها الثالث فى آداب المحدثين وغيرهم الرابع فى آداب الطالبين واجتهادهم الخامس فى

refutandum tractatum Sheikhi *Sonbol* scripsit. — 6704. Rah enjam-nameh, liber viae extremi finis, auctore *Afdhal-ed-dín Mohammed Káshi*, anno ... mortuo. Compendium persicum, quod ita incipit: Laus Deo laude digno ejusque amanti etc. — 6705. Riyáh el-resáïl we Minháj el-wesaïl, odores tractatuum et via adminiculorum, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. — 6706. El-Riyáset El-Násiriyet, principatus Nasiricus. Refutatio eorum, qui Christianos et Judaeos tributarios magnifaciunt et eorum servitio contra Muslimos utuntur, auctore Sheikh *Imád-ed-dín Mohammed Ben Hasan Esnewi* Shafiita, anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuo. — 6707. Riyádh el-ahadith, viridaria traditionum. — 6708. El-Riyádh El-Adebiyet, viridaria philologica. Liber egregius, quem *Abu'lrebi' Soleimán Ben Musa Ashari Zobeidi* Hanefita, [in Abyssinia] anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuus, decem et octo annos natus composuit. — 6709. Riyadh el-azhar, viridaria florum de oculis illustrandis. Compendium de rei traditionariae principiis in praefationem, sex capita et conclusionem divisum, cujus praefatio de studio discentis agit explicatione gravis utilitatis instigando, quam res traditionaria habet — caput *primum* de verbis terminologicis, quae apud traditionarios in usu sunt — *secundum* de traditionum commendatione et relatione — *tertium* de regulis, quae traditionariis aliisque viris doctis observandae sunt — *quartum* de regulis discipulis studiosis observandis eorumque studio assiduo — *quintum* de cognitione sociorum prophetae horumque

معرفة الصحابة والتابعين السادس في تصنيفه بالجواز والوجوب وبيان شرآئطه وطرقه والخاتمة في مسائل شتى تتعلق به اوله الحمد لله الذى وفق العلمآء لتحصيل الاحاديث الخ ٦٧١٠ رياض الازهر للشيخ سراج الدين ابى احمد زيد ٦٧١١ رياض الالباب بمحاسن الآداب مختصر على خمسة ابواب الاول في المحبة وفيه خمسة فصول الثانى في الغزل والنسيب وفيه خمسة فصول ايضا الثالث في الخمريات وفيه خمسة فصول الرابع في الادبيات وفيه خمسة فصول الخامس فيما يلزم من غير ما تقدم وفيه خمسة فصول اوله الحمد لله الذى شرح الصدور بحكمته الخ ٦٧١٢ رياض الانس للامام ابى سعيد الحسن بن على الواعظ المتوفى سنة اوله حمدا لله الذى لم يزل واحدا حكيما الخ رتبه على ثلثين روضة في المواعظ والنصائح ٦٧١٣ [رياض الانس لشيرويه بن شهردار الديلمى] ٦٧١٤ رياض الانشآء فارسى لمحمود بن شيخ محمد الكيلانى المعروف بخواجه جهان المتوفى سنة ٦٧١٥ الرياض الانيقة في الاشعار الرقيقة مجلد اوله حمدا لك يا من ابرز من رياض قرآئح الفصحآء الخ وهو مجموع مرتب على الحروف

asseclarum sequentium — *sextum* de scriptis traditionariis, quatenus eorum compositio licita et necessaria est, de ejus conditionum et rationum descriptione — et *conclusio* quaestiones diversas tractat, quatenus rem traditionariam spectant. Incipit ita: Laus Deo, qui viros doctos in acquirendis traditionibus adjuvat etc. — 6710. Riyadh el-azhar, viridaria florum, auctore Sheikh *Sirâj-ed-dîn Abu Ahmed Zeid.* — 6711. Riyadh el-albab, viridaria cordium cum pulchritudinibus literarum elegantiorum. Compendium in quinque capita divisum, quorum *primum* de amore agit, *secundum* de odis et carminibus eroticis, *tertium* de carminibus in laudem vini, *quartum* de literis elegantioribus, *quintum* de rebus necessariis praeter eas, quae antea commemoratae sunt. Singula haec capita quinque sectionibus continentur, et opus incipit ita: Laus Deo, qui animos sapientia sua disposuit etc. — 6712. Riyadh el-ons, viridaria societatis, auctore Imam *Abu Saîd Hasan Ben Ali* Concionatore, anno ... mortuo. Incipit opus ita: Laus Deo, qui non desinit esse unicus et sapiens etc., et in triginta viridaria de sermonibus paraeneticis et admonitionibus divisum est. — 6713. [Riyadh el-ons, viridaria societatis, auctore *Shîruye Ben Shehridâr Deilemi*]. 6714. Riyadh el-insha, viridaria de stilo elegantiore, auctore *Mahmûd Ben Sheikh Mohammed Kilâni*, vulgo *Khoja Jihân* dicto et anno ... mortuo. Persice. 6715. El-Riyadh El-Anicat, viridaria pulchra de carminibus delicatis. Volumen, quod ita incipit: Laudem Deo, qui e viridariis primarum hominum facundorum facultatum prodire jubet etc. Sylloge alphabetice disposita, quam auctor

جمعه من الدواوين والمجاميع الامير احمد بن شاهين والتزم فيه ما لطف من الاشعار للشعرآء المتقدمين والمتأخرين مقتصرا على ما عانده حولهم في الغزل والتشبيب وما شابهه دون المدح والهجآء ٦٧١٦ الرياض الانيقة في شرح اسمآء خير الخليقة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله الذي اذهب عنا الحزن الخ قال هذا شرح بعد شرحي الذي اتقنه زدته تحريرا وتفصيلا وهو البهجة السنية ٦٧١٧ الرياض الانيقة في قسمة الحديقة للشيخ تقي الدين علي بن عبد الكافي السبكي الشافعي المتوفى سنة ٧٥٦ ٦٧١٨ رياض اهل الايمان ٦٧١٩ رياض الجنان تركي منظوم لجنابي البروسوي الشاعر المتوفى سنة ١٠٠٤ وله في الزبدة ثلثة ابيات ٦٧٢٠ رياض الجنان في قوارع القرآن رسالة لجلال الائمة البغدادي المتوفى سنة ٦٧٢١ رياض الخلفآء ٦٧٢٢ رياض الذاكرين ٦٧٢٣ رياض السالكين تركي منظوم لعلي افندي نظمه سنة ثمان وتسعين وتسعمائة للسلطان مراد خان ورتبه على

e Diwanis aliisque anthologiis Emiro *Ahmed Ben Shâhin* congessit. Legem autem sibi statuerat eam, ut elegantiora tantum carmina poetarum priorum et recentiorum colligeret, quae nonnisi principes inter eos e genere odarum et poematum eroticorum hisque similium ediderant, carmina laudativa autem et satyrica excluderentur. — 6716. El-Riyadh El-Anicat. viridaria pulchra. Commentarius in nomina optimi inter homines creatos, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. qui ita incipit: Laus Deo, qui tristitiam a nobis depellit etc., et: Hunc commentarium, inquit, post illum alium quem composui, comtiore et ampliore ratione confeci etc., nominatus autem est *El-Behjet El-Seniyet*. — 6717. El-Riyadh El-Anicat. viridaria pulchra de partitione arbusti. auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki* Shafiita, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 6718. Riyadh ahl el-ímán. viridaria fidelium orthodoxorum. — 6719. Riyadh el-jinán. viridaria paradisorum. Carmen turcicum. e quo tres versus in anthologia *Zubdet* leguntur, auctore *Jenábi Bursewi* Poeta, anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) mortuo. — 6720. Riyadh el-jinán, viridaria paradisorum de versibus Corani, qui ad homines et daemones malignos retundendos recitari solent. Tractatus, auctore *Jelál-elaïmmet Baghdádi*, anno … mortuo. — 6721. Riyádh el-kholafa. viridaria Khalifarum. — 6722. Riyádh el-dzákirín. viridaria invocantium Deum. — 6723. Riyadh el-salikín, viridaria spiritali via ingredientium. Poema turcicum, quod *Ali Efendi* Sultano *Murád Khán* anno 998 (inc. 31. Oct. 1589) composuit et in decem

عشر دوحات اوله الحمد لله القاهر الواحد العزيز الغفار الخ ٦٧٢٤ رياض الشعراء لمولانا رياضي المتوفى سنة جعله على تنبيه وروضتين التنبيه في خصائص الكتاب والروضة الاولى في من له الشعر من السلاطين العثمانية والروضة الثانية في الشعر من الشعراء الروم واهداه الى السلطان تمه في سنة ست عشرة وتسعمائة وقيل في تاريخه اخبار وقيل تمه في رجب سنة ثمان عشرة اوله كلستانا ديباى اهل معرف ٦٧٢٥ رياض الصالحين في مجلد للامام محيي الدين ابي زكريا يحيى بن شرف النووي الحافظ المتوفى سنة [٦٧٦] وهو مختصر جمعه من الاحاديث الصحيحة مشتملا على ما يكون طريقا لصاحبه الى الآخرة جامعا للترغيب والترهيب والزهد ورياضات النفوس والتزم فيه ان لا يذكر الا حديثا صحيحا وصدر الابواب من القرآن ويضبط ما يحتاج الى ضبط او شرح وجعله على مائتي باب وخمس وستين بابا فرغ منه يوم الاثنين رابع عشر رمضان سنة سبعين وستمائة | وشرحه الشيخ العلامة محمد بن علي بن محمد علان

*Dauhat* (arboreta) divisit. Incipit ita: Laus Deo vincenti, unico, potenti, condonanti etc. — 6724. Riyadh el-shoara, viridaria poetarum, auctore Molla nostro *Riyádhi*, anno . . . mortuo. Liber in admonitionem et duo viridaria dispositus est: illa de propriis libri virtutibus agit, viridarium primum de Sultanis othmanicis, qui carmina fecerunt, et secundum de carminibus, quae alios poetas Rumaeos auctores habent. Obtulit eum Sultano et anno 916 (inc. 10. Apr. 1510) absolvit, alii vero verbo *akhbár* (quod annos octingentos quatuor explet) compositionis tempus significari volunt, alii eum mense Rejeb anni 918 (inc. 19. Mart. 1512) absolvisse dicunt. Incipit ita: Rosarium sericum hominum multa cognitione imbutorum etc. — 6725. Riyadh el-salihin, viridaria sanctorum. Volumen compendii instar, quod Imam *Mohyi-ed-din Abu Zakariyá Yahya Ben Sheref Neweiwi* Hafitz, anno [676 (inc. 4. Jun. 1277)] mortuus, e traditionibus veris ita collegit, ut argumentum libri possessori viam ad alteram vitam patefaceret, cum ea contineret, quae ad bona facienda excitarent, a male agendo deterrerent, et abstinentiam et animarum castigationes commendarent. Praeterea legem sibi scripsit, ut veras tantum traditiones proferret, capitum initia e Corano repetiit, et quorum orthographia vel explicatio necessario addendae erant, distinxit. Fecit ducenta sexaginta quinque capita, et absolvit die Lunae, qui quartus decimus mensis Ramadhan anni 670 (inc. 9. Aug. 1271) fuit. | Commentarium ejus magnum scripsit Sheikh doctissimus *Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Allan*

المكي الشافعي المتوفى سنة ١٠٥٧ شرحا ممزوجا] ٦٧٢٦ رياض الطالبين لاوحد الدين عبد الله الحسيني المشهور بعبد الله اولياء البلياني المتوفى في حدود سنة ٩٠٠ ٦٧٢٧ رياض العقول المنيفة في غياض الصنعة الشريفة لابي العباس احمد بن علي بن موسى بن ارفع رأس الانصاري الاندلسي الغرناطي الشذوري مختصر اوله الحمد لله العليم الحكيم الذي ابدع رتق اختراع السماء الخ ٦٧٢٨ رياض العلوم فارسي لشكر الله الشرواني [الطبيب] للسلطان بايزيد خان ابن السلطان محمد خان [الفاتح] رتبه على تسعة ابواب ١ في التصوف ٢ منطق ٣ هيئة ٤ نجوم ٥ حساب ٦ فراسة ٧ علم شعر ٨ علم معميات ٩ انشاء ٦٧٢٩ رياض العلى مختصر فارسي من سبعة جمعها للسلطان بايزيد خان ٦٧٣٠ رياض الغفران ٦٧٣١ رياض الفردوسية في الاحاديث القدسية للشيخ محيي الدين محمد بن على ابن عربي الطائي الاندلسي ٦٧٣٢ رياض المذكرين ٦٧٣٣ رياض المستطابة في جملة من روى في الصحيحين من الصحابة مجلد للامام عماد الدين يحيى بن ابي بكر العامري

*Mekki* Shafiita, anno 1057 (inc. 27. Jan. 1647) mortuus]. — 6726. Riyadh el-tálibín, viridaria studiosorum, auctore *Auhad-ed-dín Abdallah Hoseini Baliyáni*, vulgo *Abdallah Auliyá* dicto et circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuo. — 6727. Riyádh el-ocul el-monifet, viridaria mentium altarum de arundinetis artis augustae, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Ali Ben Musa Ben Arfa'ras Ansári Andalusi Gharnáti Shodzúri*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo docto, sapienti, qui gradus coeli de novo constructi primus erexit etc. — 6728. Riyádh el-olúm, viridaria doctrinarum, quae *Shokr-allah Shirwáni* [Medicus] Sultano *Báyezíd Khán* Sultani *Mohammed Khán* [Expugnatoris] filio persice scripsit et in novem capita disposuit, quorum primum de theosophia, secundum de logica, tertium de astronomia, quartum de astrologia, quintum de arithmetica, sextum de physiognomice, septimum de arte poetica, octavum de logogryphis, nonum de arte eleganter scribendi agit. — 6729. Riyádh el-olá, viridaria celsitudinis. Compendium persicum e septem scriptis, quae auctor Sultano *Báyezíd Khán* collegit. — 6730. Riyádh el-ghofrán, viridaria condonationis. — 6731. El-Riyadh El-Firdausiyet, viridaria paradisiaca de traditionibus prophetae divinitus inspiratis, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi El-Tayi Andalusi*. — 6732. Riyádh el-modzakkirín, viridaria oratorum. — 6733. El-Riyádh El-Mostetábet, viridaria gratissima de omnibus sociis, qui in utroque traditionum corpore *Sahíh* dicto citantur, auctore Imám *Imád-ed-dín Yahya Ben Abi Bekr*

[اليمني المتوفي سنة ٨٩٣] اوله الحمد لله الملك الجليل الخ مختصر يتضمن التعريف بمن صحّ له في الصحيحين راوية او رواية مرتّبًا له على الحروف ذكر في كل واحد منهم لم روى عنه على الاطلاق ثمّ ما اتفقا عليه من مسنده ثمّ ما تفرد به البخاري ثمّ مسلم ثمّ ما تفرد به كلّ واحد منهما من الرجال وقدّم مقدّمة مفيدة ٦٧٣٤ رياض الملوك في رياضات السلوك فارسي في ترجمة سلوان المطاع يأتي ٦٧٣٥ رياض النضرة في فضائل العشرة لمحبّ الدين احمد بن عبد الله بن محمد الطبري الشافعي المكي المتوفي سنة ٦٩١ اوله الحمد لله مختصّ برحمته من يشآء الخ ذكر انّه جمع ما روي عنهم في مجلّد بحذف الاسانيد من كتب عديدة وشرح غريب الحديث في خلاله عقيب كلّ حديث الى كتب وقدّم مقدّمة في اسمآء وكنى وذكر اوّلًا الاحاديث الجامعة ثمّ ما اختصّ بالاربعة ثمّ ستّة ثمّ ورد في كلّ فصل بل واحد واحد وادرج جملة ذلك في قسمين الاوّل في مناقب الاعداد والثاني في

*Amiri* [*Yemáni*, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuo]. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, regi illustri etc. Compendium, quod indicium continet eorum, quorum relator vel relatio in utroque *Sahih* sana et vera auctoritate gaudet, iique alphabetice dispositi sunt. In singulis capitibus de his viris commemorat, quoties in utroque in universum citantur, tum in cujus relatione utrumque auctoritate continua consentit, deinde quae *Bokhári* et quae *Moslim* separatim habet, denique quibus relationibus uterque separatim utitur, et praefationem utilem praemittit. — 6734. Riyadh el-moluk, viridaria regum de castigationibus vitae spiritalis. Interpretatio persica libri *Solwán el-motá'*, de quo infra dicetur. — 6735. Riyádh el-nosret, viridaria auxilii de virtutibus decem relatorum, auctore *Majd-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Ben Mohammed Taberi* Shafiita *Mekki*, anno 691 (inc. 21. Nov. 1291) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, qui misericordia sua eos peculiariter afficit, quos vult etc., et narrat, quae ex illis relata essent, se volumine ex multis libris ita collegisse, ut auctoritates omitteret, et inusitatiorem traditionum dictionem, singulis traditionibus ad librum unde repetitae erant relatis, in orationis cursu explicat. Praeterea praefationem de nominibus et cognominibus praemittit, et primum traditiones omnibus communes affert, tum quae quatuor traditionum corpora peculiaria habent, et quae reliqua sunt eo ordine commemorat, quo in omnibus, immo potius in singulis sectionibus allata sunt. Haec omnia duabus partibus inseruit, quarum prior de praestantia traditionum agit, quae numero relatorum, posterior de praestantia

مذهب الآحاد ومنه انتقى الشيخ زين الدين عمر بن احمد الشماع الحلبي المتوفى سنة ٩٣٦ كتابه المسمّى بدرّ الملتقط ٦٧٣٦ رياض النفوس في علماء افريقيّة للفقيه ابي بكر عبد الله ابن محمد ٦٧٣٧ رياض النواضر في الاشباه والنواظر لنجم الدين سليمان بن عبد القوى الطوفي الحنبلي المتوفى سنة ٧١٠ ٦٧٣٨ رياض في ... للشيخ محيي الدين ابي زكرياء يحيى بن شرف النووي المتوفى سنة ٦٧٦ ٦٧٣٩ رياض في ... لابن المبرد [جمال الدين يوسف بن حسن الصالحي الدمشقي الحنبلي المتوفى سنة ٩٠٩] ولابي طاهر بن العلاء ٦٧٤٠ رياض في ... لابي محمد مكي بن ابي طالب الحموي القيسي [المتوفى سنة ٤٣٧] وهو خمسة اجزاء ٦٧٤١ رياضة الاخلاق للسيّد الامام ناصر الدين ابي القاسم سمرقندي المتوفى سنة ... ٦٧٤٢ رياضة القلوب فارسي مختصر في احوال السلوك وآدابه اوله منت تكري را كه غاية عقل عقلاء الخ وهو على خمسة عشر بابًا للشيخ برهان الدين ابي علي الحسن النيكبخت

earum, quae una tantum auctoritate distinctae sunt. Meliora libri Sheikh *Zein-ed-dín Omar Ben Ahmed Halebi*, vulgo *Shemmá'* dictus et anno 936 (inc. 5. Sept. 1529) mortuus, in libro *El-Dorr El-Multacat* inscripto selecta edidit. — 6736. Riyádh el-nofús, viridaria animarum de viris doctis Africanis, auctore *Abu Bekr Abdallah Ben Mohammed* Jurisconsulto. — 6737. El-Riyádh El-Newádhir, viridaria florida de iis, quae in juris partibus specialibus sibi similia sunt sibique respondent, auctore *Nejm-ed-dín Soleimán Ben Abd-el-cawi Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. — 6738. Riyádh fi ..., viridaria de ..., auctore Sheikh *Mohyí-ed-dín Abu Zakaríyá Yahya Ben Sheref Newewi*, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuo. — 6739. Riyádh fi ..., viridaria de ..., auctoribus [*Jemál-ed-dín Yusuf Ben Hasan Sálihi Dimeshki* Hanbalita], vulgo *Ibn-elmobarred* dicto [et anno 909 (inc. 26. Jun. 1503) mortuo], et *Abu Táhir Ben-elalá.* — 6740. Riyádh fi ..., viridaria de ..., auctore *Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib Hamawi Caisi*, [anno 437 (inc. 19. Jul. 1045) mortuo]. Quinque fasciculi. — 6741. Riyádhat el-akhlác, castigatio morum, auctore Seyyid Imám *Násir-ed-dín Abu'lcásim Samarcandi*, anno ... mortuo. — 6742. Riyádhat el-colúb, castigatio cordium. Compendium persicum de vitae spiritalis conditionibus et regulis, quod ita incipit: Laus Deo, quem summa mens intelligentium etc., et in quindecim capita dispositum est, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Abu Ali Hasan El-Nikbakht.* —

٦٧٤٣ رياضة المتعلّم لشيخ موفّق الدين حمزة بن يوسف الحموى المتوفى سنة ٦٧٠ ولابى عبد الله احمد بن سليمان الزبيرى البصرى المتوفى سنة ولابى نعيم احمد بن عبد الله الاصفهانى المتوفى سنة [٤٣٠] ولابن السنى ٦٧٤٤ رياضة النفس للشيخ الامام ابى عبد الله محمد بن على بن الحسن الحكيم الترمذى [المتوفى سنة ٢٥٥] اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ مختصر ٦٧٤٥ رياضة فى النكت النحويّة لسعيد بن مبرك المعروف بابن الدهّان النحوى المتوفى سنة [٥٦٩]

٦٧٤٦ علم الرياضة

الرياضى من اقسام الحكمة النظريّة وهو علم باحث عن امور ماديّة يمكن تجريدها عن المادّة فى البحث سمّى به لانّ من عادة الحكماء ان يرتاضوا به فى مبدأ تعليمهم صبيانهم ولذا يسمّى علمًا تعليميًّا ايضا وبالعلم الاوسط لتوسّطه بين ما لا يحتاج الى المادّة وبين ما يحتاج اليها مطلقًا لافتقاره من وجه وعدم افتقاره من وجه آخر وله

6743. Riyádhat el-moteallim, exercitatio studiosi, auctoribus Sheikh *Mowaffec-ed-dín Hamza Ben Yusuf Hamawi*, anno 670 (inc. 9. Aug. 1271) mortuo — *Abu Abdallah Ahmed Ben Soleimán Zíri Basri*, anno ... mortuo — *Abu Noeim Ahmed Ben Abdallah Isfaháni*, anno [430 (inc. 3. Oct. 1038)] mortuo — et *Ibn-elseni*. — 6744. Riyádhat el-nafs, castigatio animae, auctore Sheikh et Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Ben-elhasan Tirmidzi* Philosopho, [anno 255 (inc. 20. Dec. 868) mortuo]. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 6745. Riyadhat, exercitatio de adnotationibus ad syntaxin subtilibus, auctore *Saíd Ben Mobarek* Grammatico, vulgo *Ibn-eldehhán* dicto et anno [569 (inc. 12. Aug. 1173)] mortuo.

6746. Ilm el-riyadhat. Doctrinae mathematicae.

Mathematica ad partes philosophiae speculativae pertinet. Inquirit autem in res corporeas, quae in inquirendo materia exui possunt. Appellata est *riyádhi* i. e. exercens, quod philosophorum mos erat, ut, cum pueros suos ad eam convertere inciperent, se ea exercerent. Hanc ob caussam eandem disciplinam *ta'límí* i. e. erudientem nominant et *el-ausat* i. e. conciliatricem, quod inter ea intercedit, quibus materia non opus est, et ea, quibus omnino opus est, cum partim materia egere

اصول وللكلّ منها فروع فاصوله اربعة الهندسة والهيئة والحساب والموسيقى

٦٧٤٧ علم الريافة

وهو استنباط الماء من الارض بواسطة بعض الامارات الدالّة على وجوده فيعرف بعده وقربه بشمّ التراب او بالنباتات فيه او بحركة حيوان وجد فيه فلا بدّ لصاحبه من حسّ كامل وتخييل شامل وهو من فروع الفراسة من جهة معرفة وجود الماء والهندسة من جهة الحفر واخراجه

٦٧٤٨ ريح النسرين فيمن عاش من الصحابة مائة وعشرين للسيوطي متعلّق بفنّ الحديث ذكره في فهرس مؤلّفاته ٦٧٤٩ ريحان الارواح في شرح المراح تركي يأتي في الميم ٦٧٥٠ ريحان الالباب وريعان الشباب في مراتب الآداب كتب حسن في الآداب مجلّدين كبيرين لابي القاسم محمد بن ابراهيم بن خيرة بن المداعيني الاشبيلي من اعيان اشبيليّة كتب

non possint, partim possint. Proficiscitur a principiis, a quibus singulis articuli secundarii derivantur. Principia autem sunt quatuor, geometria, astronomia, arithmetica, musica.

6747. Ilm el-riyafet. Ars aquam in terra ex signis externis inveniendi.

Haec est ars, aquam e terra ope nonnullorum signorum eliciendi, quae ejus existentiam indicant, ita ut odore terrae, vel plantis ibi crescentibus, vel motu bestiarum, quae ibi inveniuntur, distingui possit, utrum aqua profundius an minus profunde quaerenda sit. Haec ars, cujus peritus sensu perfecto et imaginationis ubertate necessario praeditus esse debet, ad doctrinas physiognomicae latiori sensu concipiendae pertinet, quatenus cognitio aquam inveniendi spectatur, ad geometriam autem, quatenus fodiendum est et aqua elicienda.

6748. Ríh el-nisrín, odor narcissi de sociis prophetae, qui centum viginti annos vixerunt, auctore *Soyúti.* Spectat libellus ad rem traditionariam et in ejus operum catalogo commemoratur. — 6749. Reihán el-arwáh, ocimum spirituum. Commentarius libelli *Meráh* turcicus, de quo in litera *Mim* dicetur. — 6750. Reihan el-albáb we Rayaán el-shebáb, ocimum cordium et prima juventus de ordinibus morum. Liber elegans de bonis moribus duobus voluminibus magnis comprehensus, auctore *Abu'lcásim Mohammed Ben Ibráhím Ben Kheiret Ben-elmedáini Ishbili*, qui e viris Hispalensibus illustribus erat et principis urbis Hispalis *El-Seyyid*

صاحبها السيد ابي حفص ٦٧٥١ ريحان القلوب في التوصل الى المحبوب ليوسف بن عبد الله الكردي الكوراني المتوفى سنة ٧٦٨ رسالة اولها الحمد لله مانح عطاياه الخ ذكر فيه شرائط التوبة ولبس الخرقة وتلقين الذكر ٦٧٥٢ ريحانة الادب في المختارات لابي الحسن على بن موسى [العمادي] الاندلسي المتوفى سنة ٦٧٣ جمع فيه بين عيون الاخبار ومستحسنات الاشعار ٦٧٥٣ ريحانة الانفس في علماء الاندلس في مجلد تاريخ لابن القت ٦٧٥٤ ريحانة الروح في رسم الساعات على مستوى السطوح لتقي الدين بن معروف الدمشقي المتوفى سنة [٩٠٣] اوله يا من ابرز من افق الابداع شموس العقول الخ ونظمها في مقدمة وثلثة ابواب وفرغ منها عام خمسة وسبعين وتسعمائة بقرية من قرى نابلس ثم شرحها العلامة عمر بن محمد الفارسكوري شرحا بسيطا ممزوجا باشارة من المصنف وسماه بفتح الفتوح بشرح ريحانة الروح اوله الحمد لله الذي نظم جواهر الكواكب الزواهر الخ وفرغ منه في ربيع الاول سنة ٩٨٠ ٦٧٥٥ [ريحانة الخفاجي ٦٧٥٦ ريحانة ابن عبد

*Abu Hafs* Scriba. — 6751. Reihán el-colúb, ocimum cordium de ratione, qua ad dilectum perveniri possit, auctore *Yusuf Ben Abdullah Kurdi Kuráni*, anno 768 (inc. 7. Sept. 1366) mortuo. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo dona sua largienti etc. Auctor conditiones commemorat resipiscentiae, vestitus pallii theosophici et institutionis precum faciendarum. — 6752. Reihánet el-adeb, chrysanthemum studii. Anthologia, in qua *Abu'lhasan Ali Ben Musa* [*Imádi*] *Andalusi*, anno 673 (inc. 7. Jul. 1274) mortuus, historias praecipuas cum carminibus probatissimis conjunxit. — 6753. Reihánet el-anfos, chrysanthemum animarum de viris doctis Andalusensis. Historia uno volumine comprehensa, auctore *Ibn-elcát*. — 6754. Reihánet el-ruh, chrysanthemum spiritus de horologiis in superficie aequali describendis, auctore *Tacki-ed-dín Dimeshcki*, vulgo *Ibn Ma'rúf* dicto et anno [903 (inc. 30. Aug. 1497)] mortuo. Incipit ita: O Tu, qui ex horizonte novae creationis soles mentium producis etc. Metricae ejus compositioni, quam anno 975 (inc. 8. Jul. 1567) in vico quodam Palaestinae Neapolitano absolvit, praefationem et tria capita dedit. Postea vir doctissimus *Omar Ben Mohammed Fáriskúri* commentarium largum in eam confecit ita, ut ab auctore excitatus textum admisceret, commentariumque, qui ita incipit: Laus Deo, qui gemmas stellarum splendentium certa serie ordinavit etc., *Fat'h el-fotúh bi sharh Reihánet el-ruh* inscripsit, et mense Rebi' I. anni 980 (inc. 14. Mai. 1572) absolvit. — 6755. [Reihánet El-khafaji, chrysanthemum *Khafájii*. — 6756. Reihánet Ibn Abd-el-berr, chrysanthemum

البرّ | ٦٧٥٧ ريحانة العاشق لابي القاسم ٦٧٥٨ ريّ العاطش لاحمد بن عمار المهدوي
| المتوفى سنة ٤٤٠ |

ab *Ibn Abd-el-berr* editum |. — 6757. Reihanet el-áshic, chrysanthemum amantis, auctore *Abu'lcásim*. — 6758. Riy el-atish, liber, quo sitis sitientis expletur, auctore *Ahmed Ben Ammár Mehdewi*, | anno 440 (inc. 16. Jun. 1048) mortuo |. —

باب الزاء المعجمة

٦٧٥٩ زاجرات في الحديث ٦٧٦٠ زاد الائمة في فضائل خصيصة الامة لابي الرجاء مختار ابن محمود الزاهدي المتوفى سنة ٦٥٨ ٦٧٦١ زاد الراكب وهو مجموعة فيها اشعار واخبار لمحمود بن جرير الضبي الاصفهاني المتوفى سنة ٥٠٧ ٦٧٦٢ زاد الرفاق في المحاضرات لصدر الدين الابيوردي ٦٧٦٣ زاد الزهاد لشمس العارفين يوسف بن نصر النسوي المتوفى سنة ... ذكره صاحب الخالصة ٦٧٦٤ [زاد السائلين ونزهة الناظرين في فقه الصالحين للامام الشمس علي ابن عثمان بن عمر الصيرفي الشافعي المتوفى بدمشق سنة ٨٤٤ وهو في اربع مجلدات ضخمات اجاد فيه غاية الاجادة] ٦٧٦٥ زاد العارفين فارسي مختصر وهو خمسة ابواب

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA *ZÁ* PUNCTO DIACRITICO NOTATA INCIPIUNT.

6759. Zajirat, traditiones prohibentes. — 6760. Zad el-aimmet, viaticum Imamorum de procerum minorum populi praestantiis, auctore *Abu'lrejá Mokhtár Ben Mahmúd Zahidi*, anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) mortuo. — 6761. Zad el-rákib, commeatus equitis. Sylloge carminibus et historiis plena, auctore *Mahmud Ben Jerir Dhabi Isfaháni*, anno 507 (inc. 18. Jun. 1113) mortuo. — 6762. Zád el-rifac, viaticum comitum. Anthologia, a *Sadr-ed-dín Abiwerdi* composita. — 6763. Zad el-zohhád, viaticum ascetarum, auctore *Shems-elárifín Yusuf Ben Nasr Nesewi*, anno ... mortuo. Commemoratur ab auctore libri *Khálisat*. — 6764. [Zad el-sailín, viaticum interrogantium et oblectamentum speculantium de jurisprudentia sanctorum, auctore Imam et Sheikh *Ali Ben Othmán Ben Omar Seirefi* Shafiita, Damasci anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuo. Quatuor volumina ampla, in quibus componendis quantum fieri potuit egregie versatus est]. — 6765. Zad el-arifín, viaticum gnarorum. Compendium persicum in quinque capita dispositum, quorum

ا فى محادثة العقل مع العشق ٢ فى مباحثة الليل والنهار ٣ فى الدرويش الحقيقى والمجازى ٤ فى عناية الرحمن على الانسان ٥ فى غرور الشباب ٦٧٦٦ زاد الفقهآء فى شرح القدورى يأتى فى الميم ٦٧٦٧ زاد الفقير مختصر فى فروع الحنفيّة لكمال الدين محمد بن عبد الواحد المعروف بابن الهمام المتوفى سنة ٨٦١ اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ وشرحه عبد الرحيم بن المنشاوى الحنفى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى تفرّد بالوحدانيّة والجلال الخ وشرحه ايضا تاج الدين عبد الوهّاب الهمامى اوله الحمد لله الذى جمل جمال احبّآئه الخ وهو شرح بالقول سمّاه بزاد الفقر لفتح زاد الفقرآء [ وشرحه ايضا محمد بن عبد الله التمرتاشى صاحب تنوير الابصار المتوفى سنة ١٠٠٤] ٦٧٦٨ زاد المتّقين لابى عبد الله محمد ابن ابى حفص البخارى المتوفى سنة ٦٧٦٩ زاد المسافر فى التأريخ لابى البحر صفوان بن ادريس الكاتب المتوفى سنة ثمّ عارضه ابن الابار بكتاب تحفة القدم ٦٧٧٠ زاد المسافر فى

*primum* de disceptatione mentis cum amore agit, *secundum* de disputatione noctis et diei, *tertium* de Derwishio vero et specioso, *quartum* de curis, quas misericors in hominem confert, *quintum* de juventute fallaci. — 6766. Zád el-focahá, viaticum jurisconsultorum. Commentarius in compendium *Codúri*, de quo in litera *Mim* dicetur. — 6767. Zád el-fackír, viaticum pauperis. Compendium de articulis juris Hanefitici secundariis, auctore *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-wáhid*, vulgo *Ibn-elhemmám* dicto et anno 861 (inc. 29. Nov. 1456) mortuo, qui ita orsus est: Laus Deo, mundorum domino etc. *Abd-el-rahím Ben-elmensháwi* Hanefita, anno ... mortuus, scripsit ejus commentarium, qui ita incipit: Laus Deo, qui unitate et majestate prae ceteris unicus est etc. Porro *Táj-ed-dín Abd-el-wehháb Hemmámi* commentarium *Zád el-facr lifat'h Zád el-focará* inscriptum edidit, qui ita incipit: Laus Deo, qui pulchritudinem amatorum suorum ornavit etc., et ea tantum textus verba admixta habet, quae explicantur. [Denique *Mohammed Ben Abdallah Timurtáshi* libri *Tenwír el-absár* auctor, qui anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) defunctus est, commentarium confecit]. — 6768. Zád el-motteckín, viaticum Deum timentium, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Abi Hafs Bokhári*, anno ... mortuo. — 6769. Zád el-mosáfir, viaticum peregrinantis. Historia ab *Abu'lbahr Safwán Ben Idrís* Scriba, anno ... mortuo, edita, quam *Ibn-elabbár* in libro *Tohfet el-cádim* imitatus est. — 6770. Zád el-mosáfir, viaticum peregrinantis. Quin-

خمسين مجلدا لابي علي حسن بن احمد العطار الهمداني المتوفى سنة ... ٦٧٧١ زاد المسافر في الطب لابن الجزار احمد بن ابراهيم الطبيب الاندلسي المتوفى بعد سنة ٤٠٠ وهو على سبع مقالات كلّها على ابواب ولابي العباس احمد بن محمد السرخسي الطبيب المتوفى سنة ٢٨٦ ولابي الفرج قدامة بن جعفر الكاتب المتوفى سنة ... وللشيخ سيّد حسين ٦٧٧٢ زاد المسافر في الفروع وهو المعروف بالفتاوى التاتارخانية لعالم بن علاء الحنفي المتوفى سنة ... انتخب ابراهيم بن محمد الحلبي اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ٦٧٧٣ زاد المسافر في معرفة عمل الدائر للشيخ شهاب الدين احمد بن |رجب المعروف بابن| المجدي |الفرضي الميقاتي المتوفى سنة ٨٥٠| ٦٧٧٤ زاد المسافرين لفخر السادات حسين بن |غانم بن| الحسن المعروف بامير حسيني المتوفى سنة ٧١٩ فارسي منظوم مختصر اوله

اى برتر از انكه فهم دانند

٦٧٧٥ زاد المساكين الى منازل السالكين للشيخ قطب الدين علي الكرزاني ٦٧٧٦ زاد المسير

quaginta volumina, auctore *Abu Ali Husan Ben Ahmed El-Attár El-Hemdani*, anno ... mortuo. — 6771. Zad el-mosafir, viaticum peregrinantis, auctore *Ahmed Ben Ibráhím Andalusi* Medico, vulgo *Ibn-eljezzár* dicto et post annum 400 (inc. 25. Aug. 1009) mortuo. Liber de medicina in septem dissertationes divisus, quae singulae capita continent. *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Serakhsi* Medicus, anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuus, *Abu'lfaraj Codáma Ben Ja'far* Scriba, anno ... mortuus, et Sheikh Seyyid *Hosein* scriptis eundem titulum dederunt. — 6772. Zad el-mosafir, viaticum peregrinantis de articulis juris derivatis, auctore *Alim Ben Ala* Hanefita, anno ... mortuo. Idem liber *Fetáwi Tátárkhániyet* inscribitur, et potiora ejus *Ibráhím Ben Mohammed Halebi* selecta edidit in epitome, quae ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 6773. Zad el-mosafir, viaticum peregrinantis de cognitione incisurae arcus *Dáïr*, auctore Sheikh *Shehâb-ed-din Ahmed Ben |Rejeb* statutorum divinorum perito et temporis statuti observatore, vulgo *Ibn|-elmojdi* |dicto et anno 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuo|. — 6774. Zad el-mosafirin, viaticum peregrinantium, auctore *Fakhr-elsádát Hosein Ben |Ghánim Ben-|elhasan*, vulgo *Emir Hoseini* dicto et anno 719 (inc. 22. Febr. 1319) mortuo. Carmen persicum breve, quod ita incipit:

O Tu qui iis omnibus superior es, quae de te praedicant.

6775. Zad el-mesakin, viaticum egenorum ad hospitia iter facientium, auctore Sheikh *Cotb-ed-din Ali Kerzani*. — 6776. Zad el-mesir, viaticum itineris de

في علم التفسير في اربعة اجزاء لابي الفرج عبد الرحمن بن علي المعروف بابن الجوزي البغدادي المتوفى سنة [٥٩٧] ٦٧٧٧ زاد المسير في فهرس الصغير للجلال السيوطي ذكره في فهرس مؤلفاته في فن الحديث ٦٧٧٨ زاد المشتاقين للشيخ عبد الله الالهي المتوفى سنة [٨٩٦] وهو رسالة متعلقة بعلم اللدني وقد اختلف في اسمه فقيل زاد الطالبين وقيل مسلك الطالبين وزاد المشتاقين ارجح ٦٧٧٩ زاد المعاد في هدي خير العباد لمحمد بن ابي بكر المعروف بابن قيم الجوزية الحنبلي المتوفى سنة ٧٥١ وسمّي ايضا بالهدى ٦٧٨٠ زاد المعاد في وزن بانت سعاد قرّ ٦٧٨١ الزاهر في معاني الكلام الذي يستعمله الناس لابي بكر محمد بن ابي محمد القسم الانباري النحوي المتوفى سنة ٣٢٨ وهو مجلّد [شرحه واختصره الشيخ الامام ابو القسم عبد الرحمن بن اسحق الزجاجي المتوفى سنة ٣٤٠ قال هذا كتاب جمعت فيه جمل الالفاظ التي ذكرها الانباري في كتابه الموسوم بالزاهر وشرحتها مختصره

coranicae interpretationis doctrina. Quatuor fasciculi, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Baghdádi*, vulgo *Ibn-eljauzi* dicto et anno [597 (inc. 12. Oct. 1200)] mortuo. — 6777. Zád el-mesír, viaticum itineris de catalogo parvo, auctore *Jelál-ed-dín Soyuti*, qui libellum in indice scriptorum suorum de re traditionaria commemorat. — 6778. Zád el-moshtáckin, viaticum concupiscentium, auctore Sheikh *Abdallah Alehi*, anno [896 (inc. 14. Nov. 1490)] mortuo. Tractatus, qui scientiam secretam apud Deum depositam spectat: dissentiunt autem de ejus titulo, quem alii *Zád el-tálibín*, alii *Maslak el-tálibín* esse volunt, praevalet tamen *Zád el-moshtáckin*. — 6779. Zád el-meád, viaticum vitae alterius de religione optimi inter Dei cultores, auctore *Mohammed Ben Abi Bekr* Hanbalita, vulgo *Ibn Cayyim-eljauziyet* dicto et anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. Idem liber *El-Hodá* inscribitur. — 6780. Zád el-meád, viaticum vitae alterius de mensura Moallacae *Ka'bi Ben Zoheir* a verbis *Bánat Soád* incipientis, de qua in litera *Cáf* dicetur. — 6781. El-Záhir, liber splendens de sententiis orationis, quae apud homines in usu est, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Abi Mohammed Cásim Anbári* Grammatico, anno 328 (inc. 18. Oct. 939) mortuo. Volumen. [quod Sheikh et Imam *Abu'lcásim Abd-el-rahman Ben Is'hac Zejjaji*, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuus, commentatus est et in epitomen coegit. In hoc libro, inquit, verborum summam collegi, quae *Anbári* in libro *Záhir* commemorat, eaque summa-

موجزه وحذفت عنه الشواهد] اوله اللهمّ محص عنّا ذنوبنا الخ شرح فيه كلامهم بان يقول قولهم كذا واختصره خطاب بن يوسف القرطبي المتوفى بعد سنة ٤٥٠ ٦٧٨٢ الزاهر لابن فرحون القرطبي ٦٧٨٣ الزاهر في اختصار الزيج الشاهي يأتي

٦٧٨٤ علم الزايرجة

هو من القوانين الصناعيّة لاستخراج الغيوب المنسوبة الى العالم المعروف بابي العباس احمد السبتي وهو من الاعلام المتصرّفة بالمغرب كان في آخر المائة السادسة بمراكش وبعهد يعقوب بن منصور من [ملوك] الموحدين وهي كثيرة الخواصّ يولعون باستفادة الغيب منها بعلمها وصورتها التي يقع العمل عندهم فيها دائرة عظيمة في داخلها دوائر متوازية للافلاك والعناصر والمكونات والروحانيّات الى غير ذلك من اصناف الكائنات والعلوم وكلّ دائرة منها مقسومة بانقسام فلكها الى البروج والعناصر وغيرها وخطوط كلّ منها مارّة الى المركز ويسمّونها الاوتار وعلى كلّ وتر حروف متتابعة

tim et breviter explicui et loca probantia praetermisi]. Incipit ille ita: O Deus, diminue nobis peccata nostra etc. Exposuit ibi eorum verba ita, ut quae in sermone usu recepta essent afferret; et *Khattáb Ben Yusuf Cortubi*, qui post annum 450 (inc. 28. Febr. 1058) obiit, ejus epitomen edidit. — 6782. El-Záhir, liber splendens, auctore *Ibn Ferhún Cortubi.* — 6783. El-Záhir, liber splendens. Epitome tabularum astronomicarum *El-Zíj El-Sháhi* dictarum, de quibus infra dicetur.

6784. Ilm el-zairjet. Ars ex literis continua mixtione extractis verba eliciendi, quibus quae in futurum nobis vel accident vel non accident significantur.

Pertinet ad regulas artis, quae arcanis eliciendis inserviunt et virum doctum *Abu'labbás Ahmed Sebti* auctorem habent. Erat hic ex viris Occidentis principibus et versutissimis, et ad finem seculi sexti regnante *Yacúb Ben Mansúr* Mowahhedita Marochii floruit. Ars ipsa multis virtutibus peculiaribus distincta est, quarum scientia arcana ex iisdem cognoscere cupide student: forma autem, qua in operando utuntur, circulus magnus est, in quo medio circuli sunt sphaeris paralleli et elementis, et substantiis materialibus et spiritualibus et quae sunt alia genera rerum e substantiis primariis formatarum et doctrinarum. Circuli singuli divisione sphaerarum in mansiones, elementa et alias partes distribuuntur, eorumque lineae ad centrum concurrentes chordae appellatae sunt, in quibus singulis literae continuae et usu receptae descriptae sunt.

موضوعة فمنها برسوم الزمام التي هي من اشكال الاعداد عند اهل الدواوين والحسّاب بالمغرب ومنها برسوم بقلم الغبار المتعارفة وفي داخل الزآيرجة وبين الدوآئر اسمآء العلوم ومواضع الاكوان وعلى ظهور الدوآئر جدول متكثّر البيوت المتقاطعة طولًا وعرضًا يشتمل على خمسة وخمسين بيتًا في العرض ومائة واحد وثلاثين في الطول جوانب منه معمورة البيوت تارة بالعدد واخرى بالحروف وجوانب اخر منه خالية البيوت ولا يعلم نسبة تلك الاعداد في اوضاعها ولا القسمة التي عيّنت البيوت و[جانبي] الزآيرجة ابيات من عروض بحر الطويل على روي اللام المنصوبة تتضمّن صورة العمل في استخراج المطلوب منه الّا انّها من قبيل اللغز في عدم الوضوح وفي بعض جوانب الزآيرجة بيت من الشعر منسوب الى بعض اكابر اهل الحذاقة بالمغرب وهو مالك ابن وهيب الذي كان من علمآء اشبيليّة في الدولة اللمتونيّة والبيت هذا

سؤال عظيم لم حرت فصن اذا
غرآئب شكّ ضبطه الجدّ مثلا

---

Earum aliae signis sunt expressae *Zimám* dictis, quae apud viros a codicibus rationariis et arithmeticos in Occidente notae sunt arithmeticae venustissimae, aliae signis scripturae *Ghobár* usitatis. Media in figura *Záirjet* et inter circulos nomina disciplinarum et loca essentiarum designata sunt, et in externis circulorum lateribus tabula est multis areis in longitudinem et latitudinem dissectis plena. Continet autem quinquaginta quinque areas in latitudinem et centum triginta unam in longitudinem, ejusque latera quaedam areis completa modo notis arithmeticis modo literis instructa sunt, alia latera areis carent; at neque signorum arithmeticorum ratio in positionibus neque distributio cognita est, quae areas praecipit. Duo latera figurae *Záirjet* versus continent ad mensuram metri *Tawíl* posita in fine litera *Lám* rhythmum constituente et vocali *Fat'ha* affecta, qui in re quaesita ex iis elicienda sponsores sunt figurae operationis, nisi quod, quatenus aenigmata sunt, perspicuitate carent. Porro in latere figurae *Záïrjet* quodam versus scriptus est carminis, qui ad virum quendam principem in Occidente eloquentia conspicuum refertur nomine *Malik Ben Wehib*, qui inter viros Hispalenses doctos sub dynastia Lemtunitarum floruit. Versus hic est:

Quaestio magna, quam non comprehendo. At custodi: ecce
Dubium rarum, quod firmiter tenet fortuna in exemplum.

فيه استخراج جواب من سؤال على قانونه وذلك انما يقع من مطابقة الجواب للسؤال لانّ الغيب لا يدرك بامر صناعي البتّة وانّما المطابقة بين الجواب والسؤال من حيث الافهام ووقوع ذلك بهذه الصناعة في تكسير الحروف المجتمعة من السؤال والاوتار غير مستنكر وقد وقع اطلاع بعض الاذكياء على التناسب فيحصل به معرفة المجهول فالتناسب بين الاشياء وهو سرّ الحصول على المجهول من العلوم الحاصلة للنفس بطريق حصولها سيّما الرياضة فانّها تفيد العقل زيادةً ولذلك ينسبون الزايرجة الى اهل الرياضة في الغالب وزايرجة منسوبة الى سهل بن عبد الله ايضا وهو من الاعمال الغريبة من تاريخ ابن خلدون قال ابن خلدون وهي غريبة العمل وصنعتها عجيبة وكثير من الخواصّ يعملون بها بقصد الغيب وحلّها صعب على الجاهل بها

٦٧٨٥ زايرجة ابي العباس الخزرجي رئيس المتصوفة بمراكش احمد السبتي عدّة رسائل منظوم ومنثور شرحه الشيخ الامام عبد الله بن عبد الملك المرجاني ٦٧٨٦ زايرجة الخطائيّة هي للشيخ

Hoc versu responsum ad id de quo quaeritur ex quaestionibus ad ejus regulam elicitur, idque nonnisi ex responso quaestioni congruo dependet: arcani enim cognitionem artificio prorsus non consequimur, cum in solo consensu responsum quaerendum sit, quaestio autem, quatenus intelligenda proponitur et id arti illi pro literarum e quaestione et chordis conjunctarum dimensione convenienter fit, reprobationi non exposita est. Tum vir aliquis acutus relationem mutuam, qua rei ignotae cognitionem consequeremur, respectam habuit, et huc pertinet relatio inter res mutua, quae ad arcana praesentiae pertinet supra re ignota diffusa, at e doctrinis animae ratione qua comparari solent, praecipue vita ascetica, comparatis explicanda. Haec enim vim mentis auget, qua de caussa artem *Záirjet* plerumque ascetis attribuunt. Alia ejus forma ad *Sahl Ben Abdallah* auctorem refertur; et teste *Ibn Khaldun* in Historia in operationibus singularibus ceruitur. Usus ejus, inquit, ex legibus peculiaribus pendet artificiumque admodum mirum est, et multi viri principes eam exercent, ut arcanum in lucem producant: ejus autem expositio difficilis ei est, qui eam ignorat.

6785. **El-Zairjet**, ars *Záirjet*, auctore *Abu'labbas Ahmed Sebti Khazreji* Theosophorum Marochii principe, qui plures tractatus ligata et soluta oratione scripsit, quos Sheikh et Imam *Abdallah Ben Abd el-melik Merjáni* commentatus est. — 6786. **El-Zairjet El-Khatáyet**, ars *Záirjet Khataica* a Sheikh *Omar Ben*

عمر بن احمد بن على الخطائى اوله اما بعد حمد الله كما يليق بجلاله الخ جعله مجدول على مفردات ابجد من ا الى غ كل منه فى صحيفة ٦٧٨٧ زائرجة الشيبانية ٦٧٨٨ زائرجة الهراوية] ٦٧٨٩ زبد الحكم لعبدة بن الحكم ٦٧٩٠ الزبد والضرب فى تاريخ حلب لمحمد ابن ابراهيم المعروف بابن الحنبلى المتوفى سنة ٩٧١ وهو تاريخ مختصر انتخبه من زبدة الطلب وزاد من سنة ستين وستمائة الى سنة احدى وخمسين وتسعمائة ٦٧٩١ زبد فى معرفة كل احد لابن اسد ٦٧٩٢ زبدة الاحكام فى اختلاف مذاهب الائمة الاربعة الاعلام لسراج الدين ابى حفص عمر بن اسحق الهندى الغزنوى الحنفى المتوفى سنة ٧٧٣ ٦٧٩٣ زبدة الاحكام فى فروع الحنفية مختصر اوله الحمد لله الذى جعل اجماع العلماء الخ ٦٧٩٤ زبدة الاخبار من احاديث احمد المختار ٦٧٩٥ زبدة الاخلاق لاهلى الشيرازى [الشاعر] المتوفى سنة ٩٤٣ جمع فيها الرباعيات الواقعة فى الاخلاق ٦٧٩٦ زبدة الادراك فى هيئة الافلاك

*Ahmed Ben Ali Khatáyi* composita, quae ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus ita, ut ejus perfectioni convenit etc. Construxit eam tabula apposita secundum simplices alphabeti *Abújed* literas ab *Elif* ad *Gháin* ita, ut singulae literae in singulis foliis designatae essent. — 6787. El-Zäirjet El-Sheibániyet, ars *Záirjet Sheibanica*. — 6788. El-Zairjet El-Heráwiyet, ars *Záirjet* Heratica]. — 6789. Zobd el-hikem, cremor apophthegmatum, auctore *Abadet Ben-elhakem*. — 6790. El-Zobd we El-Dhareb, cremor lactis et mel album. Historia Halebensis, quam *Mohammed Ben Ibráhím*, vulgo *Ibn-elhanbali* dictus et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus, potiorem partem breviter ex *Zubdet el-taleb* elegit et ab anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) ad annum 951 (inc. 25. Mart. 1544) continuavit. — 6791. Zobed fi ma'rifet koll ahad, cremor de cognitione singulorum, auctore *Ibn Ased*. — 6792. Zubdet el-ahkam, cremor statutorum practicorum de diversitate disciplinarum Imamorum quatuor signiferorum, auctore *Seráj-ed-dín Abu Hafs Omar Ben Is'hac Hindi Ghaznewi* Hanefita, anno 773 (inc. 15. Jul 1371) mortuo. — 6793. Zubdet el-ahkam, cremor statutorum practicorum. Compendium de articulis juris Hanefitici secundariis, quod ita incipit: Laus Deo, qui doctores legis consentientes esse voluit etc. — 6794. Zubdet el-akhbar, cremor historiarum e traditionibus *Ahmed*is electi. — 6795. Zubdet el-akhlac, cremor morum, auctore *Ahli Shirázi* [Poeta], anno 943 (inc. 20. Jun. 1536) mortuo, qui hic carmina quatuor hemistichiorum in rem ethicam cadentium collegit. — 6796. Zubdet el-idrák, cremor intelligentiae de figura orbium coelestium, auctore

لنصير الدين محمد بن محمد الطوسي مختصر اوله الحمد لله فاطر السموات فوق الارضين الخ لخص فيه الكتب المصنفة فيها واسسها على قاعدة ومقالتين وهي كالملخص حجماً

٦٧٩٧ زبدة الاسرار في شرح مختصر المنار ٦٧٩٨ زبدة الاسرار في حكمة لمحمد بن شريف الحسيني المتوفى سنة وهو شارح هداية الحكمة ذكره في آخر شرحه للهداية وقد ملكت هذا الشرح ٦٧٩٩ زبدة الاشعار تركي للمولى عبد الحي بن فيض الله |الرومي| المتخلص بفيضي الشهير بقاف زاده المتوفى سنة ١٠٣١ تتبع دواوين شعراء الروم وجمعيتهم وانتخب زبد شعرهم فبلغ عدد من له شعر في الزبدة خمسمائة شعر واربعة عشر شعراً وترتيبه على الحروف كترتيب التذكرة وتم الانتخاب في اوائل صفر سنة ١٠٢٣ ٦٨٠٠ زبدة الاصول في احاديث الرسول ذكره في اشراق التواريخ ٦٨٠١ زبدة الاعمال وخلاصة الافعال |للفاضل| سعد الدين |بن عمر بن محمد بن علي| الاسفرايني قال مؤلفه اختصرته من تاريخ مكة لابي الوليد الازرقي بعد فراغي من سماعه في صفر سنة ٧٦٢ واضفت اليه من الاحاديث المروية ما يدل على فضائل الحج

*Nasir-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Tusi.* Compendium, quod ita incipit: Laus Deo coelorum super terris creatori etc. Potiora librorum ea de re scriptorum excerpsit, et fundamentum libri columen et duas dissertationes constituit, ut volumine epitomen selectam referret. — 6797. Zubdet el-asrár, cremor arcanorum. Commentarius in Epitomen operis *Menár.* — 6798. Zubdet el-asrár, cremor arcanorum de philosophia, auctore *Mohammed Ben Sheríf Hoseini*, anno ... mortuo, qui pariter commentarium in *Hidáyet el-hikmet* edidit illumque in fine hujus libri, quem possideo, commemorat. — 6799. Zubdet el-ashar, cremor carminum. Opus turcicum, in quo Molla *Abd-el-hayy Ben Feidhallah* [*Rumi*], vulgo *Cáfzádeh* dictus et in carminibus *Fáidhi* cognominatus, qui anno 1031 (inc. 6. Nov. 1621) obiit, Diwanos poetarum Rumaeorum syllogasque perlustravit, meliora inde selegit, ut poetae, quorum carmina in *El-Zubdet* afferuntur, quingenti quatuordecim essent. Disposuit alphabetice, ut in *Tedzkiret* factum est, et initio mensis *Safer* anni 1023 (inc. 1. Febr. 1614) epitomen absolvit. — 6800. Zubdet el-osúl, cremor principiorum. Hic liber, qui traditiones legati divini continet, in *Ishráe el-tewaríkh* commemoratur. — 6801. Zubdet el-amal we Khilaset el-af'al, cremor operum et summa selecta actionum, auctore [bene merito] *Sad-ed-dín* [*Ben Omar Ben Mohammed Ben Ali*] *Isferáini.* Excerpsi, inquit, librum ex historia Mekkae ab *Abu'lwelíd Ezrekí* edita, postquam eam mense Safer anni 762 (inc. 11. Nov. 1360) audire desii, et ad eam traditiones adjeci relatas, quibus honor peregrinationis

والعمرة وذكر [ثواب] من حجّ واعتمر من حين خروجه من بيته الى آخر نسكه ورجوعه الى وطنه وذكرت نبذاً في ذكر فضيلة المدينة وزيارة قبر النبي صلعم وما يتعلّق بها من التواريخ وجعلتها على بابين باب في ذكر فضيلة الكعبة وفيه اربعة وخمسون فصلاً وباب في ذكر فضيلة المدينة وفيه خمسة وعشرون فصلاً ٦٨٠٢ زبدة الافكار في شرح المنار يأتي ٦٨٠٣ زبدة البيان في التصريف ٦٨٠٤ زبدة التاريخ في ترجمة اشرف التواريخ لقاضي عضد الدين مرّ ذكره في الالف لعلي شاعر والحقه تتمة من زمن آدم عليه السلام الى زمن الغزالي وهي سنة خمسمائة ٦٨٠٥ زبدة التحقيق في شرح الفصوص يأتي في حرف النون ٦٨٠٦ زبدة التواريخ باللغة التركيّة لمولى مصطفى [افندى بن ابرهيم الرومى] الامام السلطاني المتخلّص بصفي كتبه ذيلاً على تاج التواريخ بامر السلطان احمد وبلغ الى سنة ١٠٢٤ ٦٨٠٧ زبدة التواريخ باللغة الفارسيّة لمولى نور الدين لطف الله [ابن عبد الله الهروى] الشهير بحافظ ابرو المتوفى سنة ٨٣٤ الّفه

Mekkanae et visitationis sacrae [*Omret*] probatur et [opera meritoria] eorum commemorantur, qui peregrinationem Mekkanam et visitationem sacram faciunt, ab eo tempore quo domum relinquunt usque ad ultimum cultus officium et reditum in domicilium. Praeterea nonnulla in laudem Medinae et visitationis monumenti prophetae in illa urbe facti et historias huc spectantes attuli, epitomenque in duo capita distribui, quorum alterum in quinquaginta quatuor sectionibus de praestantia Ka'bae, alterum in viginti quinque sectionibus de Medinae laude agit. — 6802. **Zubdet el-afkár**, cremor cogitationum. Commentarius in opus *Menár*, de quo infra dicetur. — 6803. **Zubdet el-beyán**, cremor expositionis de inflexione formarum. — 6804. **Zubdet el-taríkh**, cremor historiae. Interpretatio turcica operis *Ashraf el-tewáríkh* a Cadhi *Adhod-ed-dín* editi et supra in litera *Elif* memorati, quam *Ali* Poeta cum multis additionibus ab Adamo ad tempus *Ghazálii* i. e. ad annum 500 (inc. 2. Sept. 1106) confecit. — 6805. **Zubdet el-tahkík**, cremor cognitionis accuratae. Commentarius in opus *Nosús*, de quo in litera *Nún* videatur. — 6806. **Zubdet el-tewáríkh**, cremor historiarum. Opus turcicum, auctore Molla *Mustafa* [*Efendi Ben Ibráhím Rumi*] Imám Sultáni, qui Safi in carminibus nominatus est, et jussu Saltani *Ahmed* appendicem ad *Táj el-tewáríkh* composuit et ad annum 1024 (inc. 21. Jan. 1615) pervenit. — 6807. **Zubdet el-tewáríkh**, cremor historiarum, quas Molla *Nur-ed-dín Lutfallah* [*Ben Abdullah Herewi*], vulgo *Háfitz Abru* dictus et anno 834 (inc. 19. Sept. 1430) mortuus, in favorem

باى سنقر ميرزا وجعله مشتملا على حوادث العالم ووقائع احوال بنى آدم فى ربع المسكون على التفصيل الى سنة تسع وعشرين وثمانمائة ٦٨٠٨ زبدة التواريخ باللغة التركية لمولى محمد افندى ابن على الشهير بدولك زاده الصامسونى الرومى المتوفى سنة ٩٧٧ وهو مختصر رتّبه على ثمانية عشر بابا ٦٨٠٩ زبدة التواريخ بالفارسية لابى القسم جمال الدين محمد بن على الكاشى المتوفى سنة ٨٣٦ ٦٨١٠ زبدة الحقائق فارسى وعربى لعين القضاة الهمدانى المتوفى سنة [٥٢٥] اوله الحمد لله على نعمه المتواصلة الخ وهو مختصر فى مائة فصل مشتمل على تحقيقات شريفة ومباحث [لطيفة] دقيقة كشف الغطاء عن الاصول الثلثة التى تعبّد الله باعتقادها كافة الخلق وعزيز بن محمد النسفى لخّصه من رسالة المبدأ والمعاد ٦٨١١ زبدة الحلب فى تاريخ حلب لابى حفص [الشيخ] عمر بن احمد بن هبة الله الشهير بابن العديم الحلبى المتوفى سنة ٦٦٠ انتخبه من تاريخه المسمّى ببغية الطلب فى تاريخ [مدينة] حلب ٦٨١٢ زبدة الحلية ٦٨١٣ زبدة الدراية فى شرح الهداية ٦٨١٤ زبدة الرسائل فى معرفة الاوائل

*Báye Soncor Mirza* persice conscripsit, et eventa hujus terrae et res filiorum Adami in quarta orbis habitati parte gestas per singulas partes usque ad annum 829 (inc. 13. Nov. 1425) persecutus est. — 6808. Zubdet el-tarikh, cremor historiae. Compendium turcicum a Molla *Mohammed Efendi Ben Ali Sámesuni Rumi*, vulgo *Dulekzádeh* dicto et anno 977 (inc. 16. Jun. 1569) mortuo, editum et in octodecim capita divisum. — 6809. Zubdet el-tewarikh, cremor historiarum. Edidit persice *Abu'lcásim Jemál-ed-din Mohammed Ben Ali Kashi*, anno 836 (inc. 28. Aug. 1432) mortuus. — 6810. Zubdet el-hacaik, cremor veritatum. Compendium persicum et arabicum ab *Ain-elcodhát Hemdáni*, anno [525 (inc. 4. Dec. 1130)] mortuo, editum, quod ita incipit: Laudo Deum pro beneficiis continuis etc., et in centum sectiones divisum est. Continet sublimes veritatis cognitiones et disquisitiones elegantes et acutas, et principia tria retecta habet, quorum confessione Deus omnes homines creatos cultui suo addixit. Librum ejusdem tituli, potiorem partem e tractatu *Mebdá we Meád* excerptum, *Aziz Ben Mohammed Nesefi* composuit.

6811. Zubdet el-haleb, cremor lactis recentis. Historia Halebi, quam [Sheikh] *Abu Hafs Omar Ben Ahmed Ben Hibetallah Halebi*, vulgo *Ibn-eladim* dictus et anno 660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuus, ex historia sua *Bughyet el-taleb fi tarikh [medinet] Haleb* inscripta potiorem partem excerpsit. — 6812. Zubdet el-hilyet, cremor externae formae. — 6813. Zubdet el-dirayet, cremor scientiae. Commentarius in opus *Hidayet*. — 6814. Zubdet el-resail, cremor tractatuum de

تركي مختصر [ الفه ابو زكرياء ] يحيى بن يعقوب الشامي الفه في رجب سنة ١٠٢٥ ٦٨١٥ زبدة الطب للخوارزمشاهي وهو بجداول مشتمل على حقائق الابدان الظاهرة ودقائقها الباطنة ٦٨١٦ زبدة العقائد ٦٨١٧ زبدة العوالي وحلية الامالي للشيخ مجد الدين شرف ابن مؤيد البغدادي ذكر في تحفة البررة ٦٨١٨ زبدة الفتاوي لقرا پيري الفه في مدينة انقره ٦٨١٩ زبدة الفقه [ للشيخ ابراهيم بن محمد الزفتاوي المصري المتوفى سنة ٩٥٧ ] ٦٨٢٠ زبدة الفكرة في تاريخ الهجرة للامير بيبرس ركن الدين المنصوري الدوادار المصري المتوفى سنة ٧٢٥ وهو تاريخ كبير مرتب على السنوات احد عشر مجلدا ٦٨٢١ زبدة في الحساب باللغة التركية مختصر على ثلث مقالات لعلاء الدين ٦٨٢٢ زبدة في شرح العمدة في اصول الدين يأتي ٦٨٢٣ زبدة في شرح قصيدة البردة [ للشيخ خالد الازهري المتوفى سنة ٩٠٥ ] ٦٨٢٤ زبدة في النحو للشيخ شمس الدين بن [ عمر بن ] الجندي ٦٨٢٥ زبدة في الهيئة

cognitione principiorum. Compendium turcicum, quod [bene meritus *Abu Zakariyá*] *Yahya Ben Yacúb Shámi* mense Rejeb anni 1025 (inc. 10. Jan. 1616) composuit. — 6815. Zubdet el-tibb, cremor medicinae, auctore *Khowarezmsháhi*. Liber tabulis instructus est, et veram corporum naturam apertam et subtilia arcana interiora investigat. — 6816. Zubdet el-acaïd, cremor articulorum fidei. — 6817. Zubdet el-awali we Hilyet el-amali, cremor cognitionum subtilium et ornatus dictatorum, auctore Sheikh *Majd-ed-dín Sheref Ben Mowayyed Baghdádi*. Commemoratur in *Tohfet el-bereret*. — 6818. Zubdet el-fetawi, cremor responsorum juridicorum. Composuit *Carah Piri* in urbe Ancyra. — 6819. Zubdet el-fic'h, cremor jurisprudentiae, [auctore Sheikh *Ibráhím Ben Mohammed Zeftáwi Misri*, anno 957 (inc. 20. Jan. 1550) mortuo]. — 6820. Zubdet el-fikret, cremor cogitationis de historia rerum a fuga prophetae inde gestarum, auctore Emiro *Bibars Rokn-ed-dín Mansúri Misri* Secretario, anno 725 (inc. 18. Dec. 1324) mortuo. Historia magna undecim voluminum ad annos disposita. — 6821. Zubdet fi el-hisáb, cremor de arithmetica. Compendium turcicum in tres dissertationes dispositum, auctore *Alá-ed-dín*. — 6822. Zubdet fi sharh El-Omdet, cremor. Commentarius in opus *Omdet* de principiis religionis. Vide infra. — 6823. Zubdet fi sharh casidet El-Burdet, cremor. Commentarius in *Casidam Burdet*. [auctore Sheikh *Khálid Azheri*, anno 905 (inc. 8. Aug. 1499) mortuo]. — 6824. Zubdet fi el-nahw, cremor. Opus grammaticum, auctore Sheikh *Shems-ed-dín Ben* [*Omar Ben*]-*efendi*. — 6825. Zubdet fi el-heiyet, cremor de astronomia

|يأتى لقصاده فى حرف الهآء| ٦٨٢٦ زبدة فى ... لاثير الدين مفضل بن عمر الابهرى المتوفى |بعد| سنة |٦٦٠| ٦٨٢٧ زبدة القوى الحيوانيّة للشيخ الرئيس ابى على الحسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ٦٨٢٨ زبدة كشف الممالك فى بيان الطرق والمسالك فى فضائل مصر واعمالها وتعظيم سلاطينها |وامرآئها| للفاضل خليل بن شاهين الظاهرى المتوفى سنة وهى اثنى عشر بابًا اختصره من كتابه المسمّى بكشف الممالك اوله الحمد لله بارئ النسمة التى اودع فيه من تفسير الجواهر ما يعجز عن وصفه النظم والنثر وفى خلاله ذكر تواريخ ونوادر فلخّصت المقصود منه وهو محاسن احوال المملكة وخواصّها معرضًا عن ذكر التواريخ والنوادر المحيطة بكتب التواريخ والادبيّات الّا نادرًا ثمّ لخّصها بعض العلمآء وسمّاه الصفوة كما سيأتى ٦٨٢٩ زبدة الكلام فى علم الكلام لصفى الدين محمد بن عبد الرحيم الهندى الارموى المتوفى سنة ٧١٥ ٦٨٣٠ زبدة الكلام فيما يحتاج اليه الخاصّ والعامّ ٦٨٣١ زبدة

|Vide descriptionem accuratiorem in litera *Hâ*|. — 6826. Zubdet fi ..., cremor de ..., auctore *Athir-ed-din Mofadhdhil Ben Omar Abahri*, |post| annum |660 (inc. 26. Nov. 1261) mortuo|. — 6827. Zubdet el-cowa el-heiwaniyet, cremor virium animalium, auctore Sheikh Reyis *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sina*, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 6828. Zubdet Kashf el-memalik, cremor operis *Kashf el-memâlik* i. e. descriptionis accuratioris provinciarum de designatione viarum et tractuum. Epitome duodecim capitum de praestantiis, ditionibus, Sultano |Emirisque| Aegypti magni faciendis, quam bene meritus *Khalil Ben Shahin Tzâhiri*, anno ... mortuus, e libro suo *Kashf el-memâlik* inscripto excerpsit et ita orsus est: Laus Deo hominum creatori etc. Dedit hic explicationes fossilium, quas et poetae et prosae orationis scriptori afferre difficillimum esset, et mediae orationi historias et raras narrationes inseruit. Elegi, inquit, materiam quam proponere intendi, statum scilicet praestantem et virtutes Aegypti proprias, historias et narrationes singulares evitans et raro tantum libros historicos et philologicos complectens. Postea vir quidam doctus hanc epitomen meliorem partem excerpsit, et, ut infra videbis, epitomen suam *Safwet* nominavit. — 6829. Zubdet el-kelam, cremor orationis de metaphysica, auctore *Safi-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rehim Hindi Ormewi*, anno 715 (inc. 7. Apr. 1315) mortuo. — 6830. Zubdet el-kelam, cremor orationis de iis, quibus viro nobili et plebejo opus est. — 6831. Zubdet

الليف للسيوطي ذكره في فهرسته من النوادر ٦٨٣٢ زبدة اللغة فرسي لعلاء الدين علي بن مداد [ الكاشي المتوفى سنة ٦٢٤ ] جعله على قسمين الاول في الاسماء والثاني في الافعال ٦٨٣٣ زبدة المسائل تركي في الفروع جمعه لطفي پاشا الوزير ٦٨٣٤ زبدة المصنفات في الاسماء والصفات لمحمد بن طلحة الجفار المتوفى سنة ٦٥٢ ٦٨٣٥ زبدة المعالم في [ علم ] الكلام للفاضل الشيخ محمد بن عبد الرحيم الهندي المتوفى سنة ٧١٥ ٦٨٣٦ زبدة المعاني ٦٨٣٧ زبدة المقال وهو مختصر على اربعة ابواب ٦٨٣٨ زبدة النصائح تركي لجعفر [ بن محمد ] العيني على اربعة ابواب الفه بمدينة صنعاء لواليها حسن پاشا سنة خمس والف ٦٨٣٩ زبدة النصرة ونخبة العصرة في التاريخ لعماد الدين محمد بن محمد الكاتب الاصفهاني المتوفى سنة ٥٩٧ وهو مختصر نصرة العسرة ٦٨٤٠ زبدة الواعظين مختصر على ثمانية واربعين بابا لكل اسبوع ستة ابواب اوله الحمد لله بجميع المحامد على جميع النعم التي

el-leic, cremor tomenti nigri atramentario inditi, auctore *Soyúti*, qui in indice librorum inter scripta faceta ejus mentionem facit. — 6832. Zubdet el-loghat, cremor linguae, auctore *Alá-ed-dín Ali Ben Midád* [*Káshi*, anno 624 (inc. 22. Dec. 1226) mortuo]. Opus persicum in duas partes divisum, quarum altera de nominibus, altera de verbis agit. — 6833. Zubdet el-mesáil, cremor quaestionum, quas Wezír *Lutfi Pasha* de articulis juris secundariis collegit. Turcice. — 6834. Zubdet el-mosannefat, cremor scriptorum de nominibus et adjectivis, auctore *Mohammed Ben Talha El-Jeffár*, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuo. — 6835. Zubdet el-meálim, cremor vestigiorum de metaphysica, auctore bene merito Sheikh *Mohammed Ben Abd-el-rehím Hindi*, anno 715 (inc. 7. Apr. 1315) mortuo. — 6836. Zubdet el-meáni, cremor sententiarum. — 6837. Zubdet el-mecál, cremor dictionis. Compendium in quatuor capita divisum. — 6838. Zubdet el-nesáih, cremor consiliorum. Opus turcicum, quod *Ja'far* [*Ben Mohammed*] *Ayáni* in urbe Sana *Hasano Pasha* urbis praefecto anno 1005 (inc. 15. Aug. 1596) composuit. — 6839. Zubdet El-Nosret we Nokhbet el-osret, cremor operis *Nosret* i. e. auxilii et delectus refugii, auctore *Imád-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Isfaháni* Scriba, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. Epitome historica ex opere *Nosret el-osret* excerpta. — 6840. Zubdet el-waitzín, cremor concionatorum. Compendium in quadraginta octo capita dispositum, ut cuivis hebdomadi sex capita tributa sint. Incipit ita: Laudatus sit Deus omnibus hymnis pro ejus beneficiis omnibus etc.

٦٨٤١ زبدة الوصول الى علم الاصول للفاضل يوسف بن حسين الكرماستي المتوفى سنة ٩٠٦ وهو متن مختصر اوله الحمد لله الذي هدانا الى ما به نظام المعاش الخ رتّبه على عشرة فصول ذكر في خطبته السلطان بايزيد خان ابن السلطان محمد خان ثمّ اختصره وسمّاه الوجيز وله عليه شرح مفصّل ٦٨٤٢ الزبرجد مختصر جزء لطيف [للشيخ عبد الرحمن بن ابي بكر] السيوطي [المتوفى سنة ٩١١] ذكره في فهرسة التأريخ ٦٨٤٣ الزبور من الكتب السماوية انزله الله سبحانه وتعالى على داود عليه السلام ٦٨٤٤ الزجر بالهجر رسالة للحافظ الجلال السيوطي ايضا ٦٨٤٥ زجر النابح يتعلّق بلزوم ما لا يلزم لابي العلاء احمد بن عبد الله المعرّي المتوفى سنة ٤٤٩ [وهو مؤلّف في النحو] اربعين كراسة ٦٨٤٦ زجر النفس لهرمس الهرامسة مختصر على فصول اوله الحمد لمفيض العقل الخ ٦٨٤٧ الزرقالة آلة [بديعة الشكل] استنبطها الشيخ اسحق بن يحيى النقاش الاندلسي الشهير [بابن] الزرقالة المغربي القرطبي

6841. Zubdet el-wosul, cremor viae, qua ad scientiam principiorum perveniendum sit, auctore bene merito *Yusuf Ben Hosein Kermáseti*, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Textus ad compendii formam, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos ad id ducit, in quo vitae cultus est etc., et in decem sectiones divisus est. In praefatione Sultanum *Bayezid Khán* Sultani *Mohammed Khán* filium laudat, et serius epitomen *Wejíz* dictam et commentarium in eam diligentissime scriptum edidit. — 6842. Zeberjed, chrysolithus. Compendium fasciculo eleganti comprehensum, [auctore Sheikh *Abd-el-rahman Ben Abi Bekr*] *Soyúti*, [anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo], qui in scriptis indicis sui historicis ejus mentionem facit. — 6843. El-Zobur, psalmi. Liber coelitus demissus, quem Deus Excelsus Davidi revelavit. — 6844. El-Zajr bi'lhejr, divinatio per delirium. Tractatus, auctore eodem Hafitz *Jelál-ed-dín Soyúti*. — 6845. Zajr el-naih, clamor plangentis. Libellus de oratore agens, qui rem non necessario observandam sibi imponit tanquam legem, auctore *Abu'lala Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo [Liber de syntaxi] in quadraginta decem foliorum fasciculos distributus. — 6846. Zajr el-nafs, divinatio animae, auctore Hermete Hermetum. Compendium in sectiones distributum, quod ita incipit: Laus mentis datori etc. — 6847. El-Zercálet, quadrans *Zercálet*. Instrumentum [elegantis formae], quod a Sheikh *Is'hac Ben Yahya El-Naccash Andalusi Maghrebi Cortubi*, vulgo [*Ibn*]-*elzercálet* dicto, originem

[وهي تتعلق] بعلم الحركات الفلكية وهي آلة بديعة المثال جدا وفي بيانها [ألّف الفضلاء]
رسائل [عديدة] ٦٨٤٨ زرين اسم مجموع لشمس الائمة الحلواني المتوفى سنة ٦٨٤٩ الزمرد
الاخضر والياقوت الازهر ذكرهما البوني في الاسماء ٦٨٥٠ زكن اياس للمدائني ألّفه في حق
اياس بن معوية ٦٨٥١ زلّة القارئ لشهاب احمد بن منصور الزاهد الحكيم المعروف بالحدادي
ومحمد بن محمد الرملي اوله الحمد لله الذي انزل كلامه [عربيا] الخ ٦٨٥٢ زلال الصفاء في
احوال المصطفى صلعم فارسي لابي الفتح محمد بن احمد بن ابي بكر الكرماني الرازي ألّفه
للسلطان ابي نصر تاج بن فيلشاه صاحب كيلان ٦٨٥٣ زلل الفقر لابي عبد الرحمن محمد بن
حسين السلمي المتوفى سنة ٦٨٥٤ زنبيل المدوّر لابن خالويه ٦٨٥٥ زنبيل المدوّر لمحمد بن
قانصو المظفر المكي من تلامذة ابن كمال پاشا ألّفه في فوائد [متعددة] متنوعة ٦٨٥٦ الزنجبيل
القاطع في وطئ ذات البراقع وهي قصيدة [نحو] مائة وخمسين بيتا وهي ملحونة والسيوطي اورد

ducit. Usus instrumenti quod elegantissimae formae est, in scientia motuum coelestium cernitur, et ad id describendum viri bene meriti tractatus [multos] composuerunt. — 6848. Zerín, panis in frusta divisus. Nomen collectivum esse monstratur a *Shems-el-aïmmet Holwáni*, anno . . . mortuo. — 6849. El-Zomorrod El-Akhdhar we El-Yácut El-Azhar, smaragdus viridis et hyacinthus candidus. *El-Buni* utrumque commemorat in Nominibus [*El-Asmá*]. — 6850. Zakan Iyas, cognitio *Iyási*. Biographia *Iyási Ben Moáwiya*, quam *Medáini* composuit. — 6851. Zallet el-cári, error legentis, auctoribus *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Mansúr Záhid* Philosopho, vulgo *Haddádi* dicto, et *Mohammed Ben Mohammed Ramli*, cujus liber ita incipit: Laus Deo, qui sermonem [arabicum] revelavit etc. — 6852. Zolal el-safá, aqua limpida puritatis de rebus prophetam electum spectantibus. Scriptum persicum, quod *Abu'lfat'h Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Bekr Kármáni Rázi* Sultano *Abu Nasr Táj Ben Filsháh* provinciae *Kilán* dynastae composuit. — 6853. Zalel el-facr, defectus paupertatis, auctore *Abu Abd-el-rahman Mohammed Ben-elhosein Sollemi*, anno . . . mortuo. — 6854. El-Zinbíl El-Modewwer, marsupium rotundum, auctore *Ibn Khálaweih.* — 6855. El-Zinbíl El-Modewwer, marsupium rotundum. Scripsit *Mohammed Ben Cánsu Mothaffer Mekki Ibn Kemál-pashae* discipulus de diversis rebus utilibus. — 6856. El-Zenjebíl El-Catí', zingiberi acutum de subigenda femina velis induta. *Casída* [circiter] centum quinquaginta versuum bene modulata, e qua *Soyuti* plures versus libro *Mewákhir*

ممد الممد في تتمة جواهر الاسلاك ٦٨٥٧ زند الورى في الجواب عن السؤال الاسكندري
للعلامة الحافظ الجلال السيوطي رسالة اوردها في حاويه تتمة ٦٨٥٨ الزواجر عن اقتراف
الكبائر للشيخ عبد الرحمن بن عبد الكريم الشافعي ٦٨٥٩ الزواجر لابي احمد حسن بن
عبد الله العسكري المتوفى سنة |٣٨٢| وللشيخ الامام شمس الدين محمد بن عبد الله المقرى
٦٨٦٠ زوال الترح في شرح منظومة ابن فرح في الحديث يأتي ذكرها في حرف الميم
٦٨٦١ زواهر الجواهر على الاشباه والنظائر حاشية سبق ٦٨٦٢ زواهر الدرر وجواهر الفكر لابي
بكر محمد بن ثابت الخجندي الشافعي المتوفى سنة ٤٨٣ عده التاج السبكي ثم قال وعد
الكتاب ذكره عنه فخر الاسلام الشاشي ٦٨٦٣ الزوايا والخبايا في | علم | النحو لقاسم بن
حسين الخوارزمي النحوي المتوفى سنة ٦١٧ ٦٨٦٤ زوائد الرجال على تهذيب الكمال
لجلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ وله زوائد شعب الايمان

*el-ark* inseruit. 6857. El-Zend El-Weri, igniarium ignem emittens. Responsum ad quaestionem Alexandrinam, auctore viro doctissimo Hafitz *Jelál-ed-dín Soyúti*. Tractatum suo *Háwi* integrum inseruit. — 6858. El-Zewájir, monita prohibentia, ne peccata magna committantur, auctore Sheikh *Abd-el-rahman Ben Abd-el-kerim* Shafiita. — 6859. El-Zewajir, monita prohibentia, auctoribus *Abu Ahmed Hasan Ben Abdallah Askeri*, anno |382 (inc. 9. Mart. 992)| mortuo, et Sheikh et Imam *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abdallah* Corani Lectore. — 6860. Zewal el-tarah, amotio sollicitudinis. Commentarius in carmen *Ibn Farah*i de traditionibus, de quo in litera *Mím* dicetur. — 6861. Zewahir el-jewahir, gemmae splendentes. Glossae ad librum *El-Ashbah we El-Netzáir*, de quo supra dictum est. — 6862. Zewahir el-dorer we Jewahir el-natzar, margaritae splendentes et gemmae cogitationis, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Thabit Khojendi* Shafiita, anno 483 (inc. 6. Mart. 1090) mortuo. Laudatur a *Taj-ed-dín Sobki*, qui adjicit: Hunc librum *Fakhr el-islam Sháshi* teste auctore commemorat. 6863. El-Zewáya we El-Khabaya, sedes solitariae et latibula de syntaxi, auctore *Casim Ben Hosein Khowarezmi* Grammatico, anno 617 (inc. 8. Mart. 1220) mortuo. — 6864. Zewaid el-rijal, additamenta ad Traditionarios in libro *Tehdzíb El-Kemál* memoratos, auctore *Jelal-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Idem additamenta ad opus *Shoab el-iman* a

للبيهقى وزوائد نوادر الاصول للحكيم الترمذى ٦٨٦٥ زوائد سنن ابن ماجه على كتب المحفّظ الخمسة للشهاب [الشيخ] احمد بن ابى بكر البوصيرى وله زوائد اخرى وللهيثمى ٦٨٦٦ زوائد فى شرح سنن الترمذى يأتى قريبا ٦٨٦٧ زوائد فى فروع الشافعية لابى زكرياء يحيى بن ابى الخير العمرانى اليمنى الشافعى المتوفى سنة [٥٥٨] جمع فيه ما لا يكون فى المهذّب من المسائل من كتب عديدة ٦٨٦٨ زوائد المسانيد ٦٨٦٩ زوائد مسند [الامام] احمد بن حنبل لولده عبد الله الزاهد ٦٨٧٠ زوائد المعجمين الاصغر والاوسط للطبرانى للحافظ نور الدين [على بن ابى بكر] الهيثمى [المتوفى سنة ٨٠٧] ٦٨٧١ [زوائد النظائر وفوائد البصائر تأليف ابى عبد الله الحسين بن محمد بن ابراهيم الدامغانى فى وجوه القران] ٦٨٧٢ الزوائع والروائع [للشهاب الفاضل] احمد بن محمد الاشبيلى [الاندلسى] اقتفى فيه اثر ابن عربى فى الدواهى والنواهى ٦٨٧٣ زوراء العرب لابى بكر محمد بن الحسن المعروف

*Beihacki* editum, et ad *Newádir el-osul* a philosopho *Tirmidzi* compositum scripsit. — 6865. Zewaid Sonen Ibn Majeh, additamenta ad traditiones, quae *Ibn Májeh* ad libros quinque *Háfitz*orum in suo traditionum corpore habet, auctore Sheikh [*Shehâb-ed-din*] *Ahmed Ben Abi Bekr Busiri*. Idem alia additamenta edidit, quod *Heithemi* quoque fecit. — 6866. Zewaid, additamenta ad commentarium in opus *Sonen* a *Tirmidzi* editum, quod paulo post memorabitur. — 6867. Zewáid fi forú' El-Shafeiyet, additamenta de articulis juris Shafiitici specialibus. *Abu Zakariyá Yahya Ben Abi'lkheir Imráni Yemeni* Shafiita, anno [558 (inc. 10. Dec. 1162)] mortuus, quaestiones hic collegit, quae ne in libro *Mohedzdzeb* quidem e multis scriptis congesto leguntur. — 6868. Zewäïd el-mesánid, additamenta ad traditionum corpora *Mesáníd* dicta. — 6869. Zewáïd mosnad, additamenta ad opus *Mosnad* [Imami] *Ahmed Ben Hanbal* a filio *Abdallah El-Záhid* edita. — 6870. Zewaïd El-Mo'jemein, additamenta ad utrumque *Mo'jem*, minus et medium, a *Taberáni* compositum, auctore Háfitz *Nur-ed-din* [*Ali Ben Abi Bekr*] *Heithemi*, [anno 807 (inc. 10. Jul. 1404) mortuo]. — 6871. [Zewáïd el-netzaïr we Fewaïd el-besaïr, additamenta ad voces in Corano similes et utilitates intelligentiarum, auctore *Abu Abdallah Hosein Ben Mohammed Ben Ibráhim Dámeghâni*. Agit de verbis coranicis, quae plures sensus admittunt]. — 6872. El-Zewäio' we El-Rewaio', res inflectentes et terribiles, auctore [bene merito *Shehâb-ed-din*] *Ahmed Ben Mohammed Ishbili* [*Andalusi*], qui hic vestigia *Ibn Arabi*i in libro *El-Dewáhi we El-Newáhi* secutus est. — 6873. Zaurá El-Arab, migratio Arabum, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elhasan* Lexicologo, vulgo

ابن دريد اللغوي المتوفى سنة [٣٢١] والزوراء في اللغة تجيء بمعنى الرحلة والمشي وسمّي به لهذه المشابهة ٦٨٧٤ زوراء الفاضل جلال الدين محمد بن اسعد الصديقي الدواني المتوفى سنة [٩٠٨] اوله فوّضت امري الى الملك الذي من بيده الفضل مؤتيه الخ ثمّ شرحه بقوله اوله بعد الحمد لوليّه والصلوة على نبيّه الخ قال لمّا فرغت من تسويد الرسالة المسماة عقد الزوراء الموسومة بالزوراء المشتملة على نبذ من التحقيقات ونبذ من التدقيقات اردت ان اكتب عليها حواشي ثمّ شرحها كمال الدين محمد بن فخر بن على اللاري شرحاً ممزوجاً وسمّاه تحقيق الزوراء اوله الحمد لمن هو محمود بلسان كلّ حامد الخ وفرغ منه في جمادى الآخرة سنة ٩٢٨ ثمّ شرحه ٦٨٧٥ زهد السودان لابي محمد جعفر بن احمد ابن السراج القاري المتوفى سنة ٥٠٠ ٦٨٧٦ زهر الآداب وثمر الالباب في ثلثة اجزاء جمع فيه كل غريب لابي اسحق ابراهيم بن على الحصري الشاعر المتوفى سنة ٤٥٣ ٦٨٧٧ زهر الافكار

*Ibn Doreid* dicto et anno [321 (inc. 4. Jan. 933)] mortuo. Vox *Zaura* dialectica vim migrationis et incedentis habet, et propter hanc similitudinem librum ita nominavit. — 6874. Zaura, liber a Tigride *Zaurá* dictus et a bene merito *Jelál-ed-dín Mohammed Ben As'ad Sadicki Dewáni*, anno [908 (inc. 7. Jul. 1502)] mortuo, editus, qui ita incipit: Committo res meas Tibi, in cujus manu beneficia sunt, quae confert etc. Postea commentarium in eum composuit, qui ea tantum textus verba admixta habet, quae explicantur, et ita incipit: Praemissis praemittendis. Laus ejus amico et precatio super ejus propheta etc. Cum, inquit, tractatus recognitionem absolvissem catenae instar meliora complectentis et *Zaurá* dicti, qui cremorem veritatum et partem argutiarum continet, in eum glossas scribere volui. Tum *Kemal-ed-dín Mohammed Ben Fakhr Ben Ali Lari* commentarium *Tahckic El-Zaurá* dictum edidit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus ei, qui lingua omnium laudantium laudatur etc. Absolutus est mense Jomadzi II. anni 928 (inc. 1. Dec. 1521). Deinde commentarium composuit. — 6875. Zohd El-Sudan, abstinentia Aethiopum, auctore *Abu Mohammed Ja'far Ben Ahmed Ibn-elserraj* Corani Lectore, anno 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuo. — 6876. Zahr el-adab we Thamar el-albab, flores morum et fructus cordium. Tres fasciculi, in quibus *Abu Is'hac Ibráhím Ben Ali Hosri* Poeta, anno 453 (inc. 26. Jan. 1061) mortuus, res raras omnis generis collegit. — 6877. Zahr el-afkar, flores cogitationum. — 6878. El-

٦٨٧٨ الزهر الانعش في نوادر الاعمش يعني سليمان بن مهران رسالة لابن طولون الشامي المتوفى سنة ٩٥٣ | اوله الحمد لله العالم بما ظهر وبطن الخ ٦٨٧٩ زهر الانيق لابن الجوزي عبد الرحمن بن علي البغدادي المتوفى سنة ٥٩٧ | ٦٨٨٠ الزهر الباسم في اوصاف القاسم لابي الفتوح نصر الله بن عبد الله المعروف بابن قلاقس الشاعر المتوفى سنة ٥٦٧ الّفه للقاسم القواد بصقلّية حين تنسب اليه ٦٨٨١ الزهر الباسم في سيرة ابي القاسم عليه الصلوة والسلام لعلاء الدين مغلطاي بن قليج المتوفى سنة ٧٦٢ ثمّ لخّصه عريّة من الشواهد والحق يسير في كتاب سمّاه الاشارة الى سيرة المصطفى صلعم وتاريخ الخلفاء من بعده واختصره ابو البركات محمد بن عبد الرحيم المتوفى سنة ٩٧٦ واقتصر فيه على اعتراضاته على السهيلي ٦٨٨٢ الزهر الباسم فيما يروح فيه الحاكم لجلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١ ٦٨٨٣ زهر البساتين في الصنائع الجزئيّة ٦٨٨٤ زهر البساتين في علم المشّائين

Zahr El-An'ash, flores multum erecti de rebus singularibus lippientis i. e. *Soleimáni Ben Mihrán.* Tractatus ab *Ibn Tulún Shámi*, qui anno [953 (inc. 4. Mart. 1546)] obiit, editus et ita incipiens: Laus Deo, qui exteriora et interiora bene novit etc. — 6879. El-Zahr El-Anic, flos elegans, auctore *Abd-el-rahman Ben Ali Baghdádi*, vulgo *Ibn eljauzi* dicto et anno [597 (inc. 12. Oct. 1200)] mortuo. — 6880. El-Zahr El-Basim, flos subridens de qualitatibus *Cásimi*. Scripsit *Abu'l-fotuh Nasrallah Ben Abdallah* Poeta, vulgo *Ibn Caláckis* dictus et anno 567 (inc. 4. Sept. 1171) mortuus, in commodum *Cásimi* Siciliae praefecti, cum sese in ejus comitatum daret. — 6881. El-Zahr El-Básim, flos subridens. Biographia *Abu'lcásimi*, cui Deus faveat, auctore *Alá-ed-dín Maghletái Ben Chilij*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. Postea eam meliorem partem ita excerpsit, ut locos probantes omitteret et pauca adderet: epitomen *Isháret* i. e. librum viam monstrantem ad vitam prophetae electi et historiam Khalifarum ei succedentium, nominavit. Pariter *Abu'lberakát Mohammed Ben Abd-el-rehim*, anno 976 (inc. 26. Jun. 1568) mortuus, epitomen edidit, ubi in iis, quae contra *Soheili* dixerat, acquievit. — 6882. El-Zahr El-Básim, flos subridens de iis rebus, de quibus judex vespertino tempore agit, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 6883. Zahr el-besatin, flos hortorum de artibus particularibus. — 6884. Zahr el-besatin, flos hortorum de doctrina peripateticorum. Compendium

مختصر في علم التخييل والشعبذة لمحمد بن ابي بكر الزغوني المصري اوله الحمد لله الذي اتقن واحكم الخ قال رأيت كتبًا كثيرة في هذه الصنعة الظريفة لا يصل اليه كل احد اذ هي محبوبة الى نفوس الرؤسآء ومشروحة لصدور الجلسآء صنّفها الحكمآء لفرجة الملوك القدمآء وقد تكلّم عليه كلّ استاد بما علمه وكنت اتكلّم عليه طول الزمان فوضعته على عشرة ابواب واهديته الى العلّامة شهاب الدين احمد بن النبيل فالباب الاول في الصور والتماثيل والثاني في الاقداح والعقاقير والثالث في الاكر والرابع في اشيآء المشعبذين والخامس في البيض والصناديق والسادس في القناديل والسرج والسابع في اللزقات والتعاليق والثامن في كيف بني ساسان ٦٨٨٥ زهر البساتين ونفحات الرياحين في غرآئب اخبار العلمآء ومناقب اهل العقل المهتدين الذين روى عنهم القسم بن محمد القرطبي المتوفى سنة ٦٤٣ مرتّبة اسمآؤهم على حروف المعجم ٦٨٨٦ الزهر البسّام فيما حوته عمدة الاحكام من الأنام لابن عبد الدآئم محمد البرماوي الشافعي وهو ارجوزة ابتدآء منها بالنبي صلعم ثمّ الخلفآء الاربعة والبقي

de artificiis et praestigiis, auctore *Mohammed Ben Abi Bekr Zoghuni Misri.* Orsus est ita: Laus Deo, qui res apte et bene instituit etc., et: Multos, inquit, libros vidi de hac arte ingeniosa, nec tamen quisque eam assequitur, cum se in animos virorum praecipuorum insinuet et affectionibus sodalium se accommodet. Viri sapientes ad principes veteres delectandos de iis scripserunt, et magister quisque, ut captus ejus fuit, disputavit. Ego quoque per longum tempus de his artificiis verba faciebam, eaque in decem capita disposui, et librum viro doctissimo *Shehâb-ed-dîn Ahmed Ben-elnebîl* obtuli. *Caput primum* de speciebus et imaginibus agit, *secundum* de sagittis aleatoriis et vafris malitiis, *tertium* de sphaerulis fascinatoriis, *quartum* de rebus praestigiatorum, *quintum* de ovis et cistis, *sextum* de lampadibus et lucernis accensis, *septimum* de medicamentis et amuletis adhaerentibus, *octavum* de artificiis Sasanicis, quibus divitiae parantur. — 6885. Zahr el-besátîn we Nafahât el-reyâhîn, flores hortorum et odores ocimorum. Historiae rarae virorum doctorum et virtutes gloriosae relatorum bene directorum, quorum auctoritate *Cásim Ben Mohammed Cortubi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus, tradidit. Nomina eorum alphabetice disposita sunt. 6886. El-Zahr El-Bessâm, flores subridentes de iis hominibus, quos liber *Omdet el-ahkâm* comprehendit. Carmen metro *Rejez* ab *Ibn Abd-el-dáim Mohammed Bermawi* Shafiita compositum et mense Shewwal anni 796 (inc. 6. Nov. 1393) absolutum. Proficiscitur a propheta, cui Deus propitius sit.

على حروف المعجم رمز الوفيات بالحروف والعمر بالكلمات اوله الحمد لله على ما انعم الخ ثم شرحه وسمّاه شرح النهر بشرح الزهر اوله الحمد لله الذي رفع حديث المصطفى صلعم فرغ منه في شوال سنة ... ٦٨٨٧ زهر الجنان في المناظرة بين القنديل والشمعدان رسالة بليغة من انشآء البارع تاج الدين عبد الباقي بن عبد المجيد السماوي المتوفى سنة ذكره النويري بتمامه ٦٨٨٨ زهر الخمائل على الشمائل يأتي ٦٨٨٩ زهر الخمائل فيمن قال الشعر من الترك الاوائل مختصر مرتّب على الحروف اوله الحمد لله الذي فضّل الانسان بمزيّة العقل واللسان الخ ذكر انّه اشار الى جمعه الامير الكبير العلائي الطنبغا الجوباني امير مجلس الظاهري ٦٨٩٠ زهر الربى في فضائل قبا لابن علي المكي ٦٨٩١ زهر الربى على المجتبى يأتي ٦٨٩٢ زهر الربيع في الاخبار لابي الفرج قدامة ابن جعفر الكاتب ٦٨٩٣ زهر الربيع في التشبيه والبديع لابي العباس احمد بن محمد ابن العطار الدنيسري المتوفى سنة ٧٩٤ ٦٨٩٤ زهر الربيع في شواهد

et tum ad Khalifas et ceteras res ordine alphabetico progreditur: annos mortis literis significat, vitae vocibus, et orsus est ita: Laus Deo pro beneficiis, quae confert etc. Postea commentarium ejus composuit, quem *Sharh el-nahr bi sharh el-zahr* nominavit et ita orsus est: Laus Deo, qui traditiones prophetae electi, cui Deus propitius sit, honore ornavit etc. — 6887. Zahr el-jinan, flos hortorum de disputatione inter lucernam et candelabrum. Tractatus eloquentia distinctus et artis eleganter scribendi exemplum ab illustri *Táj-ed-dín Abd-el-backi Ben Abd-el-mejíd Semáwi*, anno ... mortuo, editum, quod *Noweiri* totum commemorat. — 6888. Zahr el-hamaïl, flos amuletorum ad opus *Shemáïl*, de quo infra dicetur. — 6889. Zahr el-hamaïl, flos amuletorum de Turcis stirpis antiquissimae, qui carmina condiderunt. Compendium secundum literas compositum, quod ita incipit: Laus Deo, qui hominem praestantia mentis et linguae distinxit etc. Auctor narrat, se ad nutum magni Emiri *Aláyi Tunboghá Jubáni* Academiae Tzahiricae praesidis librum collegisse. — 6890. Zahr el-roba, flores collium de virtutibus plantae *Cabá*, auctore *Ibn Ali Mekki*. — 6891. Zahr el-roba, flores collium. Commentarius in opus *Mujtebá*, de quo infra dicetur. — 6892. Zahr el-rebi', flores veris. Historiae, auctore *Abu'lfaraj Codáma Ibn Ja'far* Scriba. — 6893. Zahr el-rebi', flores veris de assimilationibus et arte ornate dicendi, auctore *Abu'labbas Ahmed Ben Mohammed Doneiseri*, vulgo *Ibn-elattar* dicto et anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. — 6894. Zahr el-rebi', flores veris. Loci probantes artis ornate dicendi, auctore

البديع للشيخ ناصر الدين محمد بن |عبد الله بن| قرقماس المتوفى سنة ٨٨٢ اوله الحمد لله الذى زين سماء المعانى بمصابيح البديع الخ رتبه على ثلثة واربعين بابا فرغ منه فى رمضان سنة ٨٦٢ ثم شرحه وسماه الغيث المريع قرظه ابن حجر والعينى وحسنه تقسيمه حسنا وصل فيه الى نحو مائتى نوع ذكر فى كل نوع منه شيئا من نظمه وهو حسن فى بابه لكن قيل انه يشتمل على لحن كثير فى النظم والنثر وعلى خطاء فى الكلمات من حيث تصريف التراكيب ذكره السخاوى فى ضوئه ٦٨٩٥ زهر الربيع فى علم البديع |فى سبعمائة بيت| لشرف الدين حسين بن سليمان الحلبى الطائى المتوفى سنة ٧٧٠ ٦٨٩٦ زهر الروض فى مسئلة الحوض لعبد البر بن محمد بن الشحنة |الحنفى المتوفى سنة ٩٢١| اوله الحمد لله مطهر قلوب الفقهاء الخ رتبه على مقدمة وفصلين وخاتمة وهو مشتمل على مسائل التوقى من الحوض ٦٨٩٧ زهر الرياض فى رد ما شنعه القاضى عياض على الشافعى حيث اوجب الصلوة على البشير النذير فى |الصلوة فى| التشهد الاخير لقطب الدين محمد بن محمد الخيضرى الشافعى

Sheikh *Násir-ed-dín Mohammed Ben* |*Abdallah Ben*| *Carcamás*, anno 882 (inc. 15. Apr. 1477) mortuo. Librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui coelum sententiarum lucernis ornatae dictionis decoravit etc., in quadraginta tria capita disposuit et mense Ramadhán anni 862 (inc. 19. Nov. 1457) absolvit. Tum commentarium in eum composuit, quem *El-Gheith El-Morí'* nominavit. *Ibn Hajr* et *Aini* opus laudibus efferunt, et auctor praeclare disposuit, species orationis ad circiter ducentas auxit, inque iis singulis suae poeseos specimen affert. Certe liber est sui generis venustus, attamen multa peccata in ligata et soluta oratione et vitia in verbis, quod compositionum formationem attinet, comprehendere dicitur. Commemoratur a *Sekhâwi* in opere *Dhu*. 6895. Zahr el-rebí', flores veris de arte ornate dicendi. |Septingenti versus|, auctore *Sheref-ed-dín Hosein Ben Soleimán Halebi Táyi*, anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) mortuo. — 6896. Zahr el-randh, flores horti de quaestione cisternae in Paradiso, auctore *Abd-el-berr Ben Mohammed Ben Shehne* |Hanefita, anno 921 (inc. 15. Febr. 1515) mortuo|. Librum, qui ita incipit: Laus Deo, qui corda jurisconsultorum pura reddit etc. et quaestiones lotionis sacrae ex cisterna continet, in praefationem, duas sectiones et conclusionem distribuit. 6897. Zahr el-riyadh, flores hortorum de refutandis iis, quibus Cadhi *Iyádh Sháfiita*um infamaverat, quatenus precationem supra laetum nuntium praemonentem |in precatione| in ultima ante mortem confessione facienda necessario postulaverat, auctore Cadhi *Cotb-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Heidheri* Shafiita, |anno 894 (inc. 5. Dec.

المتوفى سنة ٨٩٣] ٦٨٩٨ زهر الرياض في سبع مجلدات لابي محمد سعيد بن مبارك المعروف بابن الدهان النحوي المتوفى سنة ٥٦٩ ٦٨٩٩ زهر الرياض لابن درلمس وهو من المجاميع المحوية لمحاسن الشعر المحدثين على اختلاف فنونها ٦٩٠٠ زهر الرياض لابي العباس احمد بن محمد القسطلاني المتوفى سنة ٩٢٣ ٦٩٠١ [الزهر والرياض لابي العباس عبد الله بن المعتز العباسي المتوفى سنة ٢٩٢] ٦٩٠٢ زهر الظرف لمحب الدين محمد بن محمود ابن النجار المتوفى سنة ٦٤٣ ٦٩٠٣ زهر العريش في احكام الحشيش للشيخ بدر الدين ابي عبد الله محمد بن عبد الله الزركشي اوله الحمد لله على نعمته الخ ٦٩٠٤ زهر في محاسن شعر اهل العصر لابن النجار محب الدين محمد بن محمود البغدادي المذكور آنفا ٦٩٠٥ زهر الكمام في احكام الحكام للشيخ محمد بن عبد الله الغزي المتوفى سنة رتبه على ثمانية فصول ومقدمة الفصل الاول في النصح للقضاء وغيره الثاني في طريق القاضي الى

1488) mortuo]. — 6898. Zahr el-riyadh, flores hortorum. Septem volumina, auctore *Abu Mohammed Said Ben Mobárek* Grammatico, vulgo *Ibn-eldehhan* dicto et anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) mortuo. — 6899. Zahr el-riyadh, flores hortorum, auctore *Ibn Derlemes*. Sylloge, quae pulchra carmina poetarum recentiorum secundum generum varietatem comprehendit. — 6900. Zahr el-riyadh, flores hortorum, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Castelani*, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuo. — 6901. [El-Zahr we El-Riyadh, flores et horti, auctore *Abu'labbás Abdallah Ben-elmo'tezz* Abbasida, anno 292 (inc. 13. Nov. 904) mortuo]. — 6902. Zahr el-tzaraf, flores ingenii elegantis, auctore *Mohibb-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd Ibn-elnejjár* dicto et anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. — 6903. Zahr el-arish, flores umbraculi de statutis herbae *Hashish*, auctore Sheikh *Bedr-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Zerkeshi*. Incipit ita: Laus Deo pro ejus beneficiis etc. — 6904. El-Zahr fi mehasin shi'r ahl el-asr, flores de elegantiis carminum aequalium, auctore *Mohibb-ed-dín Mohammed Ben Mahmud Baghdádi*, vulgo *Ibn-elnejjár* dicto et modo laudato. — 6905. Zahr el-kimám, splendor florum e calycibus progerminantium de statutis practicis judicum definiendis, auctore Sheikh *Mohammed Ben Abdallah Ghazzi*, anno . . . mortuo. Liber in praefationem et octo sectiones dispositus est, quarum *prima* de iis agit, quae muneri judicis conveniunt aliisque rebus — *secunda* de via, quae judicem ad

بالحكم الثالث في شروط احكام المحكوم له الرابع في المحكوم عليه الخامس فيما يتعلق
بتنفيذ القاضي وما لا السادس في حكم السابع في عزله وتوليته الثامن فيما يتعلق بذلك
٦٩٠٦ زهر الكمام في قصة يوسف عليه السلام لابي علي عمر بن ابراهيم الانصاري ٦٩٠٧ زهر
الكمام وسجع الحمام للشيخ الاديب ابي حفص احمد بن يحيى بن ابي حجلة التلمساني
[المتوفى سنة ٧٧٦] اوله الحمد لله الذي يرزق من توكل عليه الخ ذكر فيه محاسن جامع
دمشق ٦٩٠٨ زهر الكمامة وقطر الغمامة لعبد الملك بن عبد الله ٦٩٠٩ الزهر المطول في
تمييز الحديث المعدل مجلد لابن حجر احمد بن علي العسقلاني المتوفى سنة ٨٥٢ اوله الحمد
لله رب العالمين الخ قال وصنفت قصة يوسف عليه السلام وهي لذوي الالباب الافهام عبرة
رتبته على سبعة وعشرين مجلسا وذكر بكل مجلس خطبة واشعار وحكايات واخبار ٦٩١٠ زهر المطلول
في معرفة المعلول اي المعلول في الحديث لابن حجر العسقلاني ٦٩١١ زهر الملك في نحو الترك

التركيب الممزوج وهو يحيط بجميع التعاديل المنقسمة الى عشرين نوعاً ذا نوع منه يحصر جنسه ثم تحته فاشتملت الانواع على ثلثمائة وعشرين فصلاً ثم سقنا برنجه المترجم بزيج الكور على الدور وهو يشتمل على ستين فصلاً ثم اقتبسنا منها زيجاً مختصراً اختصرناه غاية الاختصار ليكون مدخلاً اليه محتوياً على ثلثين باباً ٦٩٧١ زيج المفنن ٦٩٧٢ زيج ملكشاهي لعمر الخيام ذكره عبد الواحد في شرح سي فصل ٦٩٧٣ زيج الكبير الحاكمي رصد الشيخ الامام ابي الحسن على بن احمد بن يونس هو مجلدان ضخمان ٦٩٧٤ زيج كوشيار بن لبان الحنبلي ارصده في سنة ٤٥٩ اورد فيه ثمانية فصول وترجمه بالفارسية محمد بن عمر ابن ابي طالب التبريزي ٦٩٧٥ زيج الهمداني وهو حسن بن احمد اليمني المتوفى سنة ٣٣٤ ٦٩٧٦ زين الآفاق في علم الاوفاق ٦٩٧٧ زين في معاني العين لتاج الدين على بن محمد المعروف بابن الدريهم الموصلي الشافعي المتوفى سنة ٧٦٣ ٦٩٧٨ زين القصص ٦٩٧٩ زين

excludit. Ea summam aequationum in viginti species divisarum comprehendit; singulae autem species generis instar ea complectuntur, quae sub eas cadunt, ita ut species trecentas viginti sectiones contineant. Tum nos ad tabulas convertimus *Zij El-Kaur alá El-Daur* inscriptas, quae sexaginta sectiones comprehendunt, et inde tabulas sumsimus in compendium redactas, cujus argumentum, quantum fieri potuit, adstrinximus, ut introductio esset in tabulas triginta capita complectens. — 6971. El-Zij El-Mofannen, tabulae astronomicae in varias classes distributae. — 6972. Zij Melekshâhi, tabulae astronomicae *Melekshâh*i ab *Omar Khiyâm* editae. Commemorantur ab *Abd-el-wâhid* in commentario ad opus *Si Fasl.* — 6973. El-Zij El-Kebir El-Hakimi, tabulae astronomicae magnae *Hakimi*cae. Duo volumina ampla observationes Sheikhi et Imâmi *Abu'lhasan Ali Ben Ahmed Ben Yunos* continentia. — 6974. Zij Kushyâr, tabulae astronomicae, quas *Kushyâr Ben Kenân* Hanbalita anno 459 (inc. 22. Nov. 1066) ex observationibus disposuit et in octo sectionibus descripsit. Persice eas convertit *Mohammed Ben Omar Ben Abi Tâlib Tebrizi.* — 6975. Zij El-Hemdâni, tabulae astronomicae *Hemdâni*cae, ab *Hasan Ben Ahmed Yemeni*, vulgo *Hemdâni* dicto et anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuo, compositae. — 6976. Zein el-afâc, ornamentum tractuum terrae de doctrina quadratorum talismanicorum. — 6977. El-Zein fi meani el-ain, ornamentum de significationibus vocis „*ain*", auctore *Tâj-ed-dîn Ali Ben Mohammed Mausili* Shafiita, vulgo *Ibn-eldorehim* dicto et anno 763 (inc. 31. Oct. 1361) mortuo. — 6978. Zein el-ekisas, ornamentum narrationum. — 6979. Zein

المجالس في ثمان مجلدات لعلامة بدر الدين محمود بن احمد العيني المتوفى سنة ٨٥٥ وغير
اسمه شرح الصدور ٦٩٨٠ الزينيات ٦٩٨١ زينة الدهر في عصرة اهل العصر لابي المعالي سعد
بن علي المعروف بالوراق الحظيري المتوفى سنة ٥٦٨ [وهو ذيل على دمية القصر للباخرزي]
٦٩٨٢ زينة الزمان فارسي لمحمود بن مسعود البلخي المتوفى سنة [٥٧٧] ٦٩٨٣ زينة الفضلاء في
الفرق بين الضاد والظاء لابي البركات عبد الرحمن بن محمد الانباري النحوي المتوفى سنة ٥٧٧
مختصر اوله الحمد لله مولي النعم والآلاء الخ ٦٩٨٤ زينة القارئ مختصر في القراآت جمع
فيه المسائل المهمة اوله الحمد لله رب العالمين الخ ٦٩٨٥ زينة المتعلمين لابن نعيم
٦٩٨٦ زينت نامه في علم الشعر لابي محمد الرشيدي السمرقندي المتوفى سنة

el-mejalis, ornamentum consessuum. Octo volumina, auctore viro doctissimo *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuo. Alii librum *Shárih el-sodúr* nominant. — 6980. El-Zeiniyát, tractatus *Zein-ed-dini*. — 6981. Zínet el-dahr, ornamentum temporis de refugio aequalium, auctore *Abu'lmeali Sa'd Ben Ali Hatzíri*, vulgo *Werrác* dicto et anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuo. [Supplementum ad opus *Dumyet el-casr* a *Bákherzi* editum]. — 6982. Zínet el-zemán, ornamentum temporis, auctore *Mahmúd Ben Mes'úd Balkhi*, anno [577 (inc. 17. Mai. 1181)] mortuo. Persice. — 6983. Zínet el-fodhalá, ornamentum virorum bene meritorum de discrimine inter literas *Dhád* et *Tzá*, auctore *Abu'lberakát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári* Grammatico, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo, gratiarum et beneficiorum distributori etc. — 6984. Zínet el-cári, ornamentum lectoris Corani. Compendium de Corani recensionibus, ubi quaestiones magni momenti collectae sunt. Incipit ita: Laus Deo, mundorum domino etc. — 6985. Zínet el-moteallimín, ornamentum discentium, auctore *Ibn Nocim*. — 6986. Zínet-nameh, liber ornamenti de arte poetica, auctore *Abu Mohammed Reshídi Samarcandi*, anno ... mortuo. —

## باب السين المهملة

٦٩٨٧ السابق واللاحق في التفسير لابي امامة ابن النقّاش محمد بن علي [ابن عبد الواحد الدكالي] المصري المتوفى سنة ٧٦٣ ٦٩٨٨ السابق واللاحق للامام ابي بكر احمد بن علي الخطيب البغدادي ٦٩٨٩ ساجعة الحرم من مقامات السيوطي ٦٩٩٠ ساجور الكلب رسالة لابن رشيق القيرواني المتوفى سنة ٦٩٩١ ساعد في شرح التسهيل مرّ ٦٩٩٢ ساقي نامه تركي منظوم لمؤمن شاعر من قصبة برزرين المعروف بنهاري زاده ونظمه في بحر الشاهنامه ثلاثة آلاف بيت ٦٩٩٣ ساقي نامه تركي منظوم للمولى مصطفى بن پير محمد المعروف بعزمي زاده حالتي المتوفى سنة ١٠٤٠ ونظمه في بحر الشاهنامه وللمولى رياضي وعطاء الله بن نوعي المتخلّص

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA SÍN PUNCTIS DIACRITICIS NOTATA INCIPIUNT.

6987. **El-Sábic we El-Lahic**, praecedens et assequens. Commentarius in Coranum, auctore *Abu Imáma Ibn-elnaccásh Mohammed Ben Ali* [*Ben Abd-el-wáhid Dekkáli*] *Misri*, anno 763 (inc. 31. Oct. 1361) mortuo. — 6988. **El-Sabic we El-Lahic**, praecedens et assequens, auctore Imám *Abu Bekr Ahmed Ben Ali El-Khatib El-Baghdádi*. — 6989. **Sájiat el-harem**, columba gemens sacri templi Mekkani. Consessus, auctore *Soyúti*. — 6990. **Sajur el-kelb**, lignum collo canis alligatum. Tractatus, auctore *Ibn Reshic Cairawáni*, anno ... mortuo. — 6991. **Said fi sharh El-Tes'hil**, liber faustus. Commentarius in opus *Tes'hil*, de quo supra dictum est. — 6992. **Sacki-nameh**, liber pincernae. Poema turcicum tria millia versuum complectens, quod *Mumin* Poeta, vulgo *Nehárizádeh* dictus et in arce *Berzerin* natus, metro carminis epici *Sháh-námeh* composuit. — 6993. **Sácki-námeh**, liber pincernae. Poema turcicum, quod Molla *Mustafa Ben Pír Mohammed Háleti*, vulgo *Azmizádeh* dictus et anno 1040 (inc. 31. Jul. 1630) mortuus, metro carminis *Sháh-námeh* composuit. Carmina ejusdem tituli ediderunt Molla *Riyádhi*, *Atáallah Ben Nauí*, in carminibus *Atáyi* dictus et anno 1041 (inc.

فيضى المتوفى سنة ١٠٤٣ وفيضى ٦٩٩٤ ساقى نامه فارسى منظوم لاسيدى واهلى شيرازى اوله

بعد از حمد وثناى جان آفرين

جمع فيه من ابيات ما وقع على طريقة ساقى نامه بشكيبى ومحمد رضاء المشهدى وقدسى وخواجه نصير طوسى وخواجو اوله

باده ساقى آن آب عين حيات

واظهرى ملا محمد صوفى ابياته مائتان وخمسة وثمانون بيتا وعاشقى ابياته مائتان وستة وخمسون بيتا وظهورى ابياته ثمانمائة وخمسة ابيات والحافظ الشيرازى ابياته مائة وتسعة وعشرون بيتا وحيرتى اوله

بيا ساقيا اى ترك رعناى من
زهى چشم تو در عين نعماى من

٦٩٩٥ سامى فى الاسامى الموسوم بالسعيدى لابى الفضل احمد بن محمد الميدانى النيسابورى المتوفى سنة ٥١٨ ٦٩٩٦ سبحات

17. Jun. 1634) mortuus, et *Fáidhi.* — 6994. Sacki-námeh, liber pincernae. Poema persicum, auctoribus *Asídi*, *Ahli Shirázi*, cujus carmen ita incipit:

Post laudem et gloriam creatoris animae.

Collegit auctor tot quatuor hemistichiorum carmina, quot ad rationem libri *Sacki-námeh* se obtulerunt — *Shekini* — *Mohammed Ridhá Mashhedi* — *Acdesi* — *Khoja Nasír Tusi*, et *Khoju*, cujus carmen ita incipit:

Da, pincerna, aquam illam fontis vitae.

Porro Molla *Mohammed Sufi*, vulgo *Atzheri* dictus, cujus carmen ducentis octoginta quinque versibus constat — *Ashicki*, qui ducentos quinquaginta sex versus habet — *Tzohúri*, qui octingentos quinque versus habet — Hafitz *Shirázi*, cujus carmen centum viginti novem versibus constat — et *Heireti*, cujus carmen ita incipit:

Adesdum pincerna, o mi Turca tener,
In adspectu oculi tui fons est gaudiorum meorum.

6995. **Sámi fi el-asami**, liber sublimis de nominibus, alias titulo *Saídi* notatus, auctore *Abu'lfadhl Ahmed Ben Mohammed Meidáni Nisáburi*, anno 518 (inc. 19. Febr. 1129) mortuo. — 6996. **Sabihát**, angeli laudantes

## ٦٩٩٧ علم السباحة

٦٩٩٨ سبعيّات الحافظ ابى القسم ابن عساكر [على بن الحسن المتوفى سنة ٥٧١] اخرجه لنفسه وللشيخ الامام ابى موسى [المدينى] محمد بن عمر الاصفهانى المتوفى سنة ٥٨١

٦٩٩٩ سبعيّات فى الفروع للشيخ ابى الطيّب حمدان بن حمدويه الطرسوسى الحنفى المتوفى سنة ... وللشيخ الامام ابى نصر محمد بن عبد الرحمن الهمدانى المتوفى سنة ... اوله الحمد لله الملك الجبّار الخ ولابى اسحق رضى الدين ابراهيم بن محمد الطبرى الشافعى المتوفى سنة ٧٢٢ ولابى موسى محمد بن ابى بكر المدينى المتوفى سنة [٥٨١] وللشيخ على دده كتاب فى اصول السبعيّات [ورتّب ابن ابى حجلة كتابه سكردان على اصول السبعيّات] واورد فيه من الطرائف وصنّف فيه ابو محمد على بن عمر التاجى البرهانى الحنفى المتوفى سنة ...

٧٠٠٠ سبعيّات النجيب هو ابو الفرج عبد اللطيف ابن عبد المنعم بن على الحرّانى فى الحديث تخريج السيّد الشريف عزّ الدين احمد بن محمد الحسينى ٧٠٠١ سبب الانكفاف

## 6997. Ilm el-sibahat. Ars natandi.

6998. Sobaryat, traditiones septenariae, quae per septem relatorum seriem ad legatum divinum referuntur, auctoribus Hafitz *Abu'lcásim* [*Ali Ben-elhasan*], vulgo *Ibn Asákir* dicto [et anno 571 (inc. 22. Jul. 1175) mortuo], qui eas sibi ipsi elicuit, et Sheikh et Imám *Abu Musa* [*Medini*] *Mohammed Ben Omar Isfaháni*, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuo. — 6999. Sobáryát fi el-forú', septenariae de articulis juris specialibus, auctore Sheikh *Abu'ltayyib Hamdán Ben Hamdaweih Tarsúsi* Hanefita, anno ... mortuo — Sheikh et Imám *Abu Nasr Mohammed Ben Abd-el-rahman Hemdáni*, anno ... mortuo, cujus liber ita incipit: Laus Deo regi, absoluti imperii domino etc. — *Abu Is'hac Redhi-ed-dín Ibrahím Ben Mohammed Taberi* Shafiita, anno 722 (inc. 20. Jan. 1322) mortuo — *Abu Musa Mohammed Ben Abi Bekr Medini*, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuo — Sheikh *Ali Dedeh*, qui librum scripsit de septenariarum principiis, [et *Ibn Abi Hejla* quoque scriptum *Sukkerdan* dictum ad principia numeri septenarii disposuit], et ibi res facetas protulit. Denique de eadem re scripsit *Abu Mohammed Ali Ben Omar Tejibi Borhani* Hanefita, anno ... mortuus. — 7000. Sobaryat El-Nejib, traditiones septenariae *Nejibi*, cujus nomen plenum est *Abu'lfaraj Abd-el-latif Ibn Abd-el-mon'im Ben Ali Harráni*. Elicuit eas Seyyid Sherif *Izz ed-dín Ahmed Ben Mohammed Hoseini*.

7001. Sebeb el-inkifaf, caussa, quae impedit, quo minus a commentario

عن قرآءة الكشاف للشيخ تقي الدين علي بن عبد الكافي السبكي المتوفى سنة ٧٥٦ ٧٠٠٢ السبب في حصر لغات العرب للحسين بن المهذب [المصري] اللغوي المتوفى سنة ... ٧٠٠٣ سبب وصول المقامات من الفتوس ... ٧٠٠٤ سبحة الابرار فارسي منظوم من مزاحفات الرمل المسدس وهو وزن لطيف ولم يقل فيه سوى الاخر والدعوى فانه وقع في كتابه المسمى بهفت سپهر ابيات قلائل لهذا قال الجامي اوله

الممنة لله كه بخون كر خفتم

يكچند چو غنچه عاقبت بشكفتم

٧٠٠٥ سبحة في النصائح والحكم لمولانا نور الدين عبد الرحمن بن احمد الجامي المتوفى سنة ٨٩٨ رتبه على اربعين عقدًا وذكر في خطبته اسم السلطان حسين بن بيقرا وله شرح تركي للمولى المعروف بشمعي الّفه لضابط باب السعادة غضنفر في صفر سنة تسع بعد الالف ٧٠٠٦ سبحة الاخبار وتحفة الاخيار للدرويش محمد بن رمضان المتوفى سنة ومن

Coranico *Keshshâf* legendo recedatur, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-kâfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 7002. El-Sebeb fi hasr loghat El-Arab, caussa, qua dialecti Arabum circumscribuntur, auctore *Hosein Ben-elmohadzdzeb* [*Misri*] Lexicologo, anno ... mortuo. — 7003. Sebeb wosûl el-mecamat, caussa tractatus *Wosûl* a *Soyûti* editi. Commemoratur in scriptorum indice inter Consessus. — 7004. Sobhat el-ebrâr, globuli virorum justorum precatorii. Carmen persicum metro senario *Raml* dicto, ita ut abjecta litera pedes mutentur, quae mensura elegans est, compositum, nec raro versus unus alteri respondet eodem rhythmo, qualium versuum, teste *Jâmi*, in libro *Dehlewi*i *Nüh Sipehr* (novem stellae) inscripto pauci tantum inveniuntur. Incipit carmen ita:

Deo sit gratia! Quamvis sanguine conspersus jacuerim,

Aliquoties tandem calycis rosae instar efflorui.

7005. Sobhat fi el-nesâih we el-hikem, corona precatoria de monitis et apophthegmatis, auctore Molla nostro *Nûr-ed-din Abd-el-rahman Ben Ahmed Jâmi*, anno 898 (inc. 23. Oct. 1492) mortuo, qui librum in quadraginta monilia disposuit et praefationi nomen Sultani *Hosein Ben Beicarâ* praefixit. Commentarium in eum turcicum Molla vulgo *Shem'i* dictus in commodum praefecti portae felicitatis *Ghadhanfer*i mense Safer anni 1009 (inc. 3. Jul. 1600) composuit. — 7006. Sobhat el-akhbâr we Tohfet el-akhyar, corona precatoria historiarum et donum optimis oblatum, auctore Derwish *Mohammed Ben Ramadhân*, anno ... mortuo.

طومار طويل كتب فيه من آدم الى السلطان سليمان العثماني ما جاء من الملوك والسلاطين والانبياء والنواب مسلسلة بنسبهم ٧٠٠٧ السبحة السوداء للشيخ محيي الدين محمد بن علي المعروف بابن عربي المتوفى سنة ٧٠٠٨ سبحة الصبيان لغة منظومة تركية معروفة بالمحمودية ٧٠٠٩ سبحة العشاق تركي منظوم في شرح مائة حديث لمولانا لطيفي ٧٠١٠ سير الصرف في سر الحرف ذكره البوني ٧٠١١ سبط المسائل في مجلدين لامين الدين مظفر بن ابي محمد التبريزي المتوفى سنة ٦٢١ ٧٠١٢ السبع السيار رسالة لمولانا مصطفى بن حسن الجنابي المؤرخ المتوفى سنة [٩٩٩] في بحث علوم القيافة والفراسة والغالب والمغلوب والكف والكتف ومقادير الاصابع ٧٠١٣ [السبع السيار في اخبار ملوك التتار مجموعة تركية للمولى الشريف محمد رضاء النقيب السيف في الدولة العثمانية المتوفى سنة ١١٦٩ ذكر فيه احوال التتارخانات في بلدة قريم واصل التتار من لدن يافث بن نوح عليه السلام]

Charta in longum convoluta, ubi reges, Sultanos, prophetas et praefectos vicarios serie continua cum eorum stemmate recenset, qui ab Adamo inde usque ad *Soleimán* Sultanum dynastiae othmanicae floruerunt. — 7007. **El-Sobhat El-Sauda**, corona precatoria nigra, auctore Sheikh ***Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali***, vulgo *Ibn Arabi* dicto et anno . . . mortuo. — 7008. **Sobhat el-subyan**, corona precatoria puerorum. Lexicon turcicum oratione ligata compositum, quod vulgo *Mahmudíyet* dicitur. — 7009. **Sobhat el-oshshâc**, corona precatoria amantium. Poema turcicum, quod commentarium in centum traditiones continet, auctore Molla nostro *Latifi*. — 7010. **Sabr el-sarf**, cognitio usus de arcano literae. Commemoratur a *Buni*. — 7011. **Sabt el-mesaïl**, copia quaestionum. Duo volumina, auctore *Emin-ed-dín Mothaffer Ben Abi Mohammed Tebrizi*, anno 621 (inc. 21 Jan. 1224) mortuo. — 7012. **El-Seb'o' El-Seyyar**, septem planetae, auctore Molla nostro *Mustafa Ben Hasan Jenábi* Historiographo, anno [999 (inc. 20. Oct. 1590)] mortuo. Tractatus de quaestione doctrinarum genealogiae ex membris cognoscendae, artis physiognomicae, rationis cabbalisticae, qua efficitur, qui inter duos hostes vincet et qui vincetur, artis, qua ex manu et scapula status rerum cognoscitur, et mensurarum, quae digitis definiuntur. — 7013. [**El-Seb'o' El-Seyyar**, septem planetae de historia regum Tatarorum. Sylloge turcica, auctore Molla Sherif *Mohammed Radha* aulae othmanicae duce superioris ordinis, anno 1169 (inc. 26. Sept. 1755) mortuo. Narrat ibi res Tatarkhanorum in chersoneso *Chrim* et originem

٧٠١٤ السبع السيّارة لحافظ الدين محمد بن احمد ابن العجمي المتوفى سنة ٩٥٧
٧٠١٥ سبع الشداد للمولى لطف الله بن حسن التوقاتي قتل سنة ٩٠٠ ٧٠١٦ سبع الطوال
٧٠١٧ السبع العاليات ٧٠١٨ سبع العلويّات لعزّ الدين عبد الحميد بن ابي الحديد المتوفى
سنة وهي تسعة وستون بيتًا بذكر فتح خيبر اوله

الآ انّ تجد المجد ابيض ملحوب
ولكنّه جمّ المهالك مرهوب

شرحه الفقيه السيد شمس الدين محمد بن ابي الرضا المتوفى سنة اوله توكّلت على الله
ربّي وربّكم الخ ٧٠١٩ سبع الوظائف في اصول الدين لعبد الله بن يزيد الخرازي المتوفى سنة ٥٠٠
٧٠٢٠ سبعة ابحر في اللغة منها زيادة على القاموس ٧٠٢١ سبعة الانهر ٧٠٢٢ السبعة السيّارة
تركي منظوم لنوري [الاقسرائي] الشاعر نظمه ذيلا على كتاب كنجينه راز ليحيى افندي

Tatarorum a Japhete Noae filio deductam]. — 7014. El-Seb'o' El-Seyyáret, septem planetae, auctore *Háfitz-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Ibn-elajemi*, anno 957 (inc. 30. Jan. 1550) mortuo. — 7015. El-Seb'o' El-Shidád, septem validi, auctore Molla *Lutfallah Ben Hasan Tocáti*, anno 900 (inc. 2. Oct. 1494) interfecto. — 7016. El-Seb'o' El-Tiwal, septem carmina longa, Moallackae dicta. — 7017. El-Seb'o' El-Aliyat, septem superiores. — 7018. El-Seb'o' El-Alewiyát, septem supernae, auctore *Izz-ed-dín Abd-el-hamíd Ben Abi'lhadíd*, anno … mortuo. Versus sexaginta novem, qui in describenda urbis *Kheiber* expugnatione versantur. Incipit ita carmen:

Certe invenis gloriam illustrem, magnam,
Attamen periculorum plenam, terribilem.

Commentarium ejus, qui ita incipit: Fiduciam pono in domino meo et vestro etc., scripsit Jurisconsultus Seyyid *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abi'lridhá*, anno … mortuus. — 7019. El-Seb'o' El-Wetzáif, septem portiones de principiis religionis, auctore *Abdallah Ben Yezid Harrázi*, anno 500 (inc. 2. Sept. 1106) mortuo. — 7020. Sebat abhor, septem maria. Vocabularium, quod additamenta ad *Cámús* continet. — 7021. El-Seb'at El-Anhar, septem fluvii. — 7022. El-Seb'at El-Seyyáret, septem planetae. Carmen turcicum, quo *Nuri* [*Acseráyi*] Poeta librum *Genjíneiráz* (i. e. thesaurus arcanorum) a *Yahya Efendi* editum

وهى الفين بيت متحدة النظم فى البحر وهو بحث مير عليشير نوآئى المتوفى سنة ٩٠٦ منها فى الزبدة سبعة ابيات اوله

حمدله اوله اگر نظم كلام

بسمله بوله اول نوع تمام

٧٠٢٣ السبعة السيارة فى شرح مختصر ابن الحاجب ذكر فى الميم ٧٠٢٤ السبعة السيارة النيرات لابن حجر احمد بن على المتوفى سنة ٨٥٢ انتخبه من ديوانه الكبير ٧٠٢٥ رسالة فى سبعة اسئلة اوله حمدا لك اللهم يا من هو الموجود فى كل مكان الخ ذكر فيه انه بحث فى مجلس السلطان بايزيد [بن محمد] خان لكن لم يميز وجه الحق من استار البطلان فكتب محصول المقالة فى هذه الرسالة لينظر العلماء العظام ثم قال اعلموا يا جماهير الافاضل العظام ومشاهير الاماجد الكرام انى اسألكم عن وجه مواضع التبس على من كلام السيد الشريف فى مبحث الموضوع فظننته غير معقول مطبوع سؤال معطش محرور لا سؤال

continuavit. Duo millia versuum uno metro compositorum, quorum septem in *El-Zubdet* leguntur. Praecedit disquisitio *Mîri Alîshîr Newâyi*, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortui, et incipit carmen ita:

Si formula *Hamdelet* (i. e. Laus Deo!) sermo metrice componitur,

Formula *Besmelet* (i. e. Nomine Dei misericordis, miseratoris) ille hoc modo finitur.

7023. **El-Seb'at El-Seyyâret**, septem planetae. Commentarius in compendium *Ibn-elhâjibi*, de quo in litera *Mim* dicetur. — 7024. **El-Seb'at El-Seyyaret El-Neyyirat**, septem planetae lucidi, auctore *Ibn Hajr Ahmed Ben Ali*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. Epitome ex potioribus Diwani majoris carminibus facta. 7025. **Risalet fi seb'at eswilet**, tractatus de septem quaestionibus, qui ita incipit: Laudem Tibi, o Deus, Tu qui omni loco invenieris etc. Auctor se disputasse narrat in Consessu Sultani *Bâyezid* [*Ben Mohammed*] *Khân*, neque tamen veritatis faciem a vanitatis velis distinguit; affert autem solam disputationis summam in hoc tractatu, ut magni viri docti rem examinent. Tum: Scite, inquit, vos viri principes inter bene meritos et illustres, viri clarissimi inter praestantissimos et generosos, propono vobis de ratione nonnullorum locorum, quae mihi in iis obscura erat, de quibus *El-Seyyid El-Sherif* in opere *Maudhu'* occasionem disputandi praebet, et quae vix intelligenda et convenientia censui, quaestionem siti ardenti

ممتحنين مغرورين فان كان ما عندكم من الكثير والقليل وذوي العيش فلا تغمّوا على لتحوزوا ثناء جميلاً واجرًا جزيلاً والّا فالله سبحانه وتعالى بيني وبينكم وكفى بالله وكيلاً انتهى اورد فيه سبعة اسولة على السيّد الشريف في بحث الموضوع وقد ابدع في الابداع فجود واجاب عن تلك الاسولة المولى العذاري الا انّ التحقق انّه لم يقدر على دفعها والتحقيق احقّ ان يتبع لتفاقم ٧٠٢٦ سبعيات في الفروع لابي الطيّب حمدان بن حمدون الطرسوسي ٧٠٢٧ السبعيات في مواعظ البريّات للشيخ ابي نصر محمد بن عبد الرحمن الهمداني الّفه على ترتيب كتبه اوله الحمد لله الملك الجبّار الخ قال اعلم انّ الله سبحانه وتعالى زيّن الاشياء السبعة بالسبعة ثمّ زيّن السبعة بسبعة اخرى ليعلم انّ للاعداد السبع عنده خطرًا عظيمًا ومحلًّا جسيمًا احببت ان اجمع كتابًا على سبع مجالس ٧٠٢٨ سبعيات منيري تركي مختصر في الاقاليم السبع وخواصّها ٧٠٢٩ سبك المنظوم وفكّ المختوم لابن مالك محمد بن عبد الله النحوي المتوفى سنة ٦٧٢ ٧٠٣٠ سبك المعارف ٧٠٣١ سبل الخيرات

cruciati, non experti et superbi, et si quid apud vos multum sive paucum est, quo sitis aegroti expleatur, nolite me moerore afficere, ut laudem pulchram et praemium copiosum obtineatis, sin minus, Deus sit inter me et vos, et sufficit mihi Deus protector. Haec ille. — Tum septem quaestiones affert contra *Seyyid Sherif* de locis in libro *Maudhû'* controversis, et novam plane rationem init, in qua re egregie versatus est. Ad has quaestiones Molla *Idzâri* quidem respondit, at verum est, dubitationem eum tollere non potuisse, et veritati maxime convenit, ut eam dissidia sequantur. — 7026. **Seb'iyat**, septenariae de articulis juris derivatis, auctore ***Abu'ltayyib Hamdân Ben Hamdun Tarsusi.*** — 7027. **El-Seb'iyat fi mewaitz el-beriyat**, septenariae de consiliis creaturarum, auctore Sheikh ***Abu Nasr Mohammed Ben Abd-el-rahman Hemdâni***, qui librum ad tituli numerum septenarium composuit. Incipit ita: Laus Deo, regi potenti etc., et: Scias, inquit, Deum Excelsum res septem numero septenario, tum hunc septem aliis ornasse, ut cognoscatur, numeris septenariis magnam eum gloriam et honorem multum tribuere: librum igitur in septem consessus dispositum colligere vehementer cupii. — 7028. **Seb'iyat Moniri**, septenariae, auctore *Moniri*. Compendium turcicum de septem climatibus eorumque qualitatibus. — 7029. **Sebk el-mantzum we Fakk el-makhtum**, liquatio ejus, quod ordine junctum est et dissolutio ejus, quod obsignatum est, auctore *Mohammed Ben Abdallah* Grammatico, vulgo *Ibn Malik* dicto et anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. — 7030. **Sebk el-mearif**, liquatio cognitionum. — 7031. **Sebel el-**

73 *

فى المواعظ والدقائق لابى الحسن يحيى بن نجاح بن الفلاس الاموى القرطبى المتوفى سنة ٤٢٢ ‎٧٠٣٢. سبل الرشد فى فضل الجهاد للشيخ سعد الدين ابى العوال مرتفع بن جزيل بن قراتكين المقرى مجلّد اوله الحمد لله الذى شرّف الدين الحنفى وابدا زمنه الخ الّفه للملك الكامل نجم الدين ايوب وفرغ فى ربيع الاول سنة ٦٤٧ ‎٧٠٣٣. سبل النجاة فى والدى النبى صلعم رسالة لجلال الدين السيوطى ‎٧٠٣٤. سبل الهدى فى السير لجلال الدين السيوطى قال هذه سادس مؤلّف ألّفته فيه ‎٧٠٣٥. سبل الهدى والرشاد فى سيرة خير العباد للشيخ محمد بن يوسف الدمشقى الصالحى [المتوفى سنة ٩٤٢] وهو احسن كتب المتأخرين وابسط فى السيرة النبويّة من الاعلام وذكر فى آياته العظيمة انّه منتخب من اكثر من ثلثمائة كتاب واتى من الفوائد بالعجب العجاب وقد زادت ابوابه على سبعمائة باب وان اسمه سبل الرشاد فانّه لمّا فرغ اقتضب منه قصّة المعراج فى كتاب الآيات العظيمة

kheirát, pluvia bonorum de consiliis et argutiis, auctore *Abu'lhasan Yahya Ben Nejáh Ben-elfellás Cortubi* Omayyada, anno 422 (inc. 29. Dec. 1030) mortuo. — 7032. Sobol el-reshad, viae rectae ductionis de meritis belli sacri, auctore Sheikh *Sa'd-ed-dín Abu'lawál Murtefi' Ben Jezíl Ben Caurátekin* Corani Lectore. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, qui religionem veram nobilitavit ejusque tempus primum creavit etc., et in commodum *El-Melik El-Kámil Nejm-ed-dín Eyyúb* compositum menseque Rebi I. anni 647 (inc. 16. Apr. 1249) absolutum est. — 7033. Sobol el-nejat, viae effugii de parentibus prophetae, cui Deus benedicat. Tractatus, auctore *Jelál-ed-dín Soyuti.* — 7034. Sobol el-hoda, viae rectae ductionis de jure bellico. *Jelál-ed-dín Soyúti* libri auctor: Hoc sextum, ait, est scriptum, quod de hoc argumento composui. — 7035. Sobol el-hoda we el-reshad fi siret kheir el-ibad, viae verae religionis et rectae ductionis. Biographia optimi inter Dei cultores a Sheikh *Mohammed Ben Yusuf Dimeshki Sálihi*, [anno 912 (inc. 2. Jul. 1535) mortuo, edita, quae in praestantissimis recentiorum scriptorum libris numeratur et copiosior est in vita prophetica describenda, quam liber *El-Ilám bi alám beled el-haram.* In opere *Ayát Atzímet* se potiora ex amplius trecenta scripta hic selegisse dicit, et adnotata utilia multum admiranda attulisse; capita autem plus septingenta ei insunt, et quanquam nomen *Sobol el-reshád* prae se fert, historiam adscensus prophetae, quae in libro *Ayát Atzímet* legitur, ex libro jam finito resecuit. —

٧٠٣٦ السبيل الاحمد الى علم خليل بن احمد للشيخ برهان الدين ابراهيم بن عمر الجعبري المتوفى سنة ٧٣٢ ٧٠٣٧ سبيل الهدى في فروع الحنفية ٧٠٣٨ ستر العورة لابي عبد الله احمد بن سليمان الزبيري البصري المتوفى سنة ... ٧٠٣٩ الستر المسيل والتحذير عن المزيل مختصر للشيخ تقي الدين ابن ابي بكر عبد الله بن علي بن عبد الله الموصلي ثم الدمشقي اوله الحمد لله رب العالمين الخ ٧٠٤٠ ستة عطار عبارة عن ستة مثنويات من نظمه ٧٠٤١ ستة وتسعون في الكلام على الميم والواو والنون للشيخ محيي الدين محمد بن علي ابن عربي اوله الحمد لله فاتح الغيوب الخ ٧٠٤٢ سجعات العشر لابي العلاء احمد بن عبد الله المعري المتوفى سنة ٤٤٩ موضوع على كل حرف من حروف المعجم عشر سجعات في الوعظ ٧٠٤٣ سجع الجليل فيما جرى من النيل لابن ابي حجلة احمد بن يحيى التلمساني المتوفى سنة ٧٧٦ ٧٠٤٤ سجع الحمائم لابي العلاء احمد بن عبد الله المعري مات سنة ٤٤٩

7036. El-Sebil El-Ahmad, via laudatissima ad scientiam *Khalili Ben Ahmed*, auctore Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Omar Ja'beri*, anno 732 (inc. 1. Oct. 1331) mortuo. — 7037. Sebil el-hoda, via rectae ductionis, de articulis juris Hanefitici secundariis. — 7038. Satr el-aurat, tegumentum pudendi, auctore *Abu Abdallah Ahmed Ben Soleimán Zobeiri Basri*, anno ... mortuo. — 7039. El-Satr El-Mesíl we El-Tehdzir an el-mezíl, tegumentum fluens et monitum, quo a separatione avocatur. Compendium, quod a Sheikh *Tacki-ed-dín Ibn Abi Bekr Abdallah Ben Ali Ben Abdallah*, primum urbis *Mosul*, postea Damasci inquilino, editum est et ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 7040. Sittet Attar, sex scripta *Attári*, quibus sex carmina metro Methnewi ab eo composita significantur. — 7041. Sittet we Tis'un, nonaginta sex (propositiones) de metaphysica secundum literas *Mím*, *Wáw* et *Nún* dispositae, auctore Sheikh *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi.* Incipit ita: Laus Deo arcana aperienti etc. — 7042. Sajaat el-asher, locutiones rhythmicae decem, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. Argumentum libri decem paraeneticis locutionibus rhythmicis constat ad singulas alphabeti literas compositis. — 7043. El-Saj'o' El-Jelíl, oratio rhythmica excellens de ea aquae Nili parte, quae fluit, auctore *Ahmed Ben Yahya Tilimsáni*, vulgo *Ibn Abi Hejla* dicto et anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 7044. Saj'o' el-hamaïm, gemitus columbarum, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart.

وهو ثلثون كراسة ٧٠٤٥ السجع السلطانى لابى العلاء المذكور مشتمل على مخاطبات الملوك والوزرآء ثمانون كراسة ٧٠٤٦ سجع الفقيه لابى العلاء المذكور فى ثلثين كراسة ٧٠٤٧ سجع المتضرعين له ايضا عمله لرجل تاجر يستعين به على دنياه ٧٠٤٨ سجع المطوّق لابن نباتة محمد بن محمد الفارقى المتوفى سنة ٧٦٨ اوله الحمد لله الذى امرنا بشكر الاحسان الخ جمع فيه عدّة تراجم من رجال عصره للملك المؤيّد صاحب حماة ٧٠٤٩ سجع الهديل فى اخبار النيل لاحمد بن يوسف التيفاشى [المتوفى سنة ٦٥١]

٧٠٥٠ علم السجلات

٧٠٥١ سجنجل الارواح ونقوش الالواح لسعد الدين محمد بن مؤيد الحموى جمعه بحمص سنة ٦٣٠ اوله الحمد لله المقتدر الخ وللشيخ محيى الدين ابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨

1057) mortuo. Triginta decem foliorum fasciculi. — 7045. El-Saj'o' El-Sultani, oratio rhythmica Sultanica, auctore *Abu'lalá* modo laudato. Octoginta decem foliorum fasciculi, qui mutua principum et Wezirorum colloquia continent. — 7046. Saj'o' el-fackih, gemitus jurisconsulti, auctore eodem *Abu'lala*. Triginta decem foliorum fasciculi. — 7047. Saj'o' el-modhtarin, gemitus afflictorum, eodem auctore. Confecit librum, ut eo auxilium aliorum ad mercatoris cujusdam fortunam sublevandam imploraret. — 7048. Saj'o' El-Motawwec, gemitus torquatae columbae, auctore *Mohammed Ben Mohammed Fáricki*, vulgo *Ibn Nebata* dicto et anno 768 (inc. 7. Sept. 1366) mortuo. Collegit in hoc libro, qui ita incipit: Laus Deo, qui nos pro accepto beneficio gratias agere jubet etc., plures biographias aequalium in favorem *Meliki Mowayyed-ed-din* principis Hamatensis. — 7049. Saj'o' el-hadil, gemitus palumbis de historia Nili, auctore *Ahmed Ben Yusuf Tighåshi*, [anno 651 (inc. 3. Mart. 1253) mortuo]. —

7050. Ilm el-sijillat. Doctrina actorum publicorum.

7051. Sejenjel el-arwah we Nocush el-alwah, speculum spirituum et picturae tabularum, auctoribus *Sa'd-ed-din Mohammed Ben Mowayyed Hamawi*, qui Emessae anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) scripsit, et ita orsus est: Laus Deo potenti etc. — Sheikh *Mohyi-ed-din Ibn Arabi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240)

والشيخ بايزيد خليفه . سجنجل الجمال ونقوش الجلال في الاسماء ذكره البوني

علم السحر

وهو ما خفي سببه وصعب استنباطه لاكثر العقول وحقيقته كل ما سحر العقول وانقادت له النفوس بخدعة فتصغي الى اصغاء الاقوال والافعال الصادرة عن الساحر فعلى هذا التقدير هو علم يبحث عن معرفة احوال الفلكية واوضاع الكواكب وعن ارتباط كل منها مع الامور الارضية والمواليد الثلث على وجه خاص ليظهر من ذلك الارتباط والامتزاج افعال غريبة واسرار عجيبة التي خفيت عللها واسبابها بحيث جمع الساحر في اوقات المناسبة من الاوضاع الفلكية والنظر الكوكبية بعض المواليد الثلث ببعض فيظهر ما جل اثره وخفي سببه من اوضاع عجيبة وافعال غريبة تحير العقول وعجزت عن حل خفائه اكابر الفحول وان منفعة هذا العلم للاحتراز عن عمله لانه محظور شرعا الا ان يكون لدفع ساحر يدعي النبوة فعند ذلك

mortuo — et Sheikh *Bayezid Khalifa*. — 7052. Sejenjel el-jemal we Noeüsh el-jelal, speculum pulchritudinis et picturae majestatis de nominibus. Commemoratur a *Buni*. —

7053. Ilm el-sihr. Ars magica (latiori sensu).

Complectitur ea, quorum caussa physica latet et investigatio plurimis mentibus nimis difficilis est; re vera autem in omnibus iis cernitur, quibus animae fraude deceptae se submittunt, ita ut ad facta et verba a fascinatore proficiscentia lubenter admittenda propensae sint. — Hoc posito, ars magica ea est doctrina, quae in cognitionem eorum, quae sphaeras celestes et stellarum positiones spectant, et in conjunctionem illarum omnium cum rebus terrestribus et tribus rerum creatarum ordinibus singulari modo inquirit, ut ex hac conjunctione et mixtione facta singularia et arcana mirabilia, quorum caussae et rationes occultae sunt, cognoscantur, quatenus scilicet fascinator temporibus opportunis secundum sphaerarum coelestium positiones et stellarum adspectus unum trium rerum creatarum ordinum cum altero conjungit et componit, ut res, quarum effectus manifestus est, caussa autem latet, ex positionibus mirabilibus et factis singularibus clarae fiant, quibus mentes obstupefiunt, et in quorum obscuritatem virorum sagacissimorum cogitationes penetrare nequeunt. Haec doctrina autem utilis est, quod nos ab usu cavere docet, nam lege est prohibita, nisi ubi repellendo fascinatori inservit, qui prophetam se esse gloriari possit. Hoc

يفرض وجود شخص قادر لدفعه بالعمل ولذلك قال بعض العلماء انّ تعلّم السحر فرض كفاية واباحه الاكثرون دون عمله الّا اذا تعيّن لدفع المتنبّي واختلف الحكماء في طرق السحر فطريق الهند بتصفية النفس وطريق النبط بعمل العزائم في بعض الاوقات المناسبة وطريق اليونان بتسخير روحانيّة الافلاك والكواكب وطريق العبرانيّين والقبط والعرب بذكر بعض الاسماء المجهولة المعنى فكأنّه قسم من العزائم زعموا انّهم سخّروا الملائكة القاهرة للجنّ فمن الكتب المؤلّفة في هذا الفنّ الايضاح والبساتين لاستخدام الانس والارواح الجنّ والشياطين وبغية الناشد ومطلب القاصد على طريقة العبرانيّين والجمهرة ايضا ورسائل ارسطو وغاية الحكيم وكتاب طيماوس وكتاب الوقوفات على طريقة اليونانيّين وكتاب سحر النبط وكتاب العمى على طريقة العبرانيّين ومرآة المعاني في ادراك العالم الانساني على طريقة الهند

٧٠٥١ سحر البلاغة وسرّ البراعة لابي منصور عبد الملك بن محمد الثعالبي المتوفى سنة ٤٢٩

pacto igitur praescriptum est, ut necessario aliquis vir potens existat, qui operatione illum fascinatorem arrogantem repellat. Hanc ob caussam vir aliquis doctus: Discere magiam, ait, praescriptum est divinum aliis pro aliis praestandum, et plures eam ipsam licitam quidem esse dixerunt, nec tamen exercendam, nisi quando ad repellendum eum destinata sit, qui prophetiam sibi vindicet. — Philosophi varia statuunt de rationibus magiae diversis: Indorum enim disciplina in purganda anima versatur, Nabataeorum in arte incantandi certis temporibus opportunis exercenda, Graecorum in subigendis sphaerarum coelestium et stellarum spiritibus, Hebraeorum, Coptorum et Arabum in recitandis nonnullis nominibus, quorum significatio incognita est, quasi genus essent incantamentorum. Putarunt enim angelos subigere, qui in daemones regnarent. — In libris de hac scientia scriptis numerantur *El-Idhâh* — *El-Besâtîn li istikhdâm el-ins we li irwâh el-jinn we el-sheyâtîn* — *Bughyet el-nâshid we Matleb el-câsid*, cujus auctor disciplinam Hebraeorum sequitur — porro *El-Jemheret* — Tractatus Aristotelis — *Ghâyet el-hakîm* — Liber Timaei — *Kitâb el-woccufât*, cujus auctor disciplinam Graecorum amplectitur — *Kitâb sihr El-Nabat* — *Kitâb el-umâ*, ubi doctrina Hebraeorum tractata est — *Mirât el-meâni fi idrâk el-âlem el-insâni*, cujus auctor Indorum doctrinam descripsit. —

7051. Sihr el-belaghat we Sirr el-beraat, magia eloquentiae et arcanum excellentiae, auctore *Abu Mansur Abd-el-melik Ben Mohammed Theâlibi*, anno 429

اوله اما بعد فالحمد لله اولى من حمد والصلوة على محمد النبي الخ قال فان هذا الكتاب اخرجت بعضه من غرر نجوم الارض ونكت اعيان الفضل من بلغآء العصر في النثر وحلّلت بعضه من نظم امرآء الشعرآء الذين اوردت مليح اشعارهم في كتابي المترجم بيتيمة الدهر ٧٠٥٥ سحر حلال فارسي منظوم لاهلي الشيرازي المتوفى سنة ٩٤٣ اوله حمد نامحدود الخ ذكر فيه انه جرى في بعض الازمنة ذكر مجمع البحرين وتجنيسات لكاتبي انه درّة لم تثقب ومهرة لم تركب حيث لم ينظم شاعر على مثله فتصدّى الاهلي لذلك فجمعهما فيه مع التزام لزوم ما لا يلزم وذو قافيتين من البحر السريع المسدس المطوي المكشوف ٧٠٥٦ السحر الحلال في غرآئب المقال في فقه الشافعي للشيخ الامام شهاب الدين محمود بن احمد الزنجاني [المتوفى سنة ٦٥٦] ٧٠٥٧ سحر العيون اوله الحمد لله الذي زيّن رياض الوجود بنرجس العيون الخ على مقدمة ونتيجة واصل وسبعة ابواب وخاتمة المقدمة في اسم العين واشتقاقه

(inc. 14. Oct. 1037 mortuo. Incipit ita: Praemissis praemittendis. Laus Deo dignissimo qui laudetur et precatio super *Mohammed* etc. Hujus libri, inquit, partem ex illustrissimis terrae stellis et annotatis subtilibus virorum meritissimorum inter aequales eloquentia orationis solutae insignes elicui, et partem e poetarum principum carminibus explicui, quorum carmina facete dicta in libro meo *Yetimet el-dahr* inscripto attuli. — 7055. Sihr halâl, incantamentum licitum sive poesis. Carmen persicum, quod *Ahli Shirâzi*, anno 943 (inc. 20. Jun. 1536) mortuus, auctorem habet et ita incipit: Laus immensa etc. Narrat ibi, aliquando mentionem de operibus *Mejmà el-bahrein* et *Tejnísât* incidisse. Utrumque opus *Kâtibi* auctorem habet et margarita est non perforata et pullus equi non equitata, quatenus nullus poeta carmina similia composuit. Itaque *Ahli* rem aggressus utrumque opus in suo conjunxit ita, ut leges haud necessario observandas sibi imponeret, et duo homoeoteleuta et metrum *Serí* cum senario imperfecto *Metwi* et *Mekfuf* admitteret. — 7056. El-Sihr El-Halal fi gharáib el-meçal, incantamentum licitum de rationibus sermonis in jure Shafiitico notabilibus, auctore Sheikh et Imam *Shehâb-ed-dîn Mahmûd Ben Ahmed Zenjâni*, [anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuo]. — 7057. Sihr el-oyun, incantamentum oculorum. Liber ita incipit: Laus Deo, qui hortos existentiae narcisso oculorum ornavit etc., et in praefationem, summam, principium et septem capita distributus est. Praefatio agit de nomine „*ain*" i. e.

لغة والمتبحثة في علو شرف العين والاصل يتفرع في تشريحها الباب الاول في قوى النظر الباب الثاني في دية العين الباب الثالث في عللها وامراضها الباب الرابع في طبها وعلاجها الباب الخامس في اوصافها الباب السادس فيما وقع في النكت والمعمل الباب السابع في اول النظرة وفيه سبعة فصول الخاتمة فيما ورد في اوصافها من المدائح الفائقة ٧٠٥٨ سخانامه فارسي منظوم لبياني الشاعر ترجمه درويش باشا الشاعر للسلطان مراد خان المتوفى سنة ١٠١٢ ٧٠٥٩ سداد في فضل الجهاد في مجلد للشيخ محمد بن عمر الواعظ الشهير بملا عرب المتوفى سنة ... قال لما اتفق الذي بهمة الملك المظفر السلطان سليم بتصميم عزمه على الجهاد شرعت في تأليفه وجعلتها مشتملة على مقدمة وعشرين بابا وخاتمة وصدرت كل باب من القرآن ثم ثنيته بالاحاديث ثم ثلثته بحكاية صحيحة ثم ربعتها بنظم ابيات ترغب في الجهاد ٧٠٦٠ سد اسكندري لمير عليشير النوائي المتوفى سنة ٩٠٦ ٧٠٦١ سداسيات الرازي ٧٠٦٢ سداسيات

oculus) et variis ejus dialecticis significationibus, summa de eminenti oculi nobilitate, et principium in variis sectionibus de oculi anatomia, *caput primum* de facultatibus videndi, *secundum* de conditione oculi, *tertium* de ejus infirmitatibus et morbis, *quartum* de ejus medicina et curatione, *quintum* de qualitatibus, *sextum* de dictis facetis et aenigmaticis, ubi vox *ain* occurrit, *septimum*, quod septem sectiones habet, de primo visu, et conclusio de praeclaris carminibus laudabilibus, quae ejus qualitates praedicant. — 7058. Sekhá-námeh, liber munificentiae. Carmen persicum a *Beyáni* Poeta compositum et a *Derwishpashá* Poeta Sultano *Murad Khán*, anno 1012 (inc. 1. Jun. 1603) mortuo, in turcicam linguam conversum. — 7059. Sedad fi fadhl el-jihad, recta via de praestantia belli sacri. Volumen a Sheikh *Mohammed Ben Omar* Concionatore, vulgo *Mellá Arab* dicto et anno . . . mortuo, scriptum, qui: Cum auris mea, inquit, prae consilio regis tinniret, qui firmiter sibi bellum sacrum proposuit, librum componere incepi, ejusque argumentum in praefationem, viginti capita et conclusionem disposui, et singula capita a Corano incepi, secundo loco traditiones posui, tertio historiam veram, et quarto carmina, quorum versibus ad ardorem belli sacri excitatur. — 7060. Sedd Iskenderi, propugnaculum Alexandri, auctore *Mir Alishir Newayi*, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. — 7061. Sodasiyat El-Razi, (febres) sex dierum, auctore *Rází*. — 7062. Sodasiyat, traditiones, quae per sex relatorum seriem ad legatum

في الحديث لابي طاهر احمد بن محمد السلفي الاصفهاني المتوفى سنة ٥٧٦ ٧٠٦٣ سدّ باب الضلال وصدّ باب الضلّال لزين الدين سريجا بن محمد الملطي المتوفى سنة ٧٨٨ وهو ثلثة اجزاء ٧٠٦٤ سدرة منتهى الافكار في ملكوت الفلك الدوّار لتقي الدين بن معروف الراصد الشامي اوله اللهمّ لا سهل الّا ما جعلته سهلا الخ باشر فيه كتب محصول الرصد الجديد الى هدمه وذكر فيه السلطان مراد وسعدي افندي ٧٠٦٥ سدرة المنتهى في الكيمياء لابن وحشية ٧٠٦٦ سدرة المنتهى في الحديث ٧٠٦٧ سدرة العرف في اثبات المعنى في الحرف لجلال الدين السيوطي المتوفى سنة ٩١١ ٧٠٦٨ سراج الانوار ٧٠٦٩ سراج السائرين ٧٠٧٠ سراج الشريعة ومنهاج الحقيقة لابي الحسن علي بن الحسن بن علي الكرماني اوله الحمد لله الذي اوضح لمفروضات على الابدان طريقة الخ جمع فيه بين الفروع وعلم الحقيقة ذكر اولا مسائل الفروع ثمّ اردفه ٧٠٧١ سراج الطالبين ومنهاج العابدين في شرح الاربعين

---

divinum referuntur, auctore *Abu Táhir Ahmed Ben Mohammed Silefi Isfaháni*, anno 576 (inc. 28. Mai. 1180) mortuo. — 7063. **Sedd báb el-dhelál we Sadd báb el-dhellal**, obstructio portae erroris et impedimentum portae multum deviantis, auctore *Zein-ed-dín Soreijá Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. Tres fasciculi. — 7064. **Sidret munteha** (qui arbor septimi coeli est) **el-afkár**, medulla subtilissima cogitationum de mundo invisibili sphaerae circumversantis, auctore *Tacki-ed-dín Ben Maruf Shámi* Astronomo, qui ita incipit: O Deus, nihil facile est praeter illud, quod Tu facile reddis etc. Tractat hic observationes in observatorio novo usque ad ejus excidium factas, et Sultanum *Murád Khán* et *Sa'di Efendi* laudat. — 7065. **Sidret el-munteha**, medulla subtilissima de Alchymia, auctore *Ibn Wahshíya*. — 7066. **Sidret el-munteha**, medulla subtilissima de re traditionaria. — 7067. **Sidret el-arf**, odor subtilissimus de significatione particulae stabilienda, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 7068. **Siráj el-anwár**, lucerna luminum. — 7069. **Siraj el-sairín**, lucerna iter facientium. — 7070. **Siraj el-sheriat we Minháj el-hackícat**, lucerna verae religionis et via lata veritatis, auctore *Abu'lhasan Ali Ben-elhasan Ben Ali Kermáni*. Incipit ita: Laus Deo, qui clare rationem eorum exponit, quae corporibus divinitus imperata sunt etc., et conjungit ibi articulos juris derivatos et vitae spiritalis scientiam. Primum quaestiones articulorum illorum affert, tum hanc subjungit. — 7071. **Siraj el-talibín we Minháj el-ábidín**, lucerna quaerentium et via manifesta adorantium. Commentarius in opus *El-Arbain El-*

النووية يأتى ٧٠٧٢ سراج الظلام فى الفروع ٧٠٧٣ سراج الظلمة فى شرح حكمة للشيخ ابى عمرو عبد الكريم ابن ابى [الحسن] يحيى بن ابى عمرو عثمان المعروف بمختفى ٧٠٧٤ سراج الظلمة والرحمة لهذه الامة فى الاكسير للحكيم يحيى بن ابى بكر محمد البرمكى صديق جابر رسالة اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ ٧٠٧٥ سراج العارفين لابى الحسن على الناسخ ٧٠٧٦ سراج العقول الى منهاج الاصول يأتى ٧٠٧٧ سراج القارى شرح الشاطبيّة ٧٠٧٨ سراج القلوب فارسى على تريف جواب والسؤال اوله الحمد لله العلى العظيم الخ ٧٠٧٩ سراج القلوب لقرقوش المنصورى فى مجلّد عقد الفريد ٧٠٨٠ سراج القلوب مختصر على احد واربعين باباً مشتملاً على مقامات العوامّ والخواصّ واخصّ الخواصّ لابى الخليل احمد بن محمد بن عبد الملك الاشعرى التبريزى المتوفى سنة اوله الحمد لله على ما خصّ وعمّ الخ ٧٠٨١ سراج المريدين للقاضى ابى بكر ابن العربى ذكره القرطبى فى تذكرته ٧٠٨٢ سراج المستفيد

*Newewiyet*, de quo infra dicetur. — 7072. Siraj el-tzalam, lucerna obscuritatis de articulis juris derivatis. — 7073. Siraj el-tzolmet, lucerna obscuritatis. Commentarius in opus *Hikmet*, auctore Sheikh *Abu Amru Abd-el-kerim Ibn Abi*[*lhasan*] *Yahya Ben Abi Amru Othmân*, vulgo *Muhtefi* dicto. — 7074. Siraj el-tzolmet we El-Rahmet li hadzihi el-ommet, lucerna obscuritatis et misericordia huic populo tributa de lapide philosophorum, auctore Philosopho *Yahya Ben Abi Bekr Mohammed Bermeki*, qui amicus *Jâbir*i fuit. Tractatus, qui ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. — 7075. Siraj el-ârifîn, lucerna cognoscentium, auctore *Abu'lhasan Ali* Librario. — 7076. Siraj el-ocul, lucerna mentium ad opus *Minhâj el-osul*, de quo infra dicetur. — 7077. Siraj el-cari, lucerna Coranum legentis. Commentarius in *Casidam Shatibiyet*. — 7078. Siraj el-colûb, lucerna cordium. Opus persicum in responsa et quaestiones divisum, quod ita incipit: Laus Deo sublimi, magno etc. — 7079. Siraj el-colub, lucerna cordium, auctore *Caracush Mansûri*. Volumen operi *El-Icd El-Ferid* simile. — 7080. Siraj el-colub, lucerna cordium. Compendium in quadraginta unum caput dispositum, auctore *Abu'lkhalil Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-melik Ashari Tebrizi*, anno … mortuo. Continet consessus inter vulgus et proceres et familiarissimos procerum, et incipit ita: Laus Deo pro eo, quod commune et quod peculiare tribuit etc. — 7081. Sirâj el-moridîn, lucerna aspirantium, auctore Cadhi *Abu Bekr Ibn-elarabi*. Commemoratur a *Cortubi* in suo *Tedzkiret*. — 7082. Siraj

وغنيمة المفيد للفرغاني الحنفي ٧٠٨٣ سراج المسلمين تركي لمير عليشير نوآئي المتوفى سنة ٩٠٦ ٧٠٨٤ سراج المصلّي مجلّد اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ جمع فيه من الفتاوى ٧٠٨٥ سراج الملوك مجلّد لابي بكر محمد بن الوليد القرشي الفهري المالكي الطرطوسي المتوفى سنة ٥٢٠ اوله الحمد لله الذي لم يزل ولم يزال وهو الكبير المتعال الخ جمعه من سير الانبيآء وآثار الاوليآء ومواعظ العلمآء وحكمة الحكمآء ونوادر الخلفآء ورتّبه ترتيبًا لطيفًا لا يسمع به ملك الّا استكتبه ولا وزير الّا استصحبه يستغني الحكيم بمدارسته عن مباحثة الحكمآء والملك عن مشاورة الوزرآء وذكر فيه الامير ابا عبد الله محمد الاموي وابوابه اربعة وستون بابًا ٧٠٨٦ سراج المنير في غرآئب احاديث البشير النذير للشيخ عبد الوهّاب الشعراني ٧٠٨٧ سراج المنير في وصف محمد البشير لابي بكر الحبشي البسطامي اوله الحمد لله الملك الذي لم يتّخذ الخ ٧٠٨٨ سراج المهتدي ٧٠٨٩ سراج الوهّاج في ازدواج المعراج للشيخ

el-mustefid we Ghanimet el-mofid, lucerna ejus, qui utilitatem percipere studet et praeda utilitatem percipientis, auctore *Ferghâni* Hanefita. — 7083. Siráj el-moslimin, lucerna Muslimorum, auctore *Mir Alishir Newâyi*, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuo. Turcice. — 7084. Siraj el-mosalli, lucerna orantis. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo, mundorum domino etc. Collecta ibi sunt decreta juridica Muftiorum. — 7085. Siráj el-molúk, lucerna principum, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elwelid Coreshi Fihri Tarsúsi* Malikita, anno 520 (inc. 27. Jan. 1126) mortuo. Volumen, quod ita incipit: Laus Deo initio et fine carenti, qui magnus et sublimis est etc. Congessit ibi biographias prophetarum, facta sanctorum mirabilia, observationes virorum doctorum, sapientiam philosophorum et raras Khalifarum facetias, et omnia egregie disposuit, ut princeps ea non audiret, quin describi juberet, nec Wezirus, quin omni tempore secum habere cuperet. Philosophus autem, qui ea legit, dissertatione cum philosophis carere potest, princeps consilio Wezirorum. Commemorat auctor Emirum *Abu Abdallah Mohammed* Omayyadam et sexaginta quatuor capita habet. — 7086. El-Siráj El-Monir, lucerna splendens de raris dictionibus in traditionibus prophetae bona annunciantis et monentis obviis, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Sharáni.* — 7087. El-Siraj El-Monir, lucerna splendens de descriptione *Mohammed*is bona annunciantis, auctore *Abu Bekr Habeshi Bistámi.* Incipit ita: Laus Deo regi, qui non suscepit etc. — 7088. Siráj el-mohtedi, lucerna bene directi. — 7089. El-Siráj El-Wehhaj fi izdiwáj el-miráj, lucerna multum ardens de conciliatione ascensus *Mohammed*is, auctore

الحافظ شمس الدين محمد بن عبد الله بن ناصر الدين الدمشقي المتوفى سنة ٨٤٢ وهو مختصر اوله الحمد لله الذى قرّب الى جنبه من احبّ الخ حقّق فيه امر المعراج وحديثه

٧٠٩٠ سراج الوهّاج للطرسوسي وترجمه شاعر متخلّص بوصولى محمد المعروف بمنلا چلبى وترجمه المولى محمد بن عبد الله المعروف بيحيى ملاسى المتوفى سنة ٩٩٨ وسمّاه البديعة ٧٠٩١ سراج الوهّاج للامام الكاشانى تفسير فارسى ذكره صاحب فتاوى الصوفية ٧٠٩٢ سراج الوهّاج الموضح لكلّ طالب ومحتاج فى شرح مختصر القدورى ومنهاج البيضاوى يأتى ٧٠٩٣ سراجيّة من الفتاوى ذكره التاتارخانيّة ٧٠٩٤ سرج النظر فى شرح الدرر وهو منظوم فى المنطق ٧٠٩٥ سرج العيون فى شرح رسالة ابن زيدون مرّ ٧٠٩٦ سرجة الفتن فيما حدثت من الملاحم والفتن ذكره البونى ٧٠٩٧ سرخ پشت فى الفتاوى لصدر الاسلام صاحب المحيط ٧٠٩٨ السرّ الابجدى فى الدرّ الاحمدى ٧٠٩٩ سرّ الابهر فى القمر الازهر ٧١٠٠ سرّ الادب فى مجارى

نظمه سنة ٩٤١ ثم شرحه اوله الحمد لله الذى جعل قلوب العلماء سموات تتجلى فيها شموس

---

res elegantes e dictatis Háfitzi *Abu Táhir Ahmed Ben Mohammed Silefi Isfaháni.* — 7223. Sollem el-hadáset, scala conjecturae de arte physiognomica, auctore *Táj-ed-dín Ali Ben Ahmed Mausili* Shafiita, vulgo *Ibn-eldoreihim* dicto et anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 7224. Sollem el-semá, scala coeli de explicatione figurarum, quam veteres de distantiis et corporibus dederunt, auctore *Ghiyáth-ed-dín Jemshíd Ben Mesúd Káshi*, anno [919 (inc. 9. Mart. 1513)] mortuo. Incipit liber ita: Laus Deo, qui coelum erexit sine columnis etc., et in septem dissertationes et conclusionem divisus est. *Prima dissertatio* agit de prolegomenis, *secunda* de distantiis lunae et planetarum, *tertia* de distantiis solis, *quarta* de distantiis corporum inferiorum, *quinta* de distantiis stellarum, *sexta* de distantia stellarum fixarum, *septima* de distantia corporum stellarum, et conclusio in tabulis versatur. — 7225. El-Sollem El-Moraunec, scala nitens de doctrina logicae. Carmen metro *Rejez* Isagogen complectens, quod Sheikh *Abd-el-rahman Ben Seyyidi Mohammed* Minor (*El-Sughir*) anno 941 (inc. 13. Jul. 1534) composuit et ita orsus est:

Laus Deo, qui prodire jussit

Fructus cogitationum intelligentibus.

Serius sexaginta annos natus commentarium ejus edidit, qui ita incipit: Laus Deo, qui corda virorum doctorum coelos esse voluit, in quibus soles cognitionum splendide

المعارف الخ وعمره احدى وعشرون سنة ٧٢٢٦ سلوان الاحزان ٧٢٢٧ سُلْوان المُطاع فى عُدْوان الطباع لابى عبد الله محمد بن محمد وهو ابو عبد الله محمد بن ابى القاسم بن على القرشى المعروف بابن ظفر المكى حجة الدين النحوى المتوفى سنة ٥٦٨ صنّفه لبعض القوّاد بصقليّة سنة ٥٥٤ اوله امّا بعد فانّ شكر الله سبحانه وتعالى لاسنى الملابس الفاخرة وانّ حمده لاعود لخير الدنيا والآخرة الخ [ثمّ ذيّله فى كراستين] ونظمه تاج الدين ابو عبد الله بن السنجارى المتوفى سنة ٧٩٩ وهو كتاب فى قوانين الحكمة ونوادر اخبار السلاطين من لسان الطيور والوحوش وقد ترجمها جماعة وفى ترجمته بالفارسيّة رياض الملوك فى رياضات السلوك تصرّف صاحبه بتقديم بعض الحكايات وتأخيرها والحاق بعض وقائع السلطان اويس الجلايرى والاصل على خمسة سلوانات فقصّره بالباب المقدّمة فى تعريف الكتاب والباب الاول فى التفويض ونتائجه والثانى فى التأسّى وفوائده والثالث فى الصبر وعوائده والرابع فى الرضاء ومباحثه

apparent etc. — 7226. Solwán el-ahzán, solatium tristitiarum. — 7227. Solwán el-motá' fi odwán el-tibá', solatia a Deo obedientia colendo in malignitate indolis petenda, quae *Abu Abdallah Mohammed Ben Mohammed* sive plenius *Hojjet-ed-dín Abu Abdallah Mohammed Ben Abi'lcásim Ben Ali Coreshi Mekki* Grammaticus, vulgo *Ibn Tzafer* dictus et anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) mortuus, praefecto cuidam Siciliae anno 554 (inc. 23. Jan. 1159) composuit. Incipit ita: Praemissis praemittendis. Gratiae Deo laudato et excelso propter pretiosissima indumentorum praestantium, nam laus ejus maxime conducit ob bona in hac et altera vita etc. [Postea duobus decem foliorum fasciculis scriptum continuavit], et *Táj-ed-dín Abu Abdallah Ben-elsinjári*, anno 799 (inc. 5. Oct. 1396) mortuus, metrice edidit. Continet regulas sapientiae et historias Sultanorum raras linguis avium et bestiarum prolatas. Plures viri librum interpretati sunt, et persica quidem interpretatio inscripta est *Riyádh el-molúk fi riyádhát el-solúk* i. e. Viridaria regum exercitationes in vita spiritali castigatorias continentia. Auctor libero arbitrio plures historias primis cum ultimis mutatis transposuit et nonnullas res gestas Sultani *Oweis Jeláiri* addidit. Archetypum in quinque solatia (*Solwánát*) divisum est, quae interpres in capita contraxit. Praefatio de libri consilio definiendo agit, *caput primum* de devotione, qua quis Dei arbitrio se committit, et fructibus inde natis, *secundum* de consolatione post calamitatem ejusque commodis, *tertium* de patientia et ejus utilitatibus, *quartum* de contento

والخامس في الزهد وعواقبه والخاتمة في احوال الشيخ اويس الجلايرى [وقد ترجمه في زماننا شيخ الاسلام محمد امين افندى بن خليل الاسود المعروف بقره خليل افندى زاده المتوفى سنة ١١٦٨ ترجمة تركيّة لطيفة رحمه الله تعالى] ٧٢٢٨ سلوة الاحباب وترجمة الاصحاب لابى سعيد عبد الكريم بن محمد الحافظ السمعانى المتوفى سنة ٥٦١ ٧٢٢٩ سلوة الاحزان لابى بكر المبارك بن كامل بن ابى غالب الخفاف المتوفى سنة ٧٢٣٠ سلوة الخاطر لابن الحاج محمد بن محمد المتوفى سنة ٧٧٤ ٧٢٣١ سلوة الطالبين في التصوّف للشيخ محمد [ابن عمر الجوينى الصوفى] المعروف بابن حمويه المتوفى سنة [٦١٧] ٧٢٣٢ سلوة الفؤاد في موت الاولاد رسالة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله ذاكرًا شاكرًا مسترجعًا الخ ٧٢٣٣ سلوة في ... لابى الحسن على بن يوسف الصوفى عمّ امام الحرمين المتوفى سنة ٤٦٣ ٧٢٣٤ سلوة في ... للشيخ زين الدين عمر بن

animo ejusque felicitate, *quintum* de abstinentia et exitu ejus secuturo. Conclusio in narrandis rebus Sheikhum *Oweis Jeláiri* spectantibus versatur. [Hoc nostro tempore Sheikh-elislám *Mohámmed Emín Efendi Ben Khalíl El-Aswad*, vulgo *Carah Khalíl Efendizádeh* dictus et anno 1168 (inc. 7. Oct. 1754) mortuus, turcicam ejus interpretationem elegantem edidit]. — 7228. Selwet el-ahbáb we Tarjemet el-as'háb, solatium dilectorum et biographia sociorum, auctore Háfitz *Abu Saïd Abd-el-kerím Ben Mohammed Sim'áni*, anno 561 (inc. 7. Nov. 1165) mortuo. — 7229. Selwet el-ahzán, solatium tristitiarum, auctore *Abu Bekr Mobárek Ben Kámil Ben Abi Ghálib El-Khaffáf*, anno ... mortuo. — 7230. Selwet el-khatir, conditio mentis tranquilla, auctore *Ibn-elháj Mohammed Ben Mohammed*, anno 774 (inc. 3. Jul. 1372) mortuo. — 7231. Selwet el-tálibín, solatium studiosorum de doctrina Suforum, auctore Sheikh *Mohammed* [*Ben Omar Joweini* Sufi], vulgo *Ibn Hamaweih* dicto et anno [617 (inc. 8. Mart. 1220)] mortuo. — 7232. Selwet el-fowád fi maut el-aulád, solatium cordis in morte liberorum. Tractatus *Jelál-ed-dín*i *Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortui, qui ita incipit: Laus Deo invocando, gratias agendo, ad eum in calamitate precibus refugiendo etc. — 7233. Selwet fi ..., solatium de ..., auctore *Abu'l-hasan Ali Ben Yusuf Sufi*, patruo *Imám*i *el-haramein*, anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. — 7234. Selwet fi ..., solatium de ..., auctore Sheikh *Zein-ed-dín*

احمد الشماع الحلبى المتوفى سنة [٩٣٦] ٧٢٣٥ سلوة الهموم لحسام الدين على بن احمد الرازى [الحنفى] المتوفى سنة ٥٩٨ جمعه وقد مات له ولده ٧٢٣٦ سلوة الوحيد لابن النجار محب الدين محمد بن محمود الحافظ البغدادى المتوفى سنة ٦٤٣ ٧٢٣٧ سلوك الخواص لعلى بن احمد البقالى مختصر كالذريعة للراغب ٧٢٣٨ سلوك فى طبقات العلمآء والملوك للقاضى ابى عبد الله يوسف بن يعقوب المعروف بالبهآء الجندى المتوفى سنة جمع فيه غالب علمآء اليمن واضاف اليهم طرفًا من اخبار الملوك الى سنة ثلث وعشرين وسبعمائة واخذ غالب اخبارهم من كتب ابى حفص عمر بن على بن سمرة وكتاب احمد بن عبد الله الرازى وتأريخ صنعآء لابن جرير الصنعانى والمفيد فى اخبار زبيد والباقى من وفيات ابن خلكان اوله الحمد لله الملك العظيم الاول الآخر القديم الخ ٧٢٣٩ سلوك المالك فى تدبير الممالك فى مجلد ٧٢٤٠ سلوك لمعرفة دول الملوك لتقى الدين احمد بن على المقريزى المتوفى سنة ٨٤٥ هو تأريخ

---

*Omar Ben Ahmed El-Shemmá' Halebi*, anno [936 (inc. 5. Sept. 1529)] mortuo. — 7235. Selwet el-homúm, solatium sollicitudinum, quod *Hosám-ed-dín Ali Ben Ahmed Rázi* [Hanefita], anno 598 (inc. 1. Oct. 1201) mortuus, filio morte erepto collegit. — 7236. Selwet el-wehíd, solatium solitarii, auctore Háfitz *Mohibb-ed-dín Mohammed Ben Mahmúd Baghdádi*, vulgo *Ibn-elnejjár* dicto et anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. — 7237. Solúk el-khawáss, via procerum, auctore *Ali Ben Ahmed Beccáli.* Compendium libro *Dzeríat* a *Rághib* edito simile. — 7238. Solúk fi tabacát el-olamá we el-molúk, incessus de classibus virorum doctorum et principum. Cádhi *Abu Abdallah Yusuf Ben Yacúb El-Jondi*, vulgo *Behá-ed-dín* dictus et anno ... mortuus, hic plurimos viros Yemanae doctos collegit, iisque partem historiarum principum usque ad annum 723 (inc. 10. Jan. 1323) addidit. Petiit autem maximam historiarum eorum partem ex libris *Abu Hafsi Omar Ben Ali Ben Samora* et *Ahmedis Ben Abdallah Rázi*, historia *Sanáae* ab *Ibn Jerír San'anensi* edita, *Mofíd fi akhbár Zebíd*, et cetera, quae restant, e Mortibus *Ibn Khallikáni*. Incipit ita: Laus Deo, regi magno, primo, ultimo, aeterno etc. — 7239. Solúk el-málik fi tedbír el-memálik, via regnantis de administrandis regnis. Volumen. — 7240. Solúk li ma'rifet dowel el-molúk, incessus ad cognitionem dynastiarum regum, auctore *Tacki-ed-dín Ahmed Ben Ali Macrízi*, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. Historia magna

كبير مرتّب على السنين من سنة سبع وسبعين وخمسمأئة الى سنة اربع واربعين وثمانمأئة في عدّة مجلّدات يشتمل على ذكر ما وقع من الحوادث الى يوم وفاته اوله قل اللّهم مالك الملك الآية الخ ذكر فيه انّه لمّا اكمل كتاب عقد جواهر الاسفاط وكتاب اتّعاظ الحنفاء وهما يشتملان على ذكر من ملك مصر من الامرآء والخلفآء وما كان في ايّامهم من الحوادث منذ فتحت الى ان زالت الفاطميّة اراد ان يصل ذلك بذكر من ملك مصر بعدهم من الاكراد والاتراك والجراكسة غير معين فيه بالتراجم والوفيات فانّه افرد فيه كتابًا اخر وذيّله الامير جمال الدين يوسف بن تغرى بردى القاهرى [المتوفى سنة ٨٧٤] من سنة اربع وخمسين وثمانمأئة الى اخر سنة ستين وثمانمأئة وسمّاه حوادث الدهور والايّام والشهور اوله الحمد لله مدبّر الدهور ومدوّل الايّام والشهور الخ قال لمّا كان شيخنا المقريزى اتقن من حرر تأريخ الزمان واجلّ تحف اخترعها كتاب السلوك قد انتهى فيه الى اواخر سنة اربع واربعين وثمانمأئة وهى التى توفى فيها ولم يأت بعده من يعوّل عليه في هذا الفنّ الّا الشيخ

secundum annos ab anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) ad annum 844 (inc. 2. Jun. 1440) disposita et pluribus voluminibus constans, quae descriptionem eorum comprehendunt, quae usque ad diem mortis auctoris acciderunt, et incipiunt ita: „Dic, o Deus, possessor regni“ et quae in versu Corani sequuntur. Narrat ibi, cum libros *Icd jewáhir el-askát* et *Ittiátz el-honafá* absolvisset, qui Emiros et Khalifas in Aegypto imperium tenentes et ea recensebant, quae eorum tempore a terra expugnata inde usque ad excidium dynastiae Fatemidarum acciderant, hic se cum illis Curdos, Turcas et Circassios conjungere voluisse, qui post illos Aegypti imperium tenuerunt, ita tamen, ut biographias et mortes virorum spectatorum omitteret, quas in alio singulari libro separatim narrasset. Librum Emirus *Jemál-ed-dín Yusuf Ben Taghri-berdi Cáhiri*, [anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuus] per tempus, quo vixit, ab anno 854 (inc. 11. Febr. 1450) ad anni 860 (inc. 11. Dec. 1455) finem continuavit, et hanc appendicem *Hawádith el-dohur we el-ayyám we el-shohúr* inscripsit. Incipit ita: Laus Deo tempora moderanti et dies mensesque per periodos convertenti etc. Cum, inquit, Sheikh noster *Macrízi* fide dignissimus inter eos esset, qui historiam temporis scripserunt, et maxime rebus oblatis emineret, quae primus in libro *Solúk* narraverat, ubi ad finem anni 844 (inc. 2. Jun. 1440), quo mortuus est, pervenerat, neque post eum quisquam veniret, qui in hac disciplina ad eum recurreret, nisi Sheikhus

بدر الدين محمود العينى فنظرت فيما عمله فى تلك الايام فاذا به كثير الغلطات والاوهام لكبر سنّه واختلاط ذهنه بحيث انّه لا يمكن الاستفادة منه آلّا بعد تعب لاختلاف الضبط وعدم التحرير فاجبت ان اكتب تأريخًا يعقب موت الشيخ وجعلته كالذيل على السلوك وسمّيته حوادث الدهور فى مدّة الايّام والشهور لكن لم اسلك فيه طريق الشيخ فى تطويل الحوادث فى السنة وقصر التراجم فى الوفيات بل اوسعت فى التراجم لتكثير الفائدة من الطرفين وما وجدته مختصرًا من التراجم فراجع الى المنهل الصافى فانّى هناك شفيت الغليل ٧٢٤١ سليمان نامه تركى منظوم لمولى احمدى الكرميانى مات سنة ٨١٥ ولادآئى فارسى ايضا اوله

بنام خداى كه از كلك كن

٧٢٤٢ سليمان نامه تركى منظوم لشمس الدين احمد بن محمد السيواسى ٧٢٤٣ سليم نامه [لادآئى] فارسى عدد ابياته سبعة عشر وخمسمائة وسبعة آلاف ٧٢٤٤ سليم نامه تركى لاسحق

---

*Bedr-ed-dín Mahmúd Aini*, et his diebus ea inspexissem, quae conscripserat, et cum multi errores et falsae opiniones propter ejus aetatem provectam et mentis perturbationem irrepsissent, ita ut nulla utilitas inde capi posset nisi multa opera propter diversam orthographiam et neglectam recognitionem diligentem, historiam scribere temporis mortem Sheikhi sequentis haud recusavi, et eam quasi appendicem esse volui ad opus *Solúk*. Nominavi eam *Hawádith el-dohúr fi moddet el-ayyám we el-shohúr*, rationem tamen Sheikhi in eventis singulorum annorum longius enarrandis et biographiis mortuorum nimis breve tractandis non secutus sum, imo potius, ut major inde duplici ratione redundaret utilitas, longus fui in biographiis describendis, et ubi biographias breviores invenis, ibi ad *El-Menhel El-Sáfi* confuge; hic enim infirma tantum sanare studui. — 7241. Soleimán-námeh, liber *Soleimáni*. Carmen turcicum, auctore Molla *Ahmedi Kermiyáni*, anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuo. Carmen persicum ejusdem tituli *Adáyi* edidit, quod ita incipit:

Nomine Dei, qui ex calamo facit.

7242. Soleimán-námeh, liber *Soleimáni*. Carmen turcicum, auctore *Shems-ed-dín Ahmed Ben Mohammed Siwási*. — 7243. Selím-námeh, liber *Selími* ab *Adáyi* septem millibus quingentis et septendecim versibus compositus. — 7244. Selím-námeh, liber *Selími* turcice editus ab *Is'hac Ben Ibráhím Oskúbi*, anno ... mortuo,

ابن ابراهيم الاسكوبي المتوفى سنة وقد ذكرناه فى باب التأريخ وللمولى سعد الدين ابن حسن المعلّم السلطانى ايضا

٧٢٤٥ علم السمآء والعالم

فوآئد ٧٢٤٦ سمات الخطّ ورقومه لعلى بن ابراهيم البغدادى وهو طويل الذيل كثير الشعب حقّقها كثير من الائمّة بالتصنيف كالقاضى ابى الطيّب الطبرى وابى منصور البغدادى وطوآئف آخرهم الادفوى فاجاد سمّاه الاقناع ولخّصه ابو حامد القدسى ٧٢٤٧ السماح فى اخبار الرماح لجلال الدين السيوطى ذكره فى فهرس موئفاته فى فنّ الحديث ٧٢٤٨ مسئلة السماع من جملة ما اختلف فيه اهل الظاهر والباطن فكتبوا اجوبة منها رسالة الشيخ العالم الزاهد عماد الدين ابى العباس احمد بن ابراهيم الواسطى [ الشافعى المتوفى سنة ٦٩٤ ] مشتملة على فصول حاصل كلامه انّه بدعة ظهرت بعد المأتين ببغداد وقد تكلّم فيه الشافعى وانكر

cujus opus jam supra in capite *Taríkh* commemoravimus, et a Molla *Sa'd-ed-din Ibn Hasan* Sultani praeceptore. —

7245. Ilm el-semá we el-álem. Doctrinae coeli et mundi,

ubi varia ad discendum utilia proferuntur. — 7246. Simát el-khatt we rocúmoho, notae scripturae ejusque signa, auctore *Ali Ben Ibráhím Baghdádi.* Hic liber ad longas dissertationes excitat et multam opinionum copiam praebet. Plures Imami in singularibus scriptis eum recognoverunt, ut Cadhi *Abu'ltayyib Taberi*, *Abu Mansur Baghdádi* et diversi alii, quorum ultimus *Adfewi* fuit, qui rem bene gessit librumque *El-Icná'* inscripsit. Potiora ejus *Abu Hámid Codsi* in epitomen coegit. — 7247. El-Simáh fi akhbár el-rimáh, liberalitas de notitiis lancearum, auctore *Jelál-ed-din Soyúti*, qui tractatum in scriptis indicis traditionariis commemorat. — 7248. Mes'alet el-simá', quaestio de musica, quae ad eas pertinet, de quibus interioris sensus et experientiae exterioris asseclae varias sequuntur opiniones et ad quas responsa scripserunt. In his numerantur Sheikh doctus et asceta *Imád-ed-din Abu'labbás Ahmed Ben Ibráhím Wásiti* [Shafiita, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuus], cujus tractatus sectiones continet. Summa eorum, quae dicit, est haec. Musica res nova est, quae post saeculum secundum Bagdadi originem habuit. *Sháfii* quoque de ea verba fecit, et qui illo tempore rem musicam vel tractabant vel

عليهم فى هذا العصر وفيه البلغة والاقناع فى حلّ شبهة مسئلة السماع للشيخ عماد الدين ورسالة للشيخ قطب الدين ابى الخير محمد الخيضرى الشافعى مفتى الشأم [ المتوفى سنة ٨٩٤ ] ذكر فيها انّه لم يرد فى تحريمه واباحته نصّ صحيح صريح والعلمآء اختلفوا فى استماع الغنآء بالالحان على وجوه وهى مسئلة طويلة الذيل اختلفت فيها الآرآء وتباينت الاقوال حتى خصّها كثير من المتقدّمين بالتصنيف كالقاضى ابى الطيّب والعلّامة ابى محمد ابن قتيبة والاستاد ابى منصور البغدادى وعبد الملك بن حبيب المالكى وابى محمد بن حزم والحافظ ابى عبد الله بن طاهر وآخرين ومن المتأخّرين كمال الدين جعفر الادفوى وشمس الدين محمد ابن قيم الجوزية والحافظ عماد الدين ابن كثير وفيه كشف القناع عن مسئلة السماع للطرسوسى ٧٢٤٩. سمت الوصول الى علم الاصول مختصر على مقدّمة وبابين وخاتمة لحسن الكافى [ البسنوى ] الاقحصارى الّفه فى حدود سنة الف وتوفى سنة خمس وعشرين والف ثمّ شرحه شرحًا ممزوجًا لطيفًا اوله الحمد لله الذى هدانا لبابه بكتابه الخ ٧٢٥٠. السمط

---

amabant, eos vehementer reprehendit. Eandem rem tractant liber *El-Bulghet we El-Icná'* de solvenda dubitatione in quaestione de musica, auctore Sheikh *Imád-ed-dín*, et tractatus, quem Sheikh *Cotb-ed-dín Abu'lkheir Mohammed Kheidhari* Shafiita, Syriae Mufti [anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuus], edidit. Hic nullum dicit de quaestione, utrum musica licita sit an illicita, inveniri textum perfectum et disertum: et viri docti varia statuunt de carminibus diversis rationibus modulate canendis. Haec quoque quaestio magnam disserendi copiam praebet, et diversae sunt de ea opiniones et statuta contraria, ut plures veterum auctorum hanc materiem scriptis peculiaribus tractarent, ut Cadhi *Abu'ltayyib*, doctissimus *Abu Mohammed Ibn Coteiba*, magister *Abu Mansúr Baghdádi*, *Abd-el-melik Ben Habíb* Malikita, *Abu Mohammed Ben Hazm*, Háfitz *Abu Abdullah Ben Táhir* et alii, et inter recentiores *Kemál-ed-dín Jafar Adfewi*, *Shems-ed-dín Mohammed Ben Cayyim-eljauziyet*, et Háfitz *Imád-ed-dín Ibn Kethír*. De eadem re agit liber *Kashf el-ckiná' an mes'alet el-simá'* a *Tarsúsi* editus. — 7249. Semt el-wosúl ila ilm el-osúl, via ad doctrinam principiorum perveniendi. Compendium in praefationem, duo capita et conclusionem divisum, et ab *Hasan Káfi* [*Bosnewi*] *Ac'hisári* circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1091) compositum est. Obiit auctor anno 1025 (inc. 10. Jan. 1616), postquam commentarium elegantem edidit, qui textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui nos ad portam suam libro suo ducit etc. — 7250. El-Simt

الثمين في مناقب امّهات المؤمنين لمحبّ الدين احمد بن عبد الله الطبري المتوفى سنة ٦٩٤ في مجلّد ٧٢٥١ سمط الصدور وجاذبة النور للشيخ ابى بكر محمد بن عبد الله الموصلى الشيبانى ٧٢٥٢ سمط العقود في مدح سرّ الوجود قصيدة لاحمد الخلوتى المالكى المتوفى سنة اولها

وممّا شجى قلبى واسبل عبرتى
تألّق برق في غمام بامحمّها

٧٢٥٣ سمط العلى للحضرة العليا تأريخ كرمان فارسى لناصر الدين المنشى الكرمانى رئيس الكتّاب في ديوان التركان وهى السلطان المسمّاة بتركان خاتون حاكمة كرمان وما والاها من البلدان كتبه الى آخر دولة قره خطائى ثمّ ذيّل بوقعته مع الجوجرى نائب السلطان ابى سعيد محمد في سنة ٧١٥ ٧٢٥٤ سمط الفوائد في الفقه في ثلاث مجلّدات لامين الدين مظفر بن محمد التبريزى المتوفى سنة ٦٢١ ٧٢٥٥ سمط اللآلئ في امضاءات الموالى رسالة جمعها احمد المنشى

El-Thamin, filum margaritarum pretiosum de virtutibus matrum virorum fidelium, auctore *Mohibb-ed-din Ahmed Ben Abdallah Taberi*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo. Volumen. — 7251. Simt el-sodúr we Jádzibet el-núr, lorica pectorum et vis luminis attractoria, auctore Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Mausili Sheibáni*. — 7252. Simt el-ocúd, filum monilium colli de laude arcani existentiae, auctore *Ahmed Khalweti* Malikita, anno . . . mortuo. *Casída*, quae ita incipit:

Unde cor meum moerore pressum est et lacrymae multae profunduntur,
Fulgur fulminis est in nubibus vehementer ardentibus.

7253. Simt el-olá, filum celsitudinis margaritis ornatum et majestati regiae summae oblatum. Historia Karamaniae, quam *Násir-ed-din Kermáni* secretarius, scribarum in praeses concilio dominae *Turkán*, quae regina, *Turkán Khátún* dicta, princeps fuit femina Karamaniae et provinciarum huic terrae adjacentium, usque ad finem imperii *Carah Khatáyi* composuit et postea continuavit conflictione addita, quam cum *Jauheri*, Sultani *Abu Said Mohammed* praefecto, anno 715 (inc. 7. Apr. 1315) habuit. — 7254. Simt el-fewaid, filum statutorum utilium pretiosum de jurisprudentia. Tria volumina, auctore *Emin-ed-din Motzaffer Ben Mohammed Tebrizi*, anno 621 (inc. 24. Jan. 1224) mortuo. — 7255. Simt el-leali, filum margaritarum pretiosum de mandatis judicum. Tractatus, quem *Ahmed Mansuri* secretarius, socius

المنصوری في سنة ١٠٣٧ ملازم المولى اسعد افندى اوله الحمد لله الذى حلّى نحور الادبآء بشذور النخ

٧٢٥٦ سمع الادلّة في النحو لابی البركات [عبد الرحمن] ابن الانباری المتوفى سنة [٥٧٧]

٧٢٥٧ سمع الظهير في جمع الظهير فارسى لظهير الدين محمد بن على الكاتب السمرقندى

٧٢٥٨ سمع الكيان من كتب الطبيعيّات لاسكندر الافروديسى وهو لخّص فيه كتاب ارسطو كان في زمن ملوك الطوآئف بعد اسكندر بن فيليفوس وهى ثمان مقالات الموجود من تفسير المؤلّف له المقالة الاولى ونقلها ابو الروح الصابى واصلح هذا النقل يحيى بن عدى ونقل المقالة الثالثة منها حنين بن اسحق من اليونانى الى السريانى ونقلها يحيى ابن عدى من السريانى الى العربى واما المقالة الرابعة فسّرها في ثلاث مقالات والموجود منها المقالة الاولى والثانية وبعض الثالثة ونقل ذلك قسطا بن لوقا والمقالة الخامسة نقلها قسطا ابن لوقا وترجم السابعة ايضا واما من فسّر فجماعة من فلاسفة متفرّقين يوجد تفسير فرفوريوس للاولى والثانية والثالثة والرابعة فعل ذلك بسيل ولابى بشر متى نقل تفسير

---

Mollae *As'ad Efendi* assiduus, anno 1037 (inc. 2. Sept. 1627) collegit, et ita orsus est: Laus Deo, qui jugula humanitatis studiosorum sphaerulis ornavit etc. — 7256. Sam'o' el-adillet, auditio argumentorum de syntaxi, auctore *Abu'lberakát* [*Abd-el-rahman*] *Ibn-elanbári*, anno [577 (inc. 17. Mai. 1181)] mortuo. — 7257. Sam'o' el-tzahir fi jami'i' El-Tzahir, auditio adjutoris in sylloge *Tzahír-ed-díni*, auctore *Tzahír-ed-dín Mohammed Ben Ali Samarcandi* Scriba. Persice. — 7258. Sam'o' el-kiyán, physica auscultatio, quae ad libros de historia physica pertinet et Alexandrum Aphrodisiensem auctorem habet. Potiora hic dedit e libro Aristotelis, et regnantibus post Alexandrum Philippi filium variarum gentium principibus floruit. Sunt octo libri, et qui ex interpretatione auctoris invenitur, liber primus est, quem *Abu'lruh Sábi* convertit, et hanc versionem *Yahya Ben Adi* recognitam edidit. Librum tertium *Honein Ben Is'hac* ex graeco sermone in syriacum transtulit, et *Yahya Ben Adi* ex syriaco in arabicum. Librum quartum Alexander tribus dissertationibus interpretatus est, quarum prima et secunda et pars tertiae exstat; has *Costá Ben Lucá* transtulit. Librum quintum idem *Costá Ben Lucá* convertit, et pariter septimum verbis circumscripsit. Porro plurimi philosophi diversi generis opus interpretati sunt; ita certe invenitur interpretatio libri primi, secundi, tertii et quarti a Porphyrio edita. Idem fecit *Basilius*. Deinde *Abu Bishr*

ثامسطيوس بالسرياني وفسّر ابو احمد بن كرنيب بعض المقالة الاولى والرابعة وهو الى الكلام في الزمان وفسّر ثابت بن قرّة بعض المقالة الاولى وترجم ابراهيم بن الصلت الاولى ولابي الفرج قدامة بن جعفر بن قدامة تفسير بعض المقالة الاولى وفسّره بكماله ثامسطيوس على سبيل الجوامع ثم يبسط القول فيه وفسّره يحيى النحوي ونقل من الرومي الى العربي وهو كتاب كبير في عشر مجلّدات ولابن السمح على هذا الكتاب شرح كالجوامع وقد شرحه جماعة بعدها من الفلاسفة الاسلاميّة وغيرهم ممّن يطول ذكرهم كذا في نوادر الاخبار ٧٢٥٩ سندباد نامه فارسي لشمس الدين محمد بن علي بن محمد الدقايقي المروزي المتوفى سنة اوله الحمد والثنى مكرمي را كه از حجله شب تار حجره عاشقان بر واجب الخ وترجمه بلغة النوائي افتخار الدين محمد البكري القزويني وقيل لظهير الدين محمد بن علي الكاتب القزويني كتاب موسوم بهذا الاسم ورأيت بخطّ بعض العلماء انّه للحكيم الازرقي شاعر من شعرآء طوغانشاه ملك نيسابور وهو من جملة مؤلّفاته ومنشآته باسمه كذا ذكره البناكيتي في

*Matta* Themistii interpretationem syriace vertit, et *Abu Ahmed Ben Kerníb* partem libri primi et quarti eamque usque ad caput de tempore interpretatus est. Eodem modo *Thábit Ben Corra* partem libri primi interpretatus est, et *Ibrahím Ben-elsalt* librum primum latius et uberius convertit. *Abu'lfaruj Codáma Ben Jafar Ben Codáma* partem libri primi interpretatus est, totum librum autem Themistius ita, ut argumentum sententiis copiosioribus, at verbis brevioribus comprehenderet. Porro ejus interpretationem *Yahya* Grammaticus edidit et e graeca lingua in arabicam transtulit, unde magnus liber decem voluminum ortus est, in quem *Ibn-elsamh* commentarium scripsit ad modum aphorismatum. Post hos plures philosophi Islamici aliique opus commentati sunt, quos recensere nimis longum esset. — Ita quidem in *Newádir el-akhbár* legitur. — 7259. Sindbád-námeh, liber *Sindbádi*, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Decáicki Merwerúdi*, anno ... mortuo. Historia ficta persice scripta, quae ita incipit: Laus et gloria honorando, qui e velo noctis obscurae amantium cellam per etc., et ab *Iftikhár-ed-dín Mohammed Bekri Cazwíni* in dialectum poetae *Newáyi* conversa est. Ut alii volunt, *Tzahír-ed-dín Mohammed Ben Ali Cazwíni* Scriba (*Kátib*) librum scripsit hoc titulo ornatum, et ab aliquo viro docto manu sua scriptum legi, opus *Ezrecki* medico et poetae ad aulam *Tughansháh*i Nisaburae principis tribuendum esse. Certe, ut *Binákiti* in Historia testatur, inter hujus opera et scripta elegantia liber tituli ejus-

تاريخه وفيه انّ سندباد نامه للازرقى فى المواعظ والنصائح ومن جملة مؤلّفاته كتاب الفيّة وشلفيّة لفتح رجوليّة هذا الملك. ٧٢٦٠ سندر عولام كتاب لليهود وتفسيره سند العالم الكبير ذكروا فيه العدد والتواريخ ٧٢٦١ سنن ابن ماجه فى الحديث وهو ابو عبد الله محمد بن [يزيد بن] ماجه القزوينى المتوفى سنة ٢٧٣ وهو السادس من الكتب الستة عند البعض وشرح قطعة منه فى خمس مجلّدات للحافظ علآء الدين مغلطاى ابن قليج المتوفى سنة ٧٦٢ وجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ تمامًا سمّاه مصباح الزجاجة على سنن ابن ماجه اوله الحمد لله ذى الجلال والاكرام الخ وشرحه الحافظ برهان الدين ابراهيم بن محمد الحلبى سبط ابن العجمى المتوفى سنة ٨٤١ وشرحه الشيخ كمال الدين محمد بن موسى الدميرى الشافعى مات سنة ٨٠٨ فى نحو خمس مجلّدات وسمّاه الديباجة مات قبل تحريره وشرح الشيخ سراج الدين عمر بن على ابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ زوآئده على الخمسة اعنى الصحيحين وابى داود والترمذى والنسآئى فى ثمان مجلّدات وسمّاه ما تمسّ

modi numeratur. *Sindbád-námeh* ab *Ezrecki* compositum continere dicit paraenetica et bona consilia. In ejusdem scriptis liber *Alfíyet* et *Shelfíyet* invenitur, quem ad virilitatem illius principis juvandam composuit. — 7260. Sandar ulám i. e. custos mundi. Liber Judaeorum, qui arabice refugium mundi magnum significat. Commemorantur ibi numeri et aerae. — 7261. Sonen Ibn Májeh, dicta factaque Mohammedis. Codex traditionum sextus, ut nonnulli statuunt, quem *Abu Abdallah Mohammed* [*Ben Yezíd*] *Cazwini*, vulgo *Ibn Májeh* dictus et anno 273 (inc. 8. Jun. 886) mortuus, collegit. Partem ejus quinque voluminibus commentatus est Háfitz *Alá-ed-dín Maghletái Ibn Chilíj*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, totum autem *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, in libro *Misbáh el-zojájet ala Sonen Ibn Májeh*, qui ita incipit: Laus Deo majestate et generositate praedito etc. Commentarios porro ediderunt Háfitz *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Mohammed Halebi*, vulgo *Sibt Ibn-elajemi* dictus et anno 841 (inc. 5. Jul. 1437) mortuus — Sheikh *Kemál-ed-dín Mohammed Ben Musa Demíri* Shafiita, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuus, cujus liber *Díbájet* inscriptus quinque circiter volumina complectitur; auctor vero obiit, antequam eum rescripserat — Sheikh *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolacckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, qui additamenta codicis ad quinque cetera traditionum corpora canonica, utrumque *Sahíh*, *Abu Dawud*i, *Tirmidzí*i et *Nesáyí*i octo voluminibus explicuit, et librum, cujus compositionem mense Dzi'lca'det

اليه الحاجة على سنن ابن ماجه والحق فى خطبته بيان من وافقه من بقى الائمة الستة مع ضبط المشكل فى الاسماء والكنى وما يحتاج اليه من الغرائب مما لم يوافق الباقين ابتدآءوه فى ذى القعدة سنة ثمنمائة وشرحه الشيخ ابو الحسن السندى بن عبد الهادى المدنى المتوفى سنة ١١٣٩ وهو شرح لطيف بالقول وفرغ فى الشوال من التى تليها ٧٢٦٢ سنن ابن حبان الحافظ ورتبه على بن بلبان الفارسى ترتيبًا حسنًا وتوفى سنة ٧٣٩ ٧٢٦٣ سنن ابى داود سليمان ابن اشعث السجستانى المتوفى سنة ٢٧٥ قال كتبت عن رسول الله صلى الله عليه وسلم خمسمائة الف حديث انتخبت ما ضمنته وجمعت فى كتابى هذا اربعة آلاف حديث وثمانية احاديث فى الصحيح وما يشبهه ويقاربه ويكفى الانسان لدينه من ذلك اربعة احاديث احدها انما الاعمال بالنيات والثانى من حسن اسلام المرء تركه ما لا يعنيه والثالث لا يكون المؤمن مؤمنًا حتى يرضى لاخيه ما يرضاه لنفسه والرابع الحلال بين والحرام بين وبين ذلك مشتبهات كذا فى مفاتيح الدجا شرح المصابيح قال ابن السبكى فى طبقاته

anni 800 (inc. 21. Sept. 1397) incepit, *Ma tamoss ileihi el-hájet ala Sonen Ibn Májeh* inscripsit. In praefatione ceteros inter Imamos sex accuratius describit, qui cum eo consentiunt, orthographia nominum et cognominum difficiliore rebusque singularibus additis, quibus opus est ex iis, quae cum ceteris non consentiunt — denique Sheikh *Abu'lhasan Sindi Ben Abd-el-hádi Medeni*, anno 1139 (inc. 18. Aug. 1726) mortuus, cujus commentarius elegans ea textus verba tantum adjecta habet, quae explicat, et mense Shewwál anni mortem auctoris praecedentis absolutus est. — 7262. **Sonen Ibn Habban**, traditionum corpus ab Hafitz *Ibn Hubbán* collectum, quod *Ali Ben Bolbán Fárisi*, anno 739 (inc. 20. Jul. 1338) mortuus, egregie disposuit. — 7263. **Sonen Abi Dawud**, traditionum corpus, ab *Abu Dawud Soleimán Ibn Ashath Sejestáni*, anno 275 (inc. 16. Mai. 888) mortuo, collectum. Scripsi, ait, quingenta millia traditionum a propheta acceptarum: ex iis selegi potiora, quae comprehendi, et in hoc meo libro quatuor millia et octo traditiones congessi, quas probas duxi, vel quae his similes sunt vel propius ad eas accedunt: ex his tamen quatuor homini religioso sufficiunt. *Prima* haec est: Facta tantum ex animi consiliis cernuntur — *secunda*: Bonum rectae viri fidei signum est ea mittere, quae ei non curae sunt — *tertia*: Fidelis non est fidelis, donec benevole fratri concedit, quod sibi ipsi concedit — *quarta*: Quod licitum est, liquet, itemque quod illicitum est, et inter utrumque res dubiae sunt. Ita in *Mefatih el-doja* legitur, qui commentarius operis *Mesábih* est. *Ibn-elsobki* in suis *Tabacát*: Haec sylloge, inquit, in codicibus fidei

وهى من دواوين الاسلام والفقهاء لا يتحاشون من اطلاق لفظ الصحيح عليه وعلى سنن الترمذى لا سيما سنن ابى داود السجستانى وقد اختصره زكى الدين عبد العظيم بن عبد القوى الحافظ المنذرى المتوفى سنة ٦٥٦ وسمّاه المجتبى والّف السيوطى عليه كتابا سمّاه زهر الربى على المجتبى وله عليه حاشية ايضا وهذّب محمد بن ابى بكر المعروف بابن قيم الجوزية الحنبلى توفى سنة ٧٥١ وشرحه ابو سليمان حمد بن ابراهيم الخطابى وسمّاه معالم السنن توفى سنة ٣٨٨ اوله الحمد لله الذى هدانا لدينه واكرمنا بسنّة نبيه صلعم الخ لخّصه الحافظ شهاب الدين ابو محمود احمد بن محمد بن ابراهيم المقدسى مات سنة ٧٦٥ وسمّاه عجالة العالم من كتاب المعالم وشرحه السيوطى ايضا وسمّاه مرقات الصعود الى سنن ابى داود وشرح الشيخ سراج الدين عمر بن على ابن الملقن الشافعى مات سنة ٨٠٤ زوآئده على الصحيحين فى مجلّدين وولى الدين العراقى والشيخ شهاب الدين احمد بن حسين الرملى المقدسى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٤ وشرحه قطب الدين ابو بكر بن احمد بن دعين اليمنى الشافعى المتوفى سنة ٦٥٢

---

islamicae est, et jurisperiti non abstinent, eas probas (*Sahih*) non minus in universum appellare quam syllogen *Tirmidzii Sonen* inscriptam, praecipue autem *Sonen Abu Dawudi*. Haec ille. — Hujus librum Hafitz *Zeki-ed-din Abd-el-atzim Ben Abd-el-cawi Mondziri*, anno 656 (inc. 8. Jan. 1258) mortuus, in epitomen coegit *Mujtebá* nominatam, ad quam *Soyúti* librum scripsit *Zahr el-robá ala El-Mujtebá* appellatum. Idem glossas edidit, et *Mohammed Ben Abi Bekr* Hanbalita, vulgo *Ibn Cayyim-eljauziyet* dictus et anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuus, eam recognovit et correxit. Commentarios in *El-Sonen* scripserunt *Abu Soleimán Hamd Ben Ibrahím Khattábi*, anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuus, cujus commentarius *Meálim El-Sonen* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo, qui nos ad religionem suam duxit et Sunna prophetae sui honoravit etc. Potiora hujus commentarii excerpsit Háfitz *Shehâb-ed-dín Abu Mahmúd Ahmed Ben Mohammed Ben Ibráhím Mocaddesi*, anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus, epitomenque *Ijálet el-alim min kitáb El-Meálim* nominavit — *Soyúti*, qui commentarium *Mireát el-soud ila Sonen Abi Dawud* inscripsit — Sheikh *Siráj-ed-dín Omar Ben Ali Ibn-elmolacckin* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, qui additamenta ejus ad utrumque *Sahih* duobus voluminibus explicuit, pariterque *Weli-ed-din Irácki* et Sheikh *Shehâb-ed-din Ahmed Ben-elhosein Ramli Codsi* Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus. — Porro *Sonen Abu Dawudi* commentati sunt *Cotb-ed-dín Abu Bekr Ben Ahmed Ben Daín Yemeni* Shafiita, anno 652 (inc. 21. Febr. 1254)

فى اربع مجلّدات كبار وشرحه ابو زرعة احمد بن عبد الرحيم العراقى مات سنة ٨٢٦ كتب منه سبع مجلّدات الى اثنآء سجود السهو واطال فيه وشرحه الحافظ علآء الدين مغلطاى ابن قليج مات سنة ٧٦٢ ولم يكمّله وشرحه الخطّابى وسمّاه معالم السنن ذكر فى شرحه للبخارى كان معظم القصد من ابى داود فيه جمع بيان السنن والاحاديث الفقهيّة ولابن قيّم الجوزيّة شرح مختصر السنن المذكورة ذكر انّ الحافظ زكى الدين المنذرى قد احسن فى اختصره فهذّبته نحو ما هذّب هو به الاصل وزدت عليه من الكلام على علل سكت عنها اذ لم يكملها وتصحيح احاديث والكلام على متون مشكلة لم يفتح معضلها وبسط الكلام على مواضع لعلّ الناظر لا يجدها فى كتاب سواه قال فى رسالته التى ارسلها الى من سأله عن اصطلاحه فى كتابه ذكرت فيه الصحيح وما يشبهه ويقاربه وما فيه وهن شديد بيّنته وما لا يقيم منه فصالح وبعضها اصحّ من بعض انتهى واشتمل هذا الكلام على خمسة انواع الاول

mortuus, cujus commentarius quatuor volumina magna continet — *Abu Zar'a Ahmed Ben Abd-el-rehím Irácki*, anno 826 (inc. 15. Dec. 1422) mortuus, qui septem tantum volumina sui commentarii, ubi uberius disputavit et fusius, scripsit usque ad caput medium de negligentia in adoratione *Sojúd* commissa — Háfitz *Alá-ed-dín Maghletái Ben Ckilij*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, qui commentarium non absolvit — *Khattábi*, qui commentarium *Meálim El-Sonen* inscripsit, et in commentario ad *Bokhári*: *Abu Dawud*, inquit, studuit praecipue facta et traditiones propheticas colligere, quae jurisprudentiam spectant. *Ibn Cayyim-eljauziyet* commentarium epitomae libri *Sonen* laudati edidit, et: *Zeki-ed-dín Mondziri*, inquit, egregie versatus est in sua epitome, quam ego correxi, sicuti ille archetypum correxerat, iisque quae dixerat nova de affectionibus traditionum addidi, quas tacuerat, cum eas non absolvisset, et correctio traditionum et dissertatio de textibus difficilioribus neglectas non aperiret, at longius de locis disputavit, quos lector vix in alio libro praeter hunc inveniet. In literis, quas ad quendam misit, qui eum de terminologia verborum, qua in libro usus esset, rogaverat: Distinxi ibi, inquit, traditiones *Sahih* i. e. probas, et quae his similes sunt, et proxime ad eas accedunt, et in quibus debilitas fortior apparet, quam bene demonstravi, et quae inter eas non intelliguntur, et tamen ad argumentandum aptae sunt, aliae autem aliis probiores esse possunt. — Haec ille. — Haec verba quinque genera comprehendunt, quorum primo traditiones

الصحيح ويجوز ان يريد به الصحيح لذاته والمعنى شبهه ويمكن ان يريد به الصحيح لغيره والثالث مقاربه ويحتمل ان يريد به الحسن لذاته والرابع الذي فيه وهن شديد وقوله وما لا يقيم منه الذي فيه وهن ليس بشديد فهو قسم خامس فان لم يعتضد كان صالحا للاعتبار فقط وان اعتضد صار حسنًا لغيره اي للهيئة المجموعة وصلح للاحتجاج وكان قسمًا سادسًا انتهى من حاشية البقاعي على شرح الالفيّة قال ابن كثير في مختصر علوم الحديث انّ الروايات لسنن ابي داود كثيرة يوجد في بعضها ما ليس في الاخرى وشرحه شهاب الدين ابو محمد احمد بن محمد بن ابراهيم بن هلال المقدسي من اصحاب المزي مات بالقدس سنة ٧٦٥ وسمّاه انتهاء السنن واقتفاء السنن اوله الحمد لله الذي ارسل رسوله بالهدى الخ وشرح قطعة منه العلّامة بدر الدين محمود بن احمد العيني الحنفي مات سنة ٨٥٥ [وشرحه ابو الحسن السندي المذكور آنفًا في سنن ابن ماجه وهو شرح لطيف بالقول] ٧٢٦٤ سنن ابي

probae (*sahih*) continentur, quibus fortasse eas significat, quae per se probae et sanae sunt, secundo eae, quae illis similes sunt, quibus eas significare potest, quae ob alias caussas probas esse vult: tertium eas comprehendit, quae ad illas proxime accedunt, et fortasse his eas significat, quae per se probabiles sunt, quartum eas, quibus debilitas major inest, et quas dicit non intelligi ex iis, quibus debilitas major non insit, hae quintam classem constituunt, ut, si non fulciantur, tantummodo ob fiduciam in iis ponendam ad argumentandum aptae sint, et si fulciantur, probabiles sint propter aliam caussam i. e. propter habitum seriei relatorum compositum, quorum relatio proba esse potest, et non proba, et aptae ad argumentandum, et hae sextam efficiunt classem. — Haec petita sunt e glossis *Becái*i ad commentarium *Alfiyae*. *Ibn Kethir* in epitome operis *Olum el-hadíth* multas *Sonen Abu Dawud*i habere dicit relationes, in quarum aliis inveniatur, quod in aliis non sit — deinde *Shehâb-ed-dín Abu Mohammed Ahmed Ben Mohammed Ben Ibráhim Ben Hilál Mocaddesi Mizzí*i discipulus, Hierosolymis anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus, cujus commentarius *Intiha el-senen we Ictifa el-sonen* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo, qui legatum suum cum recta religione misit etc. Partem traditionum commentatus est vir doctissimus *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed Aini* Hanefita, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus, [et in totum opus denique commentarium elegantem, qui exposita textus verba tantum adjecta habet, *Abu'lhasan Sindi* edidit supra in *Sonen Ibn Májeh* commemoratus]. — 7264. Sonen Abi Corra, corpus traditionum

قرة ٧٢٦٥ سنن ابي مسلم الكجي ٧٢٦٦ سنن الصحاح المأثورة للحافظ ابي علي سعيد بن عثمان بن السكن مات سنة [٣٥٣] ٧٢٦٧ سنن الصوفية لعبد الرحمن السلمي في كيفية احوال مشايخ الصوفية ذكره صاحب فتاوى الصوفية ٧٢٦٨ سنن الكبير للنسآئي وهو ابو عبد الرحمن احمد بن شعيب النسآئي الحافظ المتوفى سنة ٣٠٣ روى ان بعض الامرآء سأل عنه ان كان كله صحيح فقال لا فقال فاكتب لنا الصحيح مجرّدًا فلخّص السنن الصغير منها وترك كل حديث اورده في الكبير ممّا تكلّم في اسنده بالتعليل وسمّاه المجتبى وهو احد الكتب الستة واذا اطلق اهل الحديث على ان النسآئي روى حديثًا فانّما يريدون المجتبى قال ابو علي الحافظ للنسآئي شرط في الرجال اشدّ من شرط مسلم وشرح الشيخ السراج عمر بن علي ابن الملقن الشافعي زوآئده على الاربعة اعني الصحيحين وابي داود والترمذي في مجلّد ومات سنة ٨٠٤ وعلى السنن تعليقة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي مات سنة ٩١١

---

ab *Abu Corra* collectum. — 7265. Sonen Abi Moslim, corpus traditionum ab *Abu Moslim Kiti* collectum. — 7266. Sonen el-sihâh el-mathûret, corpus traditionum probarum et usu receptarum, auctore Hafitz *Abu Ali Saíd Ben Othmán Ben-elseken*, anno [353 (inc. 19. Jan. 964)] mortuo. — 7267. Sonen El-Sufiyet, regulae Suforum, auctore *Abd-el-rahman Sollemi*. Agit opus de ratione, qua Sheikhi Suforum se gerere debent, et ab auctore libri *Fetâwi El-Sufiyet* commemoratur. — 7268. Sonen el-kebir, corpus traditionum majus, ab Hafitz *Abu Abd-el-rahman Ahmed Ben Shoeib*, vulgo *Senáyi* dicto et anno 303 (inc. 17. Jul. 915) mortuo, collectum. Emirorum aliquis ex eo quaesivisse traditur, num omnes traditiones probae essent. — Non omnes, respondit. — Scribe nobis, inquit, probas separatim. — Hac re motus codicem traditionum minorem inde excerpsit, et omnes traditiones praetermisit, quas in majori protulerat inter eas, de quarum auctoritate ita disseruit, ut infirmitatem non excluderet. Hanc epitomen, quae in sex canonicis traditionum corporibus numeratur, *Mujtebá* appellavit, et quando traditionarii aliquam traditionem a *Nesáyi* prolatam esse in universum dicunt, nullum aliud opus significant, quam *Mujtebá*. El-Hafitz *Abu Ali*: Severiorem, ait, legem *Nesáyi* sibi imposuit in relatoribus admittendis quam *Moslim*, et Sheikh *Siraj-ed-din Omar Ben Ali Ibn-elmolaccen* Shafiita, qui anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) obiit, additamenta ejus ad quatuor canonica traditionum corpora, utrumque *Sahîh*, *Abu Dawudi* et *Tirmidzi* scripta, volumine commentatus est. Adnotationem ad *El-Sonen Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, edidit

اوله الحمد لله الذى لا تحصى منّته الخ وللشيخ ابى الحسن السندى ايضا تعليقة بالقول لكنّها ابسط من تعليقة السيوطى انتهى كان الحاكم والخطيب يقولان فى كتاب السنن للنسآئى انّه صحيح وانّ له شرطًا فى الرجال اشدّ من شرط مسلم لكن قولهما غير مسلم قال البقاعى فى شرح الالفيّة وعن ابن كثير انّ فى النسآئى رجالًا مجهولين امّا عينًا او حالًا وفيهم المجروح وفيه احاديث ضعيفة ومعلّلة ومنكرة ٧٢٦٩ **السنن الكبير والصغير** كتابان لابى بكر احمد بن الحسين بن على الخسروجردى البيهقى المتوفى سنة ٤٥٨ عن ٧٤ وهو على ترتيب مختصر المزنى لم يصنّف فى الاسلام مثله روى عنه ابو القاسم زاهر بن طاهر بن محمد الشحّامى وغيره وصنّف الشيخ علآء الدين على بن عثمان المعروف بابن التركمانى الحنفى المتوفى سنة ٧٥٠ كتابًا سمّاه الجوهر النقى فى الردّ على البيهقى فى سفر كبير اوله الحمد لله ربّ العالمين والعاقبة للمتّقين الخ ثمّ قال فهذه فوآئد علّقتها على سنن البيهقى الكبيرة اكثرها

---

et ita orsus est: Laus Deo, cujus gratia immensa est etc. Idem fecit Sheikh *Abu'lhasan Sindi*, ita tamen, ut verba textus exposita adderet et longior esset, quam *Soyúti* in sua adnotatione. — Haec ille. — *Hákim* et *Khatíb* librum *Sonen* a *Nesáyi* editum probum esse et illum sibi legem severiorem in relatoribus admittendis imposuisse dicunt, quam ea esset, quam *Moslim* sibi imposuisset, attamen, ut *Becáï* in Commentario in *Alfiya*m dicit, horum verba non ita rata sunt: et *Ibn Kethír*: *Nesáyi*, inquit, relatores secutus est nominatos quidem, at ex quorum auctoritate certiore unus tantum relator retulit, aut ex quorum auctoritate dubia duo vel plures relatores retulerunt, inter quos reprobatione digni sunt, inque traditionibus infirmae, male affectae et propter unicam auctoritatem dubiam rejiciendae. — 7269. **El-Sonen El-Kebír we El-Saghír**, corpora traditionum majus et minus. Uterque liber *Abu Bekr*um *Ahmed Ben-elhosein Ben Ali Khosrewjirdi Beihacki* auctorem habet, qui septuaginta quatuor annos natus anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) obiit, et ordinem in Epitome *Mozeni*i servatum secutus est: neque in libris islamicis similes illis compositi sunt. *Beihacki*i auctoritate *Abu'lcásim Záhir Ben Táhir Ben Mohammed Shehhábi* aliique retulerunt, et Sheikh *Alá-ed-dín Ali Ben Othmán* Hanefita, vulgo *Ibn-elturkemáni* dictus et anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuus, volumen magnum composuit, *El-Jauher El-Necki fi el-radd ala El-Beihacki* inscriptum, quod ita incipit: Laus Deo mundorum domino et bonus finis Deum timentibus etc. — Tum: Hae adnotationes, ait, sunt utiles, quas ad corpus traditionum *Beihacki*i majus composui, et

اعتراضات عليه ومباحثات معه ثمّ لخّصه زين الدين قسم ابن قطلوبغا الحنفى | المتوفى سنة ٨٧٩ | وسمّاه ترصيع الجوهر النقى ورتّبه على ترتيب حروف المعجم وصل فيه الى حرف الميم ٧٢٧٠ سنن الحافظ سعيد بن منصور الخراسانى المتوفى سنة [ ٢٢٧ ] والامام ابى بكر محمد بن يحيى الهمدانى الشافعى المتوفى سنة ٣٤٧ | قال شيرويه كان سنته لم يسبق الى مثله | والحافظ احمد بن محمد بن على الهمدانى المعروف بابن لال الشافعى المتوفى سنة ٣٩٨ والقاضى يوسف بن يعقوب البغدادى المتوفى سنة ٢٩٧ ولابى مسلم ابراهيم بن عبد الله بن مسلم الكجى البصرى المتوفى سنة ٢٩٢ ولابى بكر احمد بن محمد بن هانى الاثرم ولابن الشجاع ولابى قرة موسى بن طارق ذكره البقاعى فى حاشية الالفيّة ٧٢٧١ سنن الترمذى مرّ فى الجيم ويقال لها الجامع الصحيح ايضا ٧٢٧٢ سنن الدارقطنى للامام حجة ابى الحسن على بن عمر الشهير بالحافظ البغدادى المتوفى سنة ٣٨٥ ٧٢٧٣ سنن الدارمى وهو الامام الحافظ عبد الله بن

maxima earum pars in reprobandis iis versatur, quae dixit, et in disputationibus cum eo institutis. Postea libri meliora *Zein-ed-dín Cásim Ibn Cotluboghá* Hanefita, | anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, | excerpsit in epitome *Tersí' El-Jauher El-Necki* inscripta, ubi ordinem literarum alphabeticum secutus est et ad literam *Mím* pervenit. — 7270. Sonen El-Hafitz Saïd, corpora traditionum collecta ab Hafitz *Saïd Ben Mansúr Khorasáni*, anno | 227 (inc. 21. Oct. 841) | mortuo — Imamo *Abu Bekr Mohammed Ben Yahya Hemdáni* Shafiita, anno 347 (inc. 25. Mart. 958) mortuo, | cujus *Sonnet* teste *Shiruye* simile non habet | — Hafitz *Ahmed Ben Mohammed Ben Ali Hemdáni* Shafiita, vulgo *Ibn Lál* dicto et anno 398 (inc. 17. Sept. 1007) mortuo — Cádhi *Yusuf Ben Yacub Baghdádi*, anno 297 (inc. 20. Sept. 909) mortuo — *Abu Moslim Ibráhím Ben Abdallah Ben Moslim Keji Basri*, anno 292 (inc. 13. Nov. 904) mortuo — *Abu Bekr Ahmed Ben Mohammed Ben Háni El-Ethrem* — *Ibn-elshojá* — et *Abu Corra Musa Ben Táric*. — Ita in glossis ad *Alfiyam* a *Becáï* editis traditur. — 7271. Sonen El-Tirmidzi, corpus traditionum a *Tirmidzi* collectum, de quo supra in litera *Jím* videndum, nam inscribitur etiam *El-Jámi' El-Sahíh*. — 7272. Sonen El-Daracotni, corpus traditionum, auctore Imam *Hojjet-ed-dín Abu'lhasan Ali Ben Omar Dáracotni*, vulgo *El-Háfitz El-Baghdádi* dicto et anno 385 (inc. 5. Febr. 995) mortuo. — 7273. Sonen El-Darimi, corpus traditionum, auctore Imam et Hafitz *Abdallah Ben Abd-el-*

عبد الرحمن الدارمي المتوفى سنة ٢٥٥ ٧٢٧٤ السنن الموجودة قبل الصحيحين منها ٧٢٧٥ السنن لابن جريج ٧٢٧٦ السنن لابن اسحق غير السير ٧٢٧٧ والسنن لابي قرة وهو الحافظ موسى ابن طارق الزبيدي ومصنف عبد الرزاق بن همام الصغاني المتوفى سنة ٢١١ وغيرها كذا ذكره صاحب النكت الوفية ٧٢٧٨ السواد الاعظم في الكلام [مؤلف لطيف] مختصر مبنى على اثنتين وستين مسألة لابي القاسم اسحق بن محمد القاضي الحنفي المعروف بالحكيم السمرقندي المتوفى سنة ٣٤٢ ٧٢٧٩ سواطع الالهام في التفسير تأليف الفاضل ابي الفيض الهندي المتخلص بفيضي وهو كتاب منفرد بين التفاسير لانه فسر الآيات بكلمات حروفها مهملة كلها من اوله الى آخر القرآن الكريم في سورة الاخلاص ولما تم وجد مير صدر الدين المعما الى آخره تأريخا له وهو سنة اثنتين والف وله في تأريخه صد شكر كه تفسير من از علم يقين بنمود جمال ومختتمش شد اين در دوشنبه عاشر ربيع الثاني از سال عرب شمار الف واثنين ٧٢٨٠ سواطع

---

*rahman*, vulgo *Dárimi* dicto et anno 255 (inc. 20. Dec. 868) mortuo. — 7274. El-Sonen El-Maujúdet cabla El-Sahíhein, traditionum corpora ante utrumque *Sahíh* collecta sunt haec: — 7275. El-Sonen, traditiones *Ibn Joreiji* — 7276. El-Sonen, traditiones *Ibn Is'hacki*. Hoc opus non cum *Siyer* confundendum est — 7277. El-Sonen, et traditiones collectae ab Háfitz *Músa Ben Táric Zebídi*, vulgo *Abu Corra* dicto. Praeterea commemorandus est liber ab *Abd-el-rezzác Ben Hemmám Sagháni*, anno 211 (inc. 13. Apr. 826) mortuo, editus, et alii. — Ita tradit auctor libri *El-Noket El-Wefíyet*. — 7278. El-Sewád El-Atzam, nigredo maxima de metaphysica. Compendium [elegans] sexaginta duabus quaestionibus fultum, auctore *Abu'lcásim Is'hac Ben Mohammed* Cádhi Hanefita, vulgo *El-Hakím El-Samarcandi* dicto et anno 342 (inc. 18. Mai. 953) mortuo. — 7279. Sewáti' el-ilhám, argumenta inspirationis clara. Commentarius in Coranum a bene merito *Abu'lfeidh Hindi*, vulgo *Feidhi* cognominato, compositus, qui singularis liber est inter commentarios coranicos: in versibus enim explicandis verbis tantum usus est, quorum literae omnes puncto diacritico destitutae erant ab initio usque ad finem Corani augusti, ubi in Surata *Ikhlás* substitit. Qui cum absolutus esset, Mír *Sadr-ed-din* logogriphum usque ad finem Corani tempus compositionis, annum scilicet milesimum secundum continere vidit. Auctor ipse ad compositionis tempus significandum his usus est verbis: Centies gratias ago, quod commentarius meus ex scientia certa pulchre prodiit, et finis ejus fuit hac feria secunda die decimo mensis Rebí' II. annorum arabicorum, qui numerum dant anni milesimi secundi. — 7280. Sewáti' el-anwár, fulgores luminum

الانوار في لوامع الاسرار ٧٢٨١ السؤال عمّا في المذهب من الاشكال مختصر على مذهب [الامام الامجد محمد بن ادريس] الشافعي المتوفى سنة ٩٢١ ٧٢٨٢ السؤال والامنيّة في الاعمال الفردوسيّة لمحمد بن عيسى بن اسمعيل الحنفي اوله الحمد لله ناصر من اطاعه واتّقاه الخ ٧٢٨٣ السوانح الادبيّة في مدائح القنبية لحسن بن محمد بن عبد الرحمن بن ابي البقاء العكبري رسالة كانّه عارض بها صاحبها تكريم المعيشة في تحريم الحشيشة لقطب القسطلاني ولمّا وقف القسطلاني على هذا وضع رسالة اخرى سمّاها تتميم التكريم لما في الحشيش من التحريم يذكر فيها ما ذكره ويردّه ٧٢٨٤ سوانح العشّاق رسالة في التصوّف للشيخ احمد بن محمد الغزالي المتوفى سنة ٧٢٨٥ سوائر الامثال للعلّامة جار الله ابي الفضل محمود بن عمر الزمخشري المتوفى سنة ٥٣٨ ٧٢٨٦ السور المرجاني من شعر الارّجاني لجلال الدين محمد بن عبد الرحمن القزويني خطيب دمشق المتوفى سنة ٧٣٩ ٧٢٨٧ سوفسطايي مؤلّف منسوب الى المغالطة ويقال له الحكمة

de splendoribus arcanorum. — 7281. **El-Sowál ammá fi el-madzhab min el-ashkal**, quaestio de rebus in secta intricatis. Compendium ad disciplinam [Imami laudatissimi *Mohammed Ben Idrís*] Shafiitae, anno 921 (inc. 15. Febr. 1515) mortui. — 7282. **El-Sowál we El-Omniyet**, petitio et votum de operibus paradisiacis, auctore *Mohammed Ben Isa Ben Ismaïl* Hanefita. Incipit opus ita: Laus Deo, qui eos adjuvat, qui ei obediunt eumque timent etc. — 7283. **El-Sewanih El-Adebiyet**, auguria elegantiora de laudationibus cannabis, auctore *Hasan Ben Mohammed Ben Abd-el-rahman Ben Abi'lbecá Okberi*. Tractatus, quo auctor opus *Tekrím el-maishet fi tahrím el-hashishet* a *Cotb-ed-dín Castelani* editum quasi imitari voluit, qui cum hunc librum legisset, alium tractatum composuit *Tetmím el-tekrím limá fi el-hashish min el-tahrím* nominatum, ubi quae *Hasan* protulerat, enarrat et refutat. — 7284. **Sewanih el-oshshae**, auguria amantium. Tractatus theosophicus, auctore Sheikh *Ahmed Ben Mohammed Ghazáli*, anno ... mortuo. — 7285. **Sewair el-amthal**, vulgatissima proverbiorum, auctore viro doctissimo *Járallah Abu'lfadhl Mahmud Ben Omar Zamakhsheri*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. — 7286. **El-Sur El-Morjani**, murus coralii e carminibus *Arrajánii*, auctore *Jelál-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Cazwini* Concionatore Damasci, anno 739 (inc. 20. Jul. 1338) mortuo. — 7287. **Sufestayi**, sophistica. Opus, quod captiones sophisticas spectat, auctore Aristotele. Idem liber *El-Hikmet El-*

الموّهة لارسطو ۷۲۸۸ سوق الرقيق لابن نباتة محمد بن محمد الفارقى المتوفى سنة ۷٦۸ اقتصر فيه على غزليّاته وقصآئده ۷۲۸۹ سوق العروس فى القرآات لابى معشر عبد الكريم ابن عبد الصمد الطبرى نزيل مكة المكرمة [المتوفى بها سنة ۴۷۸] فيه الف وخمسمأئة وخمسون رواية وطريقًا ۷۲۹۰ التسويق الى البيت العتيق لجمال الدين محمد بن محبّ الدين احمد الطبرى ثمّ المكى المتوفى سنة [٦۹۴] ۷۲۹۱ سهام الاصابة فى الدعوات المستجابة للعلّامة جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ۹۱۱ رتّبه على اربعة فصول وخاتمة اوله الحمد لله الذى لا يخيب راجيه الخ جمع فيه جلّ الاحاديث الواردة فى شأن ذلك والاحاديث المخصوصة بالدعآء والادعية المأثورة وذكر الاوقات الشريفة التى ورد استجابة الدعآء فيها وذكر كيف يدعى بها الداعى ۷۲۹۲ سهام القضآء تركى منظوم كلّها هجويّات شاعر من شعرآء الروم المتخلّص بنفعى قتله السلطان مراد خان بن احمد خان العثمانى سنة ۱۰۴۴ لكنّها

---

*Momehhit* i. e. philosophia captiosa nominatur. — 7288. Súc el-rackic, forum mancipiorum, auctore *Mohammed Ben Mohammed Fáricki*, vulgo *Ibn Nebáta* dicto et anno 768 (inc. 7. Sept. 1366) mortuo, qui hic in carminibus amatoriis et Casídis acquiescit. — 7289. Súc el-arús, forum sponsae de Corani recensionibus, auctore *Abu Ma'shar Abd-el-kerím Ibn Abd-el-samed Taberi*, Mekkae inquilino [et ibi anno 478 (inc. 29. Apr. 1085) mortuo]. Continet mille quingentas quinquaginta relationes et auctoritates. — 7290. El-Sewic ila el-beit el-atic, instigatio ad antiquam domum Kabae propellens, auctore *Jemál-ed-dín Mohammed Ben Mohibb-ed-dín Ahmed*, primum Taberiae, tum Mekkae inquilino, anno [694 (inc. 21. Nov. 1294)] mortuo. — 7291. Sihám el-isábet, sagittae scopum attingentes de precibus auditis, auctore viro doctissimo *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo, qui in hoc libro, qui in quatuor sectiones et conclusionem divisus est et ita incipit: Laus Deo, qui spem speranti non eripit etc., traditiones potissimas collegit de hac materia revelatas, et traditiones ad invocationem Dei et preces usu receptas proprie spectantes et tempora augusta commemorat, quibus preces potissimum ratae fiunt et audiuntur, et qua ratione precanti his temporibus precandum sit. — 7292. Sihám el-cadhá, sagittae fatales. Carmina turcica, quae omnia satyrica sunt, auctore poeta Rumaeo, *Nefii* cognominato, quem Sultan *Murád Khán Ben Ahmed Khán Othmáni* anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634) interfici jussit: attamen

معمور عند شعراء الروم لكونه موافقا لطبيعة الشوم ٧٢٩٣ السهام المارقة في كيد الزنادقة لسعد الدين [الشيخ محمد بن] اسعد بن محمد الديري المتوفى سنة ٨٦٧ ٧٢٩٤ السهل البديع في مختصر التفريع [لزين الدين الشيخ محمد بن احمد الابياري المصري المتوفى سنة ٨٨٤] ٧٢٩٥ سهل ونوبهار منظوم بالتركي للامير سنان بن سليمان من امراء [دولة] السلطان بايزيد خان ٧٢٩٦ [سهم الالحاظ في وهم الالفاظ للشيخ الامام محمد بن ابراهيم المشهور بابن الحنبلي المتوفى سنة ٩٧١] ٧٢٩٧ السهم الصائب في قبض ديون الغائب للشيخ تقي الدين علي بن عبد الكافي السبكي المتوفى سنة ٧٥٦ ٧٢٩٨ السهم المصيب في الرد على الخطيب البغدادي لانه يتعصب على حنفية لعيسى بن ابي بكر الملك المعظم الايوبي الحنفي المتوفى سنة ٦٢٤ ٧٢٩٩ السهم المصيب في نحر الخطيب للعلامة الجلال السيوطي المذكور ذكره في فهرسه ٧٣٠٠ السهيل في الفروع الشافعية لحسن بن حرب الحسوني الفقيه بمر

haec carmina magna auctoritate apud Rumaeos elegantiores gaudent, quod ad eorum naturam sinistram bene conveniunt. — 7293. El-Siham El-Maricat, sagittae transfodientes de magorum impiorum fraude, auctore [Sheikh] *Sa'd-ed-dín* [*Mohammed Ben*] *As'ad Ben Mohammed Deiri*, anno 867 (inc. 26. Sept. 1462) mortuo. — 7294. El-Sahl El-Bedí', planities mirabilis. Epitome operis *Tefrí'*. [auctore Sheikh *Zein-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Abyári Misri*, anno 884 (inc. 25. Mart. 1479) mortuo]. — 7295. Sahl we Newbehar. *Sahl* et *Newbehár*. Carmen turcicum, auctore Emir *Sinán Ben Soleimán*, Emiro ad aulam Sultani *Bayezid Khán*. — 7296. [Sahm el-alhátz, sagitta limis oculis adspicientium de errore verborum, auctore Sheikh et Imam *Mohammed Ben Ibráhím*, vulgo *Ibn-elhanbali* dicto et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo]. — 7297. El-Sahm El-Saïb, sagitta bene directa de aere alieno absentis capiendo, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 7298. El-Sahm El-Mosíb, sagitta scopum attingens de refutando *Khatíb Baghdádi*, quod partium studio ductus Hanefitis adversatus erat, auctore *Isa Ben Abi Bekr El-Melik El-Moatztzem Eyyubi* Hanefita, anno 624 (inc. 22. Dec. 1226) mortuo. — 7299. El-Sahm El-Mosíb fi nahr el-khatíb, sagitta scopum attingens de erecto concionatoris statu, auctore viro doctissimo *Jelál-ed-dín Soyúti* modo laudato, qui tractatum in scriptorum indice commemorat. — 7300. El-Soheil, Canopus stella de articulis juris Shafiitici secundariis. Composuit *Hasan Ben Harb Hassuri*

الوزير ابي الحسن احمد بن محمد السهيلي يذكر فيه المذهبين الشافعي والحنفي في حدود سنة ۴۰۰

۷۳۰۱ علم السياسة

۷۳۰۲ [ سياسة جند الوزارة وحراسة حصن الصدارة للشيخ الحسن بن عبد الكريم بن محمد البرزنجي الفه لعلي باشا الوزير المشهور بالشهيد سنة ۱۱۲۶ ورتّبه على مقدّمة وجند وساقة ] ۷۳۰۳ السياسة الشرعية في اصلاح الراعي والرعيّة لابن تيميّة مختصر ترجمه پير محمد بن علي العاشق المتوفى سنة لاعلام حاله الى السلطان سليم خان وبيان عجزه عن القضاء وسمّاه معراج الايالة ومنهاج العدالة زاد فيه اشياء متعلّقة بالحرب وبيت المال ۷۳۰۴ سياسة في علم الفراسة للشيخ شمس الدين محمد بن ابي طالب المتوفى سنة ۷۳۷ اجاد فيه ۷۳۰۵ سياسة المدينة لابي نصر الفارابي المتوفى سنة [۳۳۹] ۷۳۰۶ سياسة

---

jussu Weziri *Abu'lhasan Ahmed Ben Mohammed Soheili*, et ibi utriusque sectae et Shafiitarum et Hanefitarum disciplinam commemorat circa annum 400 (inc. 25. Aug. 1009). —

7301. Ilm el-siyaset. Doctrina salutem publicam bona reipublicae constitutione adjuvandi.

7302. [Siyáset jond el-wizáret, administratio exercitus Weziro commissi et custodia palatii supremae ministri auctoritatis. Scripsit Sheikh *Hasan Ben Abd-el-kerim Ben Mohammed Berzenji* in favorem Weziri *Ali Pasha*, vulgo *Shehid* dicti, anno 1126 (inc. 6. Jan. 1714), et disposuit in aciem primam, exercitum et agmen extremum]. — 7303. El-Siyáset El-Sheriyet, administratio lege praescripta de rebus praefecti et subditorum ad meliorem statum revocandis, auctore *Ibn Teimiya*. Compendium, quod *Pir Mohammed Ben Ali Ashic*, anno ... mortuus, ad rationem declarandam interpretatus est, quae sibi cum Sultano *Selim Khán* intercederet, et ad demonstrandum, se judicis muneri administrando imparem esse, et interpretationem, cui plura ad bellum et aerarium publicum spectantia addidit, *Mi'ráj el-iyálet we Minháj el-adálet* nominavit. — 7304. Siyaset fi ilm el-firáset, bona institutio de physiognomica, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Abi Tálib*, vulgo 737 (inc. 10. Aug. 1336) mortuo, qui in re bene versatus est. — 7305. Siyáset el-medinet, administratio urbis publica, auctore *Abu Nasr Fárábi*, anno [339 (inc. 20. Jun. 950)] mortuo. — 7306. Siyáset

الملك لابي الحسن علي بن محمد الماوردي الشافعي المتوفى سنة ٤٥٠ ٧٣٠٧ سياق في ذيل تاريخ نيسابور للحاكم الذي مرّ ذكره لابي الحسن عبد الغافر بن اسمعيل الفارسي فرغ منه في اواخر سنة ثمان عشرة وخمسمائة وتوفي سنة سبع وعشرين وخمسمائة

٧٣٠٨ علم السير

اول من صنّف فيه الامام المعروف بمحمد بن اسحق رئيس اهل المغازي المتوفى سنة احدى وخمسين ومائة فانّه جمعها ودوّنها ابو محمد عبد الملك ابن هشام الحميري مات سنة ٢١٨ فحسن واجاد وله كتاب في شرح ما وقع في اشعار السير من الغريب ثمّ اعتنى عليه المتأخّرون فشرح الامام ابو القاسم عبد الرحمن السهيلي المتوفى سنة ٥٨١ غريب السير وسمّاه روض الانف وهو كتاب مفيد معتبر ونظم ابو نصر فتح بن موسى الحضراوي القصري المتوفى سنة ٦٦٣ سيرة ابن هشام وعبد العزيز بن احمد المعروف بسعد الديري المتوفى في حدود سنة ٦٩٧ وابو اسحق الانصاري التلمساني المتوفى سنة على قافية اللام وقد

el-mulk, administratio regni, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Máwerdi* Shafiita, anno 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuo. — 7307. Siyác fi dzeil tarikh Nísabúr, cursus orationis. Appendix ad historiam Nisaburae ab *Hákim*, ut supra dictum est, editam, quam *Abu'lhasan Abd-el-gháfir Ben Ismaíl Fárisi* ad finem anni 518 (inc. 19. Febr. 1124) absolvit. Obiit anno 527 (inc. 12. Nov. 1132). —

7308. Ilm el-siyer. Doctrina de vita et rebus gestis prophetae.

Primus qui de hac re scripsit Imam fuit, vulgo *Mohammed Ben Is'hac* dictus, qui princeps eorum est, qui expeditiones bellicas narrarunt, et anno 151 (inc. 26. Jan. 768) obiit. Earum historiam collegit et ad artem redegit *Abu Mohammed Abd-el-melik Ibn Hishám Himyari*, qui anno 218 (inc. 27. Jan. 833) mortuus et egregie in re versatus est. Idem ad explicanda in poematibus de rebus gestis prophetae obvia verba rara librum composuit. Postea recentiores hujus scientiae curam habuerunt, ut Imam *Abu'lcásim Abd-el-rahman Soheili*, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) mortuus, qui raras in ea dictiones commentatus est, commentariumque, qui liber ad discendum utilis et magnae auctoritatis est, *El-Raudh El-Onof* inscripsit. Opus *Siret Ibn Hishámi* metrice reddiderunt *Abu Nasr Fat'h Ben Musa Hadhráwi Casri*, anno 663 (inc. 24. Oct. 1264) mortuus — *Abd-el-aziz Ben Ahmed*, vulgo *Sa'd El-Deiri* dictus et circa annum 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuus — *Abu Is'hac Ansari Tilimsani*, anno . . . mortuus, qui literam *Lam* homoeoteleuton carminis fecit —

الدين محمد بن ابراهيم المعروف بابن الشهيد المتوفى سنة ٧٩٣ في بضع عشرة آلاف بيت وسمّاه فتح القريب في سيرة الحبيب وصنف علآء الدين على بن محمد الخلاطى الحنفى المتوفى سنة ٧٠٨ كتاباً فيه والدمياطى الحافظ الكبير [عبد المؤمن بن خلف التونى] المتوفى سنة ٧٠٥ والشيخ ظهير الدين على بن محمد الكازرونى المتوفى سنة ٦٩٤ وهو غير سعيد الكازرونى صاحب المنتغى فيه والشيخ محمد [بن على بن يوسف الشافعى] الشامى المتوفى سنة [٩٤٢] وكتبه من اجمع كتب السير وصنّف الحافظ عبد الغنى المقدسى [الجماعيلى الحنبلى] المتوفى سنة ٦٠٠ كتاباً في السير شرحه قطب الدين عبد الكريم [بن عبد النور] الحلبى المتوفى سنة ٧٣٥ وسمّاه مورد العذب الهنىء في الكلام على سيرة عبد الغنى ومختصر سيرة ابن هشام للبرهان ابراهيم بن محمد بن المرحل وزاد عليه اموراً ورتّب على ثمنية عشر مجلساً وسمّاه الذخيرة في مختصر السيرة وفرغ في سنة ٦١١ وممّن صنّف في السيرة الحافظ عبد المؤمن بن خلف الدمياطى مات سنة ٧٠٥ وعلآء الدين على بن محمد الخلاطى وابن

*Fat'h-ed-dín Mohammed Ben Ibráhím*, vulgo *Ibn-elshehíd* dictus et anno 793 (inc. 9. Dec. 1390) mortuus, cujus carmen decem circiter milia versuum comprehendit, et *Fat'h el-caríb fi síret el-habíb* inscriptum est. — Tum de eadem re libros composuerunt *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed Khiláti* Hanefita, anno 708 (inc. 21. Jun. 1308) mortuus — Hafitz Magnus [*Abd-el-mumin Ben Khalaf Tuni*] *Dimyáti*, anno 705 (inc. 24. Jul. 1305) mortuus — Sheikh *Tzahír-ed-dín Ali Ben Mohammed Kazeruni*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuus, qui non cum *Saíd Kazerúni*, auctore libri *Mubteghá* eandem materiam tractantis, confundendus est — Sheikh *Mohammed* [*Ben Ali Ben Yusuf*] *Shami* [Shafiita], anno [942 (inc. 2. Jul. 1535)] mortuus, cujus opus in libris de vita et rebus gestis prophetae amplissimis numeratur — et Háfitz *Abd-el-ghani Mocaddesi* [*Jemáili* Hanbalita], anno 600 (inc. 10. Sept. 1203) mortuus, in cujus librum *Cotb-ed-dín Abd-el-kerím* [*Ben Abd-el-núr*] *Halebi*, anno 735 (inc. 1. Sept. 1334) mortuus, commentarium *Maurid el-adzb el-heni fi el-kelám ala Síret Abd-el-ghani* inscriptum composuit. *Síret Ibn Hishámi Borhán-ed-dín Ibráhím Ben Mohammed Ben Murhil* in epitomen coegit, plura nova addidit, eamque in duodeviginti consessus disposuit, *Dzakhíret fi mokhtasar El-Síret* inscripsit, et anno 611 (inc. 13. Mai. 1214) absolvit. — De vita et rebus gestis prophetae porro scripserunt Hafitz *Abd-el-mumin Ben Khalaf Dimyáti*, anno 705 (inc. 24. Jul. 1305) mortuus — *Alá-ed-dín Ali Ben Mohammed*

ابى طى يحيى بن حميدة الحلبى مات سنة ٦٣٠ فى ثلاث مجلّدات وسيرة مغلطاى لخّصه قسم ابن قطلوبغا الحنفى مات سنة ٨٧٩ وشرح ايضا قطعة كبيرة منها العلّامة بدر الدين محمود ابن احمد العينى الحنفى مات سنة ٨٥٥ وسمّاه كشف اللثام وصنّف الشيخ عزّ الدين بن عمر ابن جماعة الكنانى مختصرًا فى السيرة اوله امّا بعد حمد الله على جزيل افضاله الخ

٧٣٠٩ سير الارواح للشيخ صدر الدين ابى محمد روزبهان البقلى ٧٣١٠ سير الثغور فى اخبار طرسوس لابى عمرو عثمان بن عبد الله بن ابراهيم الطرسوسى المتوفى سنة ٧٣١١ سير الجمال فيما يقال فى الحال للشيخ موفق الدين ابى ذر احمد بن ابراهيم الحلبى مات سنة ٨٨١ يقال انّه اذهبه فى آخر عمره ٧٣١٢ سير خلافة لابى يوسف يعقوب بن سليمان الاسفرائنى مات سنة ٤٨٨ ٧٣١٣ سير السالك فى اسنى المسالك لتقى الدين الحصنى ابى بكر [بن] محمد الدمشقى [الحنبلى] المتوفى سنة ٨٢٩ اوله الحمد لله الذى خلق الموجودات من [ظلمة] العدم الخ

*Khiláti* — *Ibn Abi Tay Yahya Ben Homeida Halebi*, anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuus, cujus liber tria volumina complectitur. Operis *Síret* a *Maghletái* editi potiora in epitomen coegit *Cásim Ibn Cotlubogha* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, et magnum libri *Ibn Hishámi* fragmentum vir doctissimus *Bedr-ed-dín Mahmud Ben Ahmed Aini* Hanefita, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus, commentatus est, commentariumque *Kashf el-litham* nominavit. Denique Sheikh *Izz-ed-dín Ben Omar Ben Jemáa Kináni* compendium de vita prophetae composuit, quod ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus pro copiosis ejus beneficiis etc. —

7309. Siyer el-arwáh, virtutes spirituum, auctore Sheikh *Sadr-ed-dín Abu Mohammed Rúzbehán Backili*. — 7310. Siyer el-thoghúr, virtutes terrarum in confinio Syriae sitarum. Historia Tarsi, auctore *Abu Amru Othmán Ben Abdallah Ben Ibráhím Tarsusi*, anno . . . mortuo. — 7311. Siyer el-jemal, virtutes pulchritudinis de iis, quae de statu exstatico dicuntur, auctore Sheikh *Mowaffic-ed-dín Abu Dzarr Ahmed Ben Ibráhím Halebi*, anno 881 (inc. 25. Mart. 1479) mortuo, qui librum ad finem vitae abstulisse dicitur. — 7312. Siyer el-khiláfet, mores Khalifatus, auctore *Abu Yusuf Yacub Ben Soleimán Asferáini*, anno 488 (inc. 11. Jan. 1095) mortuo. — 7313. Siyer el-salik fi asna el-mesalik, mores incedentis de viis altissimis, auctore *Tacki-ed-dín Hisni Abu Bekr* [*Ben*] *Mohammed Dimeshki* [Hanbalita], anno 829 (inc. 13. Nov. 1425) mortuo. Incipit liber ita: Laus Deo, qui res existentes e [tenebris] nihili creavit etc. Ejus epitome inscripta

ومختصره المسمّى بالمختار ٧٣١٤ سير الصحابة والزهّاد والعلماء العباد لابى محمد عبد السلام بن محمد الخوارزمى الامدرستانى المتوفى سنة أخذه من مأئة مجلّد ٧٣١٥ سير العباد وسير الزهّاد فرسى فى المواعظ والحكم والتصوّف المنقول عن الاكابر بالفارسيّة السهلة العبارة واضح الاشارة تأليف الشيخ الامام برهان الدين ابراهيم ابن خوشنام البهكوهى اوله الحمد لله على افضاله الخ تأريخ تحريره اواخر سنة ٦٨٥ ٧٣١٦ السير الكبير شرحه القاضى الامام على بن الحسين السعدى المتوفى سنة وشرحه الامام شمس الأئمّة محمد بن احمد بن ابى سهل السرخسى المتوفى سنة ٤٨٣ فى جزأين ضخمين املاه محبوسًا واتمّ فى آخر المحنة بمرغينان فى جمادى الاولى سنة ٤٨٠ وعليه شرح لصاحب المحيط ٧٣١٧ السير الكبير والصغير فى الفقه للامام محمد بن الحسن الشيبانى صاحب ابى حنيفة وهو آخر مصنّفاته صنّفه بعد انصرافه من العراق ولهذا لم يروه عنه ابو حفص وشرح الكبير شمس الأئمة عبد العزيز بن احمد الحلوانى

---

est *Mokhtár*. — 7314. Siyer el-sihábet we el-zohhád we el-olama el-ibád, mores sociorum, asceticorum, virorum doctorum Deum colentium. *Abu Mohammed Abd-el-selám Ben Mohammed Khowarezmi Amedrestáni*, anno ... mortuus, hunc librum e centum voluminibus assumsit. — 7315. Siyer el-ibád we Siyer el-zohhád, mores cultorum Dei et virtutes asceticorum. Liber de monitis paraeneticis, apopthegmatis et theosophia a viris principibus depromtus, et persice a Sheikh et Imám *Borhán-ed-din Ibráhim Ibn Khushnám Bakúhi* ita scriptus, ut facilis esset verbis et demonstratione perspicuus. Incipit ita: Laus Deo pro ejus beneficiis etc., et nitide exscriptus est ad finem anni 685 (inc. 27. Febr. 1286). — 7316. El-Seir El-Kebír, jus belli majus. Commentarios in hunc librum composuerunt Cádhi et Imám *Ali Ben-elhosein Sa'di*, anno ... mortuus — Imám *Shems-elaïmmet Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Sahl Serakhsi*, anno 483 (inc. 6. Mart. 1090) mortuus, cujus commentarius duos fasciculos amplos complectitur, quos carcere inclusus dictavit et ad finem calamitatis in urbe *Marghinán* mense Jomadzi I. anni 480 (inc. 8. Apr. 1087) absolvit, et auctor libri *Mohít* quoque commentarium in eum composuit. — 7317. El-Seir El-Kebír we El-Saghír, jus belli majus et minus de jurisprudentia, auctore Imám *Mohammed Ben-elhasan Sheibáni*, *Abu Hanifae* discipulo. Hoc ultimum ejus scriptorum est, quod Iraca relicta composuit, eamque ob caussam *Abu Hafs* ejus auctoritate non utitur. Commentarium in majorem edidit *Shems-elaïmmet Abd-el-azíz Ben Ahmed Holwáni*.

المتوفى سنة قال فى آخره انتهى املآء العبد الفقير المبتلى بنائرة المحن المحبوس من جهة السلطان المخذول بغوآء كلّ زنديق حقير وكان الافتتاح بأوزجند فى آخر ايام المحنة والتمام عند ذهاب الظلام بمرغينان فى جمادى الاولى سنة ۴۸۰ انتهى ولم يذكر اسم ابى يوسف فى شىء منه لانّه صنّفه بعد ما استحكمت النفرة بينهما وكلّما احتاج الى رواية عنه قال اخبرنى الثقة وسبب تأليفه انّ السير الصغير وقع بيد الاوزاعى فقال لمن هذا الكتاب فقيل لمحمد العراقى فقال ما لاهل العراق والتصنيف فى هذا الباب فانّه لا علم لهم بالسير فبلغ ذلك محمدًا فصنّفه فلمّا نظر فيه الاوزاعى قال لولا ما ضمّنه من الاحاديث لقلت انّه يضع العلم فى نفسه ثمّ امر بان يكتب هذا الكتاب فى ستين دفترًا وان يحمل بالاستعمال على عجلة الى باب الخليفة فقيل للخليفة قد صنّف محمد كتابًا يحمل على العجلة الى الباب فاعجبه ذلك وعدّه من مفاخر ايامه ثمّ بعث اولاده الى مجلسه ليسمعوا منه وكان اسمعيل بن توبة المؤدب يحضر معهم فسمع ولم يبق من الرواة غيره كذا فى شرحه ۷۳۱۸ سير الملوك فارسى لنظام الملك حسن

anno ... mortuus, qui ad finem haec dicit: Absoluta est scriptio servi pauperis fuga afflicti, in angustiam redacti, carcere inclusi jussu Sultani potentis a quovis vili mago impio in errorem inducti. Initium factum est in urbe *Uzjend* ultimis calamitatis diebus, et finis impositus, cum injuria discessisset, in urbe *Marghínán* mense Jomadzi I. anni 480 (inc. 8. Apr. 1087). — Haec ille. — Nomen *Abu Yusuf*i nusquam commemorat, nam scripsit, cum obtrectatio firmas inter utrumque jecisset radices, et quotiescunque ejus relatione carere non potest, dicit: „Vir fide dignus me docuit.“ Caussa autem, qua motus scripsit, fuit, quod *El-Seir El-Saghír* in manus *Auzâi* inciderat, cui: Cujus est hic liber? interroganti responderunt: *Mohammed*is *Irâki.* Viri Iracani docti, inquit, nullum ejusmodi librum de hac materia scripserunt, cum scientia juris bellici carerent. Quo audito *Mohammed* hunc librum composuit. Quem cum *Auzâi* legisset: Nisi, inquit, traditiones essent, quas continet, scientiam eum per se ipsum constituisse dixerim. Tum hunc librum in sexaginta tabulis describi et ad Khalifae portam diligenter in plaustro portari jussit. Khalifa cum *Mohammed*em librum, qui in vehiculo ad portam portaretur, scripsisse audivisset, vehementer miratus est, eumque in rebus vitae suae gloriosissimis numeravit. Tum filios in ejus lectiones misit, ut eum audirent, praesente simul cum iis praeceptore domestico *Ismaîl Ben Lowayya.* Hic quoque lectionibus interfuit, et, ut in commentario narratur, praeter eum nullus relator remansit. — 7318. Siyer el-moluk, mores regum. Opus persicum, quod Wezirus *Nitzâm el-mulk Hasan*

الوزير بن علي الطوسي المتوفى سنة |٤٨٥| ألّفه في وزارته سنة ٤٦٩ للملك شاه السلجوقي وجعله على ثلثين فصلًا ثمّ جعله اليمني خمسة عشر ووضع كلّ فصل موضعه ليكون على خلاف وضع المؤلّف وللمير عليشير الوزير |النوائي المتوفى سنة ٩٠٦] ٧٣١٩ سير النبلاء للحافظ شمس الدين محمد بن احمد الذهبي المؤرّخ المتوفى سنة ٧٤٨ وهو من جملة ما اختصره من تأريخه الكبير في نحو عشرين مجلّدا مرتّب على التراجم بحسب الوفيات وله عليه ذيل في مجلّد وذيّله ايضا الحافظ تقي الدين محمد بن احمد الفاسي مات سنة اثنتي وثلثين وثمانمائة ٧٣٢٠ سير النبي لمحبّ الدين احمد بن عبد الله الطبري المتوفى سنة ٦٩٤ ولابي عمرو صالح بن اسحق الجرمي النحوي المتوفى سنة [٢٢٥] ٧٣٢١ سيرة ابن |احمد بن| طولون لاحمد بن يوسف بن الداية المتوفى سنة ٣٣٤ وسيرة ابن خمارويه له ايضا ٧٣٢٢ سيرة اسكندر في مجلّدات منثورة ومنظومة ٧٣٢٣ سيرة الاشرف للعلّامة بدر الدين محمود بن احمد العيني مات سنة ٨٥٥ ٧٣٢٤ سيرة آل الفرات ٧٣٢٥ سيرة الانسان

*Ben Ali Tusi*, anno | 485 (inc. 12. Febr. 1092) | mortuus, tempore Weziratus in favorem *Melikshâh*i *Seljuckid*ae anno 469 (inc. 5. Aug. 1076) scripsit et in triginta sectiones disposuit. Postea *Yemeni* eas in quindecim sectiones contraxit, quibus singulis locum eum tribuit, qui diversus esset a prima auctoris institutione. — *Mir Alishir* [*Newáyi*] Wezirus, [anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) mortuus]. de eadem re scripsit. — 7319. Siyer el-nobala, mores generosorum, auctore Hafitz *Shems-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Dzehebi* Historiographo, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347 mortuo. Haec epitome ex iis est, quas ex majori historia viginti circiter voluminibus comprehensa extraxit, et in biographias secundum mortes distributa est. Idem volumen appendicis loco edidit, et aliam appendicem Hafitz *Tacki-ed-dín Mohammed Ben Ahmed Fási*, anno 832 (inc. 11. Oct. 1428) mortuus. — 7320. Siyer el-nebi, mores prophetae, auctoribus *Mohibb-ed-dín Ahmed Ben Abdallah Taberi*, anno 694 (inc. 21. Nov. 1294) mortuo, et *Abu Amru Sálih Ben Is'hac Jermi* Grammatico, anno [225 (inc. 12. Nov. 839] mortuo. — 7321. Siret Ibn [Ahmed], biographia *Ibn* [*Ahmed*is *Ben*] *Tulun*, auctore *Ahmed Ben Yusuf Ben-eldáye*, anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuo. Idem biographiam *Ibn Himárowreihi* edidit. — 7322. Siret Iskender, biographia Alexandri pluribus voluminibus composita. Prosaice et metrice. — 7323. Siret El-Eshref, biographia *Eshref*i, auctore viro doctissimo *Bedr-ed-dín Mahmúd Ben Ahmed Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuo. — 7324 Siret al El-Forát, mores Euphratensium. — 7325. Siret

لابى العباس احمد بن محمد بن مروان الطبيب السرخسى المتوفى سنة ٢٨٦ ٧٣٢٦ سيرة جلال الدين خوارزمشاه ٧٣٢٧ سيرة الحاكم العبيدى ٧٣٢٨ سيرة الخلفاء لابى بكر محمد ابن زكريآء الرازى ٧٣٢٩ سيرة طغرل السلجوقى لعلى بن ابى الروح البصرى ٧٣٣٠ سيرة الظاهر بيبرس لعز الدين محمد بن على | ابن شداد | الكاتب الحلبى مات سنة ٦٨٤ ٧٣٣١ سيرة الظاهر طغرل لبدر الدين العينى مات سنة ٨٥٥ ٧٣٣٢ سيرة العزيز العبيدى ٧٣٣٣ سيرة العمرين لابى الفرج عبد الرحمن بن على المعروف بابن الجوزى المتوفى سنة ٥٩٧ ٧٣٣٤ سيرة القاهر ٧٣٣٥ سيرة المامون ٧٣٣٦ سيرة المذهب فى صفة الادب لفخر الاسلام ٧٣٣٧ سيرة المستغنى لابن الجوزى ٧٣٣٨ سيرة المستنصر لعلى بن انجب ابن الساعى البغدادى المتوفى سنة ٦٧٤ ٧٣٣٩ سيرة المعتصم ٧٣٤٠ سيرة الملآء ذكره فى فضائل العشرة ٧٣٤١ سيرة الملك الظاهر لمحيى الدين عبد الله بن عبد الظاهر [ بن

el-insân, mores hominis, auctore *Abu'labbâs Ahmed Ben Mohammed Ben Merwân Serakhsi* Medico, anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuo. — 7326. Sîret Jelâl-ed-dîn, biographia *Jelâl-ed-dîni Khowarezmshâh*. — 7327. Sîret El-Hâkim El-Obeidi, biographia *Hâkimi Obeidi*. — 7328. Sîret el-kholafâ, biographia Khalifarum, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Zakariyâ Râzi*. — 7329. Sîret Toghrul, biographia *Toghruli Seljuckidae*, auctore *Ali Ben Abi'lruh Basri*. — 7330. Sîret El-Tzahir Bîbars, biographia *Tzâhiri Bibars*, auctore *Izz-ed-dîn Mohammed Ben Ali* | *Ben Sheddâd* | *Halebi* Scriba, anno 684 (inc. 9. Mart. 1285) mortuo. — 7331. Sîret El-Tzahir Toghrul, biographia *Tzâhiri Toghrul*, auctore *Bedr-ed-dîn Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuo. — 7332. Sîret El-Azîz El-Obeidi, biographia *Azîzi Obeidi*. — 7333. Sîret El-Omarein, biographia *Abu Bekri* et *Omari*, auctore *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali*, vulgo *Ibn-eljauzi* dicto et anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. — 7334. Sîret El-Câhir, biographia *Câhiri*. — 7335. Sîret El-Mamun, biographia *Mamuni*.— 7336. Sîret El-Madzheb, mores sectae de descriptione humanitatis, auctore *Fakhr-elislâm*. — 7337. Sîret El-Mostaghni, biographia *Mostaghnii*, auctore *Ibn-eljauzi*. — 7338. Sîret El-Mostansir, biographia *Mostansiri*, auctore *Ali Ben Anjeb Ibn-elsâi' El-Baghdâdi*, anno 674 (inc. 27. Jun. 1275) mortuo. — 7339. Sîret El-Mo'tasim, biographia *Mo'tasimi*. — 7340. Sîret el-mela, mores procerum. Commemoratur in *Fedhâil el-asharet*. — 7341. Sîret El-Melik El-Tzahir, biographia *El-Meliki El-Tzahir*, auctore *Mohyi-ed-dîn Abdallah*

نشوان] المصری المتوفی سنة ۶۹۲ ۷۳۴۲ سیرة الملك المنصور لقاضی الفضل [عبد الرحیم
ابن علی البیسانی المصری المتوفی سنة ۵۹۶] وسیرة الاشرف بن قلاوون له ایضا ۷۳۴۳ سیرة
الملوك لعبد الملك بن منصور الثعالبی مات سنة ۴۳۰ ۷۳۴۴ سیرة المؤید للعلامة بدر
الدین محمود بن احمد العینی مات سنة ۸۵۵ ۷۳۴۵ [السیر والسلوك الی ملك الملوك فی
التصوف] ۷۳۴۶ السیف البراق فی عنق الولد العاق رسالة لتقی الدین ابن عبد القادر
التمیمی المصری المتوفی سنة ۱۰۰۵ الّفها لمّا ان ولده الحسن عقّ له ومنه البیت

حسن نونه مقدّمة
لعن الله من یؤخّره

۷۳۴۷ سیف الخطیب لابی العلاء احمد بن عبد الله المعرّی مات سنة ۴۴۹ یشتمل علی
خطب الستة فی اربعین کراسة ۷۳۴۸ سیف السنة وضیاء الظلمة للشیخ الامام ابی عبد الله

*Ben Abd-el-tzáhir* [*Ben Neshwán*] *Misri*, anno 692 (inc. 12. Dec. 1292) mortuo. — 7342. Siret El-Melik El-Mansur, biographia *El-Meliki El-Mansúr*, auctore Cádhi bene merito [*Abd-el-rehím Ben Ali Beisáni Misri*, anno 596 (inc. 23. Oct. 1196) mortuo]. Idem scripsit biographiam *Eshref*i *Ben Culáun*. — 7343. Siret el-molúk, mores regum, auctore *Abd-el-melik Ben Mansúr Theálibi*, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuo. — 7344. Siret El-Mowayyed, biographia *Mowayyed-ed-dín*i, auctore viro doctissimo *Bedr-ed-dín Mahmud Ben Ahmed Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuo. — 7345. [El-Seir we El-Soluk, incessus et itio ad potestatem regum. De Theosophia]. — 7346. El-Seif El-Berrác, gladius fulgens de collo filii inobsequentis. Tractatus, quem *Tacki-ed-dín Ibn Abd-el-cadir Temimi Misri*, anno 1005 (inc. 15. Aug. 1596) mortuus, scripsit, cum *Hasan* filius ei repugnaret. Inde petitus est hic versus:

*Hasan* (i. e. pulcher) literam *Nun* ab initio habet (*nahs* i. e. infaustus).
Exsecretur eum Deus, qui eam postponit.

7347. Seif el-khatib, gladius concionatoris, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. Continet in quadraginta decem foliorum fasciculis sex orationes. — 7348. Seif el-sunnet we Dhiya el-tzulmet, gladius legis et lux obscuritatis, auctore Sheikh et Imam *Abu Abdallah*

الاندلسى المتوفى سنة ٧٣٤٩ سيف الصارم فى التحكم بين الفئتين فى مسئلة الخاتم لعبد الله الناقر ٧٣٥٠ سيف الصارم فى عدم جواز وقف المنقول والدراهم لمولى محمد بن بير على [بن محمد] المعروف ببركلى المتوفى سنة ٩٨١ قال فيه سيف صارم لابطال وقف النقود اذ قد صنّف فى لزومه رسالة مفتى زمننا ابو السعود وسها فيها كثيرا فلزم بيان كلّ وجه مردود لئلّا يعتمد عليه الواقفون بريدون ثوابا فيأثمون ولئلّا يقضى بها الحكّام فانّها لا تصلح للاعتماد ولا يكون عذرا ليوم التناد فذكر اقواله ثمّ ردّها ٧٣٥١ السيف الصقيل فى حواشى ابن عقيل لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٧٣٥٢ سى فصل فى التقويم فارسى وعربى اول العربى امّا بعد حمد الله على نواله التى مختصر لنصير الدين محمد بن محمد الطوسى شرحه محمد بن يحيى المعروف بعلائى الشيرازى بالفارسيّة وكتب المتن ايضا فارسيًّا الّفه بحلب فى جمادى الاخرى سنة ٩٣٦ وشرحه عبد الواحد

*Andalusi*, anno . . . mortuo. — 7349. El-Seif El-Sárim, gladius secans de dijudicatione inter duo agmina de quaestione, quid sit *el-kháțim* i. e. postremus in re, auctore *Abdallah Náckir*. — 7350. El-Seif El-Sárim, gladius secans de eo quod non licitum est legare testamento pecuniam mutuo sumtam et dirhemos, auctore Molla *Mohammed Ben Pír Ali* [*Ben Mohammed*], vulgo *Birgili* dicto et anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortuo. Habes hic, ait, gladium acutum, quo prohibetur, quo minus pecunia parata testamento legetur, quandoquidem *Abu'lsoúd* hujus temporis Mufti tractatum de ea necessario admittenda composuit. Praetermisit ibi multa, ita ut quamvis rationem rejectam diligentius exponere necessarium esset, ne legatores, qui boni quid vellent, at crimen committerent, ea niterentur, neve judices ejus auctoritate decernerent, nam non idonea est, quae auctoritati inserviat, neque excusatio erit die extremi judicii. — Primum ejus verba affert, tum ea refutat. — 7351. El-Seif El-Sackil, gladius politus. Glossae ad commentarium *Ibn Ackíli*, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 7352. Si Fasl, triginta sectiones de ephemeridibus, persice et arabice. Hoc compendium, cujus textus arabicus ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus pro ejus donis etc., *Nasír-ed-dinum Mohammed Ben Mohammed Tusi* auctorem habet, in idque *Mohammed Ben Yahya Shirázi*, vulgo *Aláyi* dictus, Halebi mense Jomádzi II. anni 936 (inc. 5. Sept. 1529), textu persico quoque addito, commentarium persicum composuit. Commentarium arabicum, qui textum admixtum habet, et ita incipit: Gloria ei, qui altitudinem astris splendentibus ornavit etc.,

ابن محمد عربيًّا ممزوجًا اوله سبحان من زيّن الرفيع بالانجم الزهر الخ وله شرح فارسي ممزوج غير مميّز عن المتون لبعض المشارقة ٧٣٥٣ السيف القاطع في التأريخ مرتّب على الاسمآء لشمس الدين محمد بن عبد الرحمن السخاوي المتوفى سنة ٩٠٢ وقيل لعز الدين علي ابن محمد بن شداد الحلبي المتوفى سنة ٦٨٤ ٧٣٥٤ سيف القضاة على البغاة رسالة مرتّبة على ثلاثة ابواب الاول في الاصطلاحات الثاني في الحكم الثالث في التحذير عنه لمحيي الدين محمد بن سليمان الكافيجي [المتوفى سنة ٨٧٩] اوله الحمد لله الذي جعل الشريعة منهاجًا الخ ٧٣٥٥ السيف المخرم في قتال من هتك حرمة الحرم للفقيه نوح بن مصطفى الحنفي المفتي بقونية اوله الحمد لله الذي امر بتطهير بيته الحرام الخ الّفه في سنة ١٠٤١ لمّا تغلّب بعض البغاة على مكة المكرمة فسأل امرآء العساكر واستفتوا العلمآء عن احوالهم وقتالهم فكتبوا في شأنهم رسآئل وهو من جملتهم ورتّبه على ستة فصول ٧٣٥٦ السيف المسلول على من

*Abd-el-wáhid Ben Mohammed* edidit. Alius denique commentarius exstat a quodam Orientis incola editus, qui textum ita admixtum habet, ut verba commentarii a textuum verbis minime separata sint. — 7353. El-Seif El-Cáti', gladius secans. Historia secundum nomina disposita, auctore *Shems-ed-dín Mohammed Ben Abd-el-rahman Sekháwi*, anno 902 (inc. 9. Sept. 1496) mortuo. Alii *Izz-ed-dín Ali Ben Mohammed Ben Sheddád Halebi*, qui anno 684 (inc. 9. Mart. 1285) obiit, auctorem esse dicunt. — 7354. Seif el-codhát ala el-boghát, gladius judicum contra injustos strictus. Tractatus in tria capita dispositus, quorum *primum* de terminis technicis, *secundum* de judicio, *tertium* de monitis agit, quibus a vetitis nos cavere jubemur, auctore *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Soleimán Káfiji*, [anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuo]. Incipit ita: Laus Deo, qui legem viam rectam esse voluit etc. — 7355. El-Seif El-Mokharrim, gladius resecans de eo interficiendo, qui venerandam templi Mekkani circus dignitatem dilacerat, auctore Jurisconsulto *Nuh Ben Mustafa* Hanefita Iconii Mufti. Incipit ita: Laus Deo, qui templum suum sacrum purgari jussit etc. Scripsit anno 1041 (inc. 20. Jul. 1631), quum tyranni quidam Mekka potirentur. Emiri exercituum autem quaesiverunt et a viris doctis responsa juridica petierunt, quid de iis faciendum, et si necandi essent. Scripserunt igitur de eorum conditione tractatus, et hic ex eorum numero est et sex sectiones habet. — 5356. El-Seif El-Meslúl, gladius contra eos strictus, qui legati divini

سبّ اصحاب الرسول للقاضى عياض وللشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ‍ ٧٣٥٧ السيف المسلول على من سبّ الرسول للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى اوله الحمد لله المنتصر لاوليآئه المنتقم من اعدآئه الخ رتّب على اربعة ابواب الاول فى حكم الساب من المسلمين الثانى فى حكم الساب من اهل الذمّة الثالث فى بيان ما هو سابّ به الرابع فى شىء من شرف المصطفى صلعم فرغ من تصنيفه فى سلخ شهر رمضان سنة ٧٣٤ ‍ ٧٣٥٨ السيف المسلول فى شرع الرسول مجلّد اوله سبحان من ارسل رسوله بدين الحقّ الخ للمولى مصطفى بن بالى القسطنطينيّة جمعه من الفتاوى المهمّة ٧٣٥٩ السيف المسنون اللمّاع على المفتى المفتون بالابتداع لبرهان الدين الامام ابراهيم بن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ اوله الحمد لله الذى لا حدّ لمنتهى عظمته الخ وهو ردّ على من افتى بلزوم الفاتحة فى عواقب قراءة الصلوة وهو السيوطى ٧٣٦٠ السيف المشهور على الزنديق وشاتم

socios conviciis consectantur, auctoribus Cádhi *Iyádh* et Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 7357. El-Seif El-Meslúl, gladius contra eum strictus, qui legatum divinum conviciis consectatur, auctore Sheikh *Tacki-ed-dín Ali Ben Abd-el-káfi Sobki.* Incipit liber ita: Laus Deo amicos suos adjuvanti et se ab hostibus vindicanti etc., et in quatuor capita distributus est, quorum *primum* de conviciatoris muslemici ratione agit, *secundum* de convitiatoris ratione clientela fruentis: *tertium* de expositione eorum, quibus conviciatur, *quartum* de rebus, quibus propheta electus honoratur. Absolvit auctor compositionem ad finem mensis Ramadhán anni 734 (inc. 12. Sept. 1333). — 7358. El-Seif El-Meslúl fi sher'i' el-resúl, gladius strictus de lege *Mohammedis.* Volumen, quod ita incipit: Laus ei, qui prophetam cum vera religione misit etc., auctore Molla *Mustafa Ben Báli El-Costantiníye*, qui ex gravissimis responsis juridicis illud congessit. — 7359. El-Seif El-Mesnún El-Lemmá', gladius acutus valde fulgens contra Mufti novarum rerum studio tentatum, auctore Imam *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Omar Becái*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. Incipit ita: Laus Deo, cui nullus est finis propter majestatis magnitudinem etc., et refutationem ejus continet, qui decreto sancivit, *Fátiham* ad finem lectae precationis *Salát* necessario legendam esse, id quod *Soyúti* statuerat. — 7360. El-Seif El-Meshhúr, gladius e vagina eductus et super caput improbi

الرسول على عدّة فصول اوله الحمد لله الناصر لاوليائه الخ لمولانا محيي الدين محمد بن قاسم المعروف بأخوين مات سنة ٩٠٤ كتبها لبيان استحقاق مولانا لطفي للقتل وذكر في اخره امورًا موجبة له ثابتة فيه ٧٣٦١ السيف المشهور في شرح عقيدة ابي منصور يأتي في العين ٧٣٦٢ سيف المناظرة للظفر بالدنيا والآخرة في الحديث على ترتيب الفقه للشيخ الامام بدر الدين احمد بن شرف الدين محمد بن الصاحب المتوفى سنة ٧٨٨ جمع فيه نحو الف حديث من الصحاح الستّ اوله الحمد لله مؤيد الدين بنبيّه الخ ٧٣٦٣ سي نامه فارسي منظوم اوله

سر نامه بنام پادشاهي

لفخر السادات حسين بن حسن الشهير بامير حسيني المتوفى سنة ٧١٨ ولهمام العجم فارسي ايضا هو مترجم بالتركي منها المكاتيب الدائرة بين العوامّ يقال لها سي نامه ترجمه همام الرومي الازنيقي وهو المشهور بين العوامّ يكتبون به من يهوونهم ٧٣٦٤ السيف النظار في

---

magi et conviciatoris legati vibratus. Plures sectiones, quae ita incipiunt: Laus Deo amicos suos adjuvanti etc. Scripsit Molla noster *Mohyi-ed-dín Mohammed Ben Cásim*, vulgo *Akhwín* dictus et anno 904 (inc. 19. Aug. 1498) mortuus, ut exponeret, Mollam nostrum *Lutfi* nece dignum esse, et ad finem res commemorat, quae mortem necessario postulant et probant. — 7361. El-Seif El-Meshhúr, gladius e vagina eductus. Commentarius in librum *Akídet* ab *Abu Mansúr* editum, de quo in litera *Ain* videndum est. — 7362. Seif el-monátzaret, gladius altercationis ad hanc et alteram vitam obtinendam. Traditiones ad jurisprudentiae ordinem dispositae, ubi Sheikh et Imám *Bedr-ed-dín Ahmed Ben Sheref-ed-dín Mohammed Ben-elsáhib*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuus, mille circiter traditiones e sex traditionum corporibus canonicis collegit. Incipit ita: Laus Deo religionem per prophetam suum adjuvanti etc. — 7363. Si Námeh, triginta libri. Poema persicum, quod ita incipit:

Principium libri est a nomine regis augustissimi —

et *Fakhr-elsádát Hosein Ben Hasan*, vulgo *Emír Hoseini* dictum et anno 718 (inc. 5. Mart. 1318) mortuum, auctorem habet. Similem librum persicum *Hemmám el-ajem* composuit, qui in linguam turcicam conversus est. Huc etiam pertinent epistolae inter vulgus tritae et *Si Námeh* inscriptae, quas *Hemmám Rumi Iznicki* transtulit. Hic liber ille est in vulgo celebratus, quo in literarum ad amicos diligentes scribendarum commercio utuntur. — 7364. El-Seif El-Natztzár, gladius acutus de

الفرق بين الثبوت والتكرار لجلال الدين السيوطي المذكور ٧٣٦٥ السيف الهندي على رقبة المناوي رسالة الفها النوآئي كما في معين المفتي ٧٣٦٦ سيفية عبد العزيز الشهير بامّ ولد زاده اولها الحمد لله الذي جعل السيف الخ ٧٣٦٧ سيفية على بن امر الله ابن الحنائي [المتوفى سنة ٩٧٩] اوله الحمد لله الذي سنّ بمفروض توفيقه سيوف الافكار الخ ٧٣٦٨ السيل على الذيل الذي ذيّله السمعاني على تاريخ بغداد مرّ في باب التآء ٧٣٦٩ سيمرغ الدرر في تفسير القرآات لابي الحسن على بن عراق الخوارزمي المتوفى [في حدود] سنة ٥٣٩

٧٣٧٠ علم السيميآء

اعلم انه قد يطلق هذا الاسم على ما هو غير الحقيقي من السحر وهو المشهور وحاصله احداث مثالات خيالية في الجوّ لا وجود لها في الحسّ وقد يطلق على ايجاد صورها في الحسّ فحينئذ تظهر بعض الصور في جوهر الهوآء فتزول سريعة لسرعة تغيّر جوهر الهوآء

discrimine inter consistendum et repetendum, auctore *Jelál-ed-dín Soyúti* modo laudato. — 7365. El-Seif El-Hadi, gladius mucronatus contra collum *Monáwi*. Tractatus, quem, ut in *Moín el-mufti* legitur, *Newáyi* composuit. — 7366. Seifiyet, liber gladii, auctore *Abd-el-azíz*, vulgo *Omm Weled-zádeh* dicto. Incipit ita: Laus Deo, qui gladium fecit etc. — 7367. Seifíyet, liber gladii, auctore *Ali Ben Amrallah Ibn-elhinnáyi* dicto [et anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) mortuo]. Incipit ita: Laus Deo, qui ope statutorum auxilii sui gladios cogitationum cuspide instruxit etc. — 7368. El-Seil ala el-dzeil, fluxus ad appendicem a *Sem'ani* ad historiam Baghdadensem scriptam, de qua in litera *Tá* sub *Tarikh Baghdad* videndum est. — 7369. Simarigh el-dorer, Simurgi margaritarum. Commentarius in recensiones coranicas, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Irac Khowarezmi*. [circa] annum 539 (inc. 4. Jul. 1144) mortuo. —

7370. Ilm el-simiya. Ars phantasmagorica.

Scias, hanc vocem interdum de ea magiae parte in universum usurpari, quae omni veritate caret, qui usus tritissimus est. Effectus ejus in imaginibus phantasticis in aere producendis cernitur, quibus existentia in sensum cadens deest. Interdum vox etiam de producendis figuris imaginum in sensum cadentibus usurpatur, et tum nonnullae figurae in aëris substantia apparent, quae tamen celeriter propter celerem

ولا يمكن ان يحفظ ما يقبل من الصورة في زمن طويل لرطوبته فيكون سريع القبول وسريع الزوال ثمّ كيفيّة احداث تلك الصور وعللها فامر خفي لا اطلاع الّا لاهله وليس المراد وصفه وتحقيقه هنا بل المقصود الكشف وازالة الالتباس عن امثاله حاصله ان يركب الساحر اشياء من الخواصّ او الادهان او المائعات او كلمات خاصّة توجب بعض تخيّلات خاصّة كادراك الحسّ بعض المأكول والمشروب وامثاله وفي هذا الباب حكايات كثيرة عن ابن سينا سهروردي المقتول.

٧٣٧١ سين الاسرار ونور الانوار

substantiae aëris mutationem cessant. nec fieri potest, quin per longum tempus formam, quam recipiunt, propter humidam earum conditionem conservent, ut non minus celeriter recipiantur quam evanescant. Quod autem rationem, qua hae figurae producuntur, earumque caussas attinet, haec res occulta est, quam viri soli artis periti perspiciunt. neque hic eam describere et subtilius investigare propositum est, sed id potius studemus, ut dubitatio de ejusmodi rebus animis aperiatur et removeatur. Summa rei eo redit, quod fascinator res certae qualitatis, aut oleosas, aut fluidas, aut verba propria componit, quibus phantasmata quaedam peculiaria necessario efficiuntur ea ratione, qua sensus cibos quosdam et potulenta percipit, et quae sunt similia. Multas habemus hujus generis narrationes ab *Ibn Sina* et *Soharawerdi* interfecto acceptas.

7371. Sín el-asrar we Nur el-anwar, *Sin* arcanorum et lumen luminum.

LIPSIAE, TYPIS GUIL. VOGELII, FILII.